

700000

**ZAKONIK
CERKVENEGA
PRAVA**

**CODEX
IURIS
CANONICI**

**RAZGLAŠEN Z OBLASTJO
PAPEŽA JANEZA PAVLA II.**

LJUBLJANA
1999

516837

516837

Sancta Sedes omnia sibi vindicat iura. Nemini liceat
sine venia Sanctae Sedis, hunc codicem denuo imprimere
aut in aliam lingua vertere

To izdajo slovenskega prevoda Zakonika cerkvenega prava
je dovolila obenem s ponatisom izvirnika v latinščini
Slovenski pokrajinski škofovski konferenci
Uprava premoženja apostolskega sedeža
dne 25. marca 1983

Besedilo prevoda sprejela
Slovenska pokrajinska škofovskna konferenca
v Mariboru, dne 3. novembra 1983

1. ponatis

CIP - Kataložni zapis o publikaciji
Narodna in univerzitetna knjižnica, Ljubljana

348.17

ZAKONIK cerkvenega prava = Codex iuris canonici : razglašen z
oblastjo papeža Janeza Pavla II. - 1. ponatis. - Ljubljana :
Družina, 1999

ISBN 961-222-259-2
1. Vzp. stv. nasl.
104039680



16-12-1999

1902018285

Izdala in založila Družina d.o.o.

Za založbo dr. Janez Gril
Vse pravice pridržane
Tisk Delo – Tiskarna d. d., Ljubljana
Ljubljana 1999

(a)

NOVEMU CERKVENEMU ZAKONIKU NA POT

Z veseljem in hvaležnostjo Bogu in vsem sodelavcem izročam v imenu slovenskih škofov naši javnosti slovenski prevod novega zakonika cerkvenega prava, ki je začel veljati na prvo adventno nedeljo, 27. novembra 1983.

Novi cerkveni zakonik in njegov slovenski prevod sta prišla dvajset let po drugem vatikanskem koncilu. Tudi v pravnih predpisih nam hoče zakonik posredovati novega duha in novo življenje, ki ga je Cerkvi prinesel koncil.

Slovensko besedilo smo dobili za 40. obletnico, odkar je sveti sedež, prvikrat v zgodovini, dovolil ravno Slovencem prevod zakonika iz leta 1917, ki ga je leta 1943 pripravil prof. Alojzij Odar.

Zakonik je namenjen vsemu »božjemu ljudstvu«, tudi laikom, ki so po koncili ob močnem poudarjanju njihovega skupnega duhovništva dobili svoje pravo mesto v Cerkvi tudi kot sodelavci hierarhičnega vodstva. Že zaradi tega je bilo treba oskrbeti slovenski prevod izvirnega latinskega besedila.

Zakonik nikakor noče biti le zbirka uradnih predpisov in določil. Če je sv. Pavel zapisal, da »črka mori, Duh pa oživilja« (2 Kor 3, 6), verujemo in se zavedamo, da je božji Duh tisti, ki prinaša življenje v vse ude Cerkve. Ker pa je Cerkev ne le božja skrivnost, temveč prav tako občestvo ljudi in vidna družba, nujno potrebuje tudi pravno ureditev, določene smernice in obvezne predpise za svoje delovanje in za sožitje ljudi. Kdor v veri sprejema Cerkev kot božjo in človeško ustanovo, bo tudi v novem zakoniku, ki je sicer človeško delo, videl odsev in izraz božje volje. Novi zakonik, ki je izrazito pastoralno usmerjen, nikakor noče moriti duha in Duha v nas in še manj v Cerkvi, saj smo vsi »poklicani k svobodi« (Gal 5, 13).

Prisrčno zahvalo izrekam vsem številnim požrtvovalnim sodelavcem slovenskega prevoda zakonika iz duhovniških in laiških vrst. Vsem, ki bodo novi cerkveni zakonik dobili v roke, pa želim božjega blagoslova. Božji Duh naj oživilja tudi črke in pravne predpise, da bi bili vedno bolj v službi človeškega in cerkvenega občestva ter uspešna pomoč za graditev božjega kraljestva med nami.

V Ljubljani, na prvo adventno nedeljo, 27. novembra 1983

Alojzij Šuštar,
ljubljanski nadškof
in slovenski metropolit

SLOVENSKI PREVOD ZAKONIKA CERKVENEGA PRAVA

Slovenski škofje so na svoji seji dne 6. maja 1982 na predlog prof. dr. Stanka Ojnika, predstojnika katedre za cerkveno pravo na Teološki fakulteti v Ljubljani, potrdili člane prevajalske in redakcijske komisije za prevod novega zakonika cerkvenega prava in predlagali še nekaj novih sodelavcev. Za prevajalce so bili imenovani: Ivan Bombek, profesor in viceoficial cerkvenega sodišča v Mariboru, Marijan Cafuta, sodnik cerkvenega sodišča v Mariboru, Franc Gorjup, viceoficial cerkvenega sodišča v Ljubljani, Ivan Merlak, oficial cerkvenega sodišča v Ljubljani, Viktor Papež, branilec vezi cerkvenega sodišča v Ljubljani, Jožef Smej, pomožni škof in generalni vikar v Mariboru, Marijan Smolik, predstojnik katedre za liturgiko na Teološki fakulteti v Ljubljani, Rafko Valenčič, predstojnik katedre za pastoralno teologijo na Teološki fakulteti v Ljubljani in Gregor Zafošnik, profesor cerkvene glasbe v Mariboru. Za predsednika komisije je bil imenovan Stanko Ojnik, za tajnika pa Zdravko Reven, notar cerkvenega sodišča v Ljubljani.

Celotno lektorsko delo prvega prevoda je opravil Vladimir Pivko, lektor.

Največ dela sta nato opravili dve redakcijski komisiji. Slovenska akademija znanosti in umetnosti je na prošnjo nadškofa in metropolita rada sprejela sodelovanje in v redakcijsko komisijo imenovala akademika prof. Alojzija Finžgarja in prof. Cirila Kržišnika, predstojnika pravnoperminološke sekcijske pri SAZU. Ta komisija je ob sodelovanju Stanka Ojnika pripravila besedilo prve, šeste in sedme knjige zakonika, ga uskladila s sodobnim civilnim pravnim izrazoslovjem pri nas in pregledala tudi skoraj ves prevod drugih knjig zakonika; s svojimi prispevki je pri tem sodeloval tudi prof. Miloš Rybař. V drugo redakcijsko komisijo so bili poleg Stanka Ojnika in Zdravka Revna kot sodelavci pritegnjeni še Rafko Lešnik, stolni kanonik in tajnik škofijskega pastoralnega sveta v Ljubljani, Marijan Smolik in Rafko Valenčič, ki so pripravili besedilo zakonika od druge do pete knjige.

Obe komisiji sta se trudili za čim večjo zvestobo latinskemu izvirniku, pri tem pa upoštevali dosedanje prevode liturgičnih besedil, najrazličnejše prevode cerkvenih dokumentov, zlasti tekstov 2. vatikanskega cerkvenega zbora, in skladnost s civilno pravno terminologijo. V mnogih rečeh je rabil za podlago in odločitve še vedno Odarjev prevod Zakonika cerkvenega prava iz leta 1917. Druga komisija na Teološki fakulteti je predvsem uskladila besedilo vseh

sedmih knjig in pri tem upoštevala skoraj vse pripombe prve redakcijske komisije k prevodu teh knjig.

Ker imajo latinski izrazi večkrat ohlapen in širok pomen, je bilo treba podobno glede na miselno zvezo ali pravno področje za iste latinske izraze uporabiti različne slovenske besede ali odtenke, da bi bila misel zakonika čim bolj razumljiva in jasna. Takih primerov ni ravno malo in jih more predstaviti ter pojasniti samo poseben prispevek ali celo razprava v kakem strokovnem glasilu.

Glavno delo obeh redakcijskih komisij je teklo od začetka maja do začetka oktobra 1983, vendar je bilo to delo potem še vedno treba v nekaterih rečeh nadaljevati do sredine novembra 1983. V celoti je bilo končano šele 15. novembra 1983.

Prevodu je dodano tudi obširnejše stvarno kazalo, ki ga je pripravil Alojzij Milharčič, škofijski tajnik v Kopru, nato pa v marsičem priredil in spopolnil Rafko Lešnik. Besedilo tega kazala je nastajalo v septembru in oktobru 1983.

Vsem tukaj omenjenim sodelavcem izrekam svojo iskreno zahvalo za opravljeno delo.

Ljubljana, 15. novembra 1983

Stanko Ojnik,
predsednik prevajalske komisije
in predstojnik katedre za cerkveno pravo
na Teološki fakulteti v Ljubljani

**Apostolska
konstitucija
in
Uvod**

VENERABILIBUS FRATRIBUS
CARDINALIBUS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS,
PRESBYTERIS, DIACONIS
CETERISQUE POPULI DEI MEMBRIS

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

SACRAE DISCIPLINAE LEGES Catholica Ecclesia, procedente tempore, reformare ac renovare consuevit, ut, fidelitate erga Divinum Conditorem semper servata, eadem cum salvifica missione ipsi concredita apte congruerent. Non alio ducti proposito Nos, expectationem totius catholici orbis tandem explentes, hac die XXV mensis Ianuarii, anno MCMLXXXIII, Codicem Iuris Canonici recognitum foras dari iubemus. Quod dum facimus, ad eandem diem anni MCMLIX cogitatio Nostra convolat, qua Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII primum publice nuntiavit captum ab se consilium reformati vigens Corpus legum canonicarum, quod anno MCMXVII, in sollemnitate Pentecostes, fuerat promulgatum.

Quod quidem consilium Codicis renovandi una cum duobus aliis initum est, de quibus ille Pontifex eadem die est locutus, quae spectant ad voluntatem Synodus dioecesis Romanae celebrandi et Concilium Oecumenicum convocandi. Quorum eventuum, etsi prior non multum ad Codicis reformationem attineat, alter tamen, hoc est Concilium, maximi momenti est ad rem nostram quod spectat et cum eius substantia arcte coniungitur.

Quod si quaestio ponatur cur Ioannes XXIII necessitatem perserit vigentis Codicis reformati, responsio fortasse in eodem Codice, anno MCMXVII promulgato, invenitur. Attamen alia quoque responsio est, eademque praecipua: scilicet reformatio Codicis Iuris Canonici prorsus posci atque expeti videbatur ab ipso Concilio, quod in Ecclesiam maximopere considerationem suam converterat.

Ut omnino patet, cum primum de Codice recognoscendo nuntium datum est, Concilium negotium erat quod totum ad futurum tempus pertinebat. Accedit quod eius magisterii acta ac praesertim eius de Ecclesia doctrina annis MCMLXII—MCMLXV perficienda erant; attamen animi perceptionem Ioannis XXIII fuisse verissimam nemo non videt, eiusque consilium iure merito dicendum est in longinquum Ecclesiae bono prospexit.

ČASTITIM BRATOM
KARDINALOM, NADŠKOFOM, ŠKOFOFOM,
DUHOVNIKOM, DIAKONOM
IN DRUGIM ČLANOM BOŽJEGA LJUDSTVA

JANEZ PAVEL ŠKOF

SLUŽABNIK BOŽJIH SLUŽABNIKOV
V TRAJEN SPOMIN

ZAKONE SVETEGA PRAVNEGA REDA je katoliška Cerkev po svoji navadi od časa do časa preoblikovala in prenavljala, da bi bili le-ti ob njeni nenehni zvestobi božjemu ustanovitelju čimbolj primerni za odrešenjsko poslanstvo, ki ji je zaupano. Prav iz tega nagaiba, končno spolnjujoč pričakovanje vsega katoliškega sveta, ukazujemo danes, 25. januarja leta 1983, da se razglesi prenovljeni Zakonik cerkvenega prava. Ko to storimo, nam prihaja na misel tisti 25. januar leta 1959, ko je naš prednik blagega spomina Janez XXIII. prvič javno oznanil svojo odločitev preoblikovati veljavno zbirkovo kanonskih zakonov, ki je bila razglašena na binkoštni praznik leta 1917.

Ta odločitev prenoviti zakonik se je ujemala hkrati z dvema drugima odločtvama, o katerima je ta papež spregovoril isti dan, da hoče namreč obhajati sinodo rimske škofije in sklicati vesoljni cerkveni zbor. Medtem ko se prvi od teh dogodkov skoraj ni dotaknil preoblikovanja cerkvenega zakonika, je drugi, namreč cerkveni zbor, glede tega zelo pomemben in z njegovo vsebino tesno povezan.

Če se vprašamo, čemu je Janez XXIII. začutil, da je treba preoblikovati veljavni zakonik, najdemo odgovor morda prav v tem zakoniku, ki je bil razglasen leta 1917. Je pa še drug odgovor in hkrati odločilen: zdi se, da je preoblikovanje zakonika cerkvenega prava na vsak način narekoval in celo zahteval cerkveni zbor sam, saj je svoja razpravljanja posvetil predvsem Cerkvi.

Že ob prvi napovedi predelave cerkvenega zakonika je bil cerkveni zbor, kot je povsem očitno, naloga, ki se bo v celioti uresničila v prihodnosti. Dodajmo še, da so dokumente njegovega učiteljstva, predvsem njegov nauk o Cerkvi, izdelali v letih 1962—1965; vendar vsakdo vidi, da je bil navdih Janeza XXIII. nadvse pravilen, in po pravici moramo reči, da je njegova odločitev daleč vnaprej skrbela za dobro Cerkve.

Quapropter novus Codex, qui hodie in publicum prodit, praeviam Concilii operam necessario postulavit; et quamquam una cum oecumenico illo coetu est praenuntiatus, tamen tempore eundem sequitur, quia labores, ad illum apparandum suscepti, cum in Concilio niti deberent, nonnisi post idem absolutum incipere potuerunt.

Mentem autem hodie converentes ad exordium illius itineris, hoc est ad diem illam XXV Ianuarii anno MCMLIX, atque ad ipsum Ioannem XXIII, Codicis recognitionis initiatorem, fateri debemus hunc Codicem ab uno eodemque proposito profluxisse, rei christiana scilicet restaurandae; a quo quidem proposito totum Concilii opus suas normas suumque ductum praesertim accepit.

Quod si nunc considerationem intendimus ad naturam laborum, qui Codicis promulgationem praecesserunt, itemque ad modum quo iidem confecti sunt, praesertim inter Pontificatus Pauli VI et Ioannis Pauli I, ac deinceps usque ad praesentem diem, id claro in lumine ponatur omnino oportet, huiusmodi labores spiritu insigniter collegiali ad exitum esse perductos; idque non solum respicit externam operis compositionem, verum etiam ipsam conditarum legum substantiam penitus afficit.

Haec vero nota collegialitatis, qua processus originis huius Codicis eminenter distinguitur, cum magisterio et indole Concilii Vaticani II plane congruit. Quare Codex non modo ob ea quae continent, sed etiam iam in suo ortu p[re]fert afflatum huius Concilii, in cuius documentis Ecclesia, universale sacramentum salutis (cfr. Const. *Lumen gentium*, n. 9, 48), tamquam Populus Dei ostenditur eiusque hierarchica constitutio in Collegio Episcoporum una cum Capite suo nixa perhibetur.

Hac igitur de causa Episcopi et Episcopatus invitati sunt ad sociam operam praestandam in novo Codice apparando, ut per tam longum iter, ratione quantum fieri posset collegiali, paulatim formulae iuridicae maturescerent, quae, deinde, in usum universae Ecclesiae inservire deberent. Omnibus vero huius negotii temporibus labores participaverunt etiam *periti*, viri scilicet peculiari scientia praediti in theologica doctrina, in historia ac maxime in iure canonico, qui ex universis terrarum orbis regionibus sunt arcessiti.

Quibus singulis universis hodie gratissimi animi sensus ultro proferimus.

In primis ob oculos Nostros obversantur Cardinales vita functi, qui Commissioni preparatoriae praefuerunt: Cardinalis Petrus Ciriaci, qui opus inchoavit, et Cardinalis Pericles Felici, qui complures per annos laborum iter moderatus est, fere usque ad metam. Cogitamus deinde Secretarios eiusdem Commissionis: Rev.mum D. Iaco-

Zato je novi zakonik, ki ga danes uradno sporočamo javnosti, nujno zahteval predhodno delo cerkvenega zpora; in čeprav je bil napovedan hkrati z omenjenim vesoljnim zborom, mu vendar sledi v precejšnji časovni razdalji, kajti dela, ki so se za njegovo pripravo morala nasloniti na cerkveni zbor, so se lahko začela šele, ko se je le-ta končal.

Ce danes pomislimo na začetek te poti, se pravi na 25. januar leta 1959, in na Janeza XXIII., pobudnika predelave cerkvenega zakonika, moramo priznati, da je ta zakonik sad iste namere, nameč prenove krščanskega življenja; in prav ta namera je v prvi vrsti navdihovala vse delo cerkvenega zpora pri njegovih določbah in njegovem poteku.

Ce sedaj pretehtamo naravo del, ki so bila opravljena pred razglasitvijo novega zakonika, in način, kako so bila opravljena, zlasti med papeževanjem Pavla VI., Janeza Pavla I. in odtej do današnjega dne, je nujno treba poudariti, da so bila ta dela dokončana v duhu prave zbornosti; to pa se ne nanaša samo na zunanjо sestavo dela, ampak se tudi v celoti tiče vsebine izdanih zakonov.

Ta značilnost zbornosti, s katero se odlikuje nastajanje tega zakonika, povsem ustrezza učenju in značaju drugega vatikanskega cerkvenega zpora. Zato zakonik ne samo zaradi vsebine, ampak že v svojem nastanku razodeva duha tega cerkvenega zpora, v katerega dokumentih se Cerkev, vesoljni zakrament odrešenja (prim. Dogm. konstitucijo o Cerkvi 9; 48), predstavlja kot božje ljudstvo in se njegova hierarhična ureditev pokaže utemeljena na škofovskem zboru skupaj z njegovo glavo.

Iz tega razloga so bili torej škopje in episkopat povabljeni k sodelovanju pri pripravljanju novega zakonika, da bi na tako dolgi poti, opravljeni kolikor mogoče zorno, polagoma dozorelo pravno oblikovano izražanje, ki bi ga potem vesoljna Cerkev mogla koristno uporabljati. Na vseh razvojnih stopnjah tega velikega dela so sodelovali tudi strokovnjaki, posebni izvedenci v bogoslovni vedi, zgodovini in predvsem v cerkvenem pravu; le-te so pritegnili z vseh delov sveta.

Vsem tem posameznikom se danes iz srca še posebej zahvaljujemo.

Pred očmi imamo predvsem pokojna kardinala, ki sta predsedovala pripravljalni komisiji, kardinal Pietro Ciriaci, ki je delo začel, in kardinal Pericle Felici, ki je več let, skoraj do konca, vodil potek del. Na misel nam prihaja tajnik omenjene komisije Giacomo Violardo, pozneje kardinal, in p. Raimondo Bidagor, član Družbe Jezusove; oba sta k dopolnitvi dela prispevala darove svoje učenosti

bum Violardo, postmodum Cardinalem, ac P. Raimundum Bidagor, Societatis Iesu sodalem, qui ambo in hoc munere explendo doctrinae ac sapientiae suae dona profuderunt. Simul cum illis recolimus Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, quotquot illius Commissionis membra fuerunt, necnon Consultores singulorum Coetuum a studiis hisce annis ad tam strenuum opus adhibitos, quos Deus interim ad aeterna praemia vocavit. Pro his omnibus suffragans precatio Nostra ad Deum ascendit.

Sed placet etiam commemorare viventes, in primisque hodierum Commissionis Pro-Praesidem, nempe Venerabilem Fratrem Rosarium Castillo Lara, qui diutissime tanto muneri operam navavit egregiam; ac, post illum, dilectum filium Villelimum Onclin, sacerdotem, qui assidua diligentique cura ad felicem operis exitum valde contulit, ceterosque qui in eadem Commissione sive ut Sodales Cardinales, sive ut Officiales, Consultores Cooperatoresque in Coetibus a studiis vel in aliis Officiis, suas maximi pretii partes contulerunt, ad tantae molis tantaeque implicationis opus elaborandum atque perficiendum.

Codicem itaque hodie promulgantes, Nos plane consci sumus hunc actum a Nostra quidem Pontificis auctoritate proficisci, ac proinde induere *naturam primatiale*. Attamen pariter consci sumus hunc Codicem, ad materiam quod attinet, in se referre *collegialm sollicitudinem de Ecclesia omnium Nostrorum in Episcopatu Fratrum*; quinimmo, quasi ex quadam similitudine ipsius Concilii, idem Codex habendus est veluti fructus *collegialis cooperationis*, quae orta est ex expertorum hominum institutorumque viribus per universam Ecclesiam in unum coalescentibus.

Altera oritur quaestio, quidnam sit Codex Iuris Canonici. Cui interrogationi ut rite respondeatur, mente repetenda est longinqua illa hreditas iuris, quae in libris Veteris et Novi Testamenti continetur, ex qua tota traditio iuridica et legifera Ecclesiae, tamquam a suo primo fonte, originem dicit.

Christus enim Dominus uberrimam hereditatem Legis et Prophetarum, quae ex historia et experientia Populi Dei in Vetere Testamento paulatim creverat, minime destruxit, sed implevit (cfr. Mt 5, 17), ita ut ipsa novo et altiore modo ad hereditatem Novi Testamenti pertineret. Quamvis ergo Sanctus Paulus, mysterium paschale expnens, doceat iustificationem non ex legis operibus, sed ex fide dari (cfr. Rm 3, 28; cfr. Gal 2, 16), tamen nec vim obligantem Decalogi excludit (cfr. Rm 13, 8—10; cfr. Gal 5, 13—25; 6, 2), nec momentum disciplinae in Ecclesia Dei negat (cfr. 1 Cor, cap. 5 et 6). Sic Novi Testamenti scripta sinunt, ut nos multo magis percipiamus hoc ip-

in modrosti. Skupaj s temi se spominjamo kardinalov, nadškofov, škofov, ki so bili člani omenjene komisije, kakor tudi svetovalcev posameznih študijskih skupin, ki so bili v teh letih pritegnjeni k temu tako zahtevnemu delu in ki jih je medtem Bog poklical k večnemu plačilu. Za vse te se dviga naša prošnja k Bogu.

Hočemo pa se spomniti tudi živih, to je predvsem sedanji namestnik predsednika komisije škof Rosario Castillo Lara, ki je dolga leta v tako odgovorni službi opravljal odlično delo; in za njim duhovnik Willy Onclin, ki je s svojo neutrudno marljivostjo in vestnostjo veliko pripomogel, da se je delo srečno končalo, in končno vsi drugi, ki so v isti komisiji kot kardinali člani ali uslužbenci, svetovalci in sodelavci v študijskih skupinah ali drugih uradih prispevali svoj dragocen delež, da se je lahko izoblikovalo in končalo tako težko in tako zapleteno delo.

Ko torej danes razglašamo novi zakonik, se dobro zavedamo, da to dejanje izhaja iz papeške oblasti in je zato *izraz našega prvenstva*. Vendar pa se zavedamo, da ta zakonik glede na vsebino nosi v sebi *zborno skrb* vseh naših bratov v škofovstvu za Cerkv; še več, na podlagi neke podobnosti s cerkvenim zborom je treba ta zakonik imeti za nekakšen sad *zbornega sodelovanja*, ki je nastalo tako, da so se duhovne moči strokovnjakov in ustanov vesoljne Cerkve združile za skupno delo.

Tu se nam zastavlja zdaj drugo vprašanje, kaj je pravzaprav zakonik cerkvenega prava. Da pravilno odgovorimo na to vprašanje, moramo v mislih preleteti tisto davno pravno dediščino, vsebovano v knjigah stare in nove zaveze, iz katere kot iz svojega prvega vira izhaja vse pravno in zakonodajno izročilo Cerkve.

Kristus Gospod namreč tiste bogate dediščine postave in prerokov, ki je polagoma rasla iz zgodovine in izkustva starozaveznega božjega ljudstva, nikakor ni odpravil, marveč dopolnil (prim. Mt 5, 17), tako da sedaj na nov in globlji način spada k novozavezni dediščini. Čeprav sveti Pavel, ko razlagal velikonočno skrivnost, uči, da se nam opravičenje ne daje iz del postave, ampak iz vere (prim. Rim 3, 28; prim. Gal 2, 16), vendar ne izključuje obvezujoče moči dekaloga (prim. Rim 13, 8—10; prim. Gal 13—25; 6, 2) in ne zanikuje pomena pravnega reda v božji Cerkvi (prim. 1 Kor, pogl. 5 in 6). Tako na podlagi novozaveznih spisov razumemo vezi, ki to pomembnost tesneje povezujejo z odrešenjskim značajem evangelijskega oznanjevanja.

Ker je tako, je jasno, da zakonikov namen nikakor ni v življenju Cerkve ali vernikov nadomestiti vero, milost, duhovne darove in

sum disciplinae momentum, utque melius intellegere valeamus vincula, quae illud arctiore modo coniungunt cum indole salvifica ipsius Evangelii nuntii.

Quae cum ita sint, satis appareat finem Codicis minime illum esse, ut in vita Ecclesiae vel christifidelium fides, gratia, charismata ac praesertim caritas substituantur. Ex contrario, Codex eo potius spectat, ut talem gignat ordinem in ecclesiasticali societate, qui, pracci-puas tribuens partes amori, gratiae atque charismatibus, eodem tempore faciliorem reddit ordinatam eorum progressionem in vita sive ecclesiasticalis societatis, sive etiam singulorum hominum, qui ad illam pertinent.

Codex, utpote cum sit primarium documentum legiferum Ecclesiae, innixum in hereditate iuridica et legifera Revelationis atque Traditionis, pernecessarium instrumentum censendum est, quo debitus servetur ordo tum in vita individuali atque sociali, tum in ipsa Ecclesiae navitate. Quare, praeter elementa fundamentalia structurae hierarchicae et organicae Ecclesiae a Divino Conditore statuta vel in apostolica aut ceteroqui in antiquissima traditione fundata, ac praeter praecipuas normas spectantes ad exercitium triplicis munieris ipsi Ecclesiae demandati, Codex quasdam etiam regulas atque agendi normas definiat oportet.

Instrumentum, quod Codex est, plane congruit cum natura Ecclesiae, qualis praesertim proponitur per magisterium Concilii Vaticani II in universum spectatum, peculiarique ratione per eius ecclesiologicam doctrinam. Immo, certo quodam modo, novus hic Codex concipi potest veluti magnus nisus transferendi in sermonem *canonisticum* hanc ipsam doctrinam, ecclesiologiam scilicet conciliarem. Quod si fieri nequit, ut imago Ecclesiae per doctrinam Concilii descripta perfecte in linguam *canonisticam* convertatur, nihilominus ad hanc ipsam imaginem semper Codex est referendus tamquam ad primarium exemplum, cuius lineamenta is in se, quantum fieri potest, suapte natura exprimere debet.

Inde nonnullae profluunt fundamentales normae, quibus totus regitur novus Codex, intra fines quidem materiae illi propriae, nec non ipsius linguae, quae cum ea materia cohaeret.

Quinimmo affirmari licet inde etiam proficiisci notam illam, qua Codex habet veluti complementum magisterii a Concilio Vaticano II propositi, peculiari modo quod attinet ad duas Constitutio-nes, dogmaticam nempe atque pastoralem.

Hinc sequitur, ut fundamentalis illa ratio *novitatis*, quae, a traditione legifera Ecclesiae numquam discedens, reperitur in Concilio

predvsem ljubezen. Nasprotno, zakonikov namen je dati cerkveni družbi takšno ureditev, ki daje prednost ljubezni, milosti in duhovnem darovom, hkrati pa olajša njihovo urejeno rast v življenju cerkvene družbe in posameznikov, ki ji pripadajo.

Kot prvenstven zakonodajni dokument Cerkve, oprt na pravno in zakonodajno dedičino razodetja in izročila, moramo imeti zakonik za prepotrebno sredstvo, s katerim se zagotavlja potreben red, tako v zasebnem in družbenem življenju kakor tudi v dejavnosti Cerkve same. Zato mora zakonik poleg temeljnih, od njene božjega ustanovitelja postavljenih ali na apostolsko ali kako drugo prastaro izročilo oprtih prvin cerkvene ureditve, in poleg najpomembnejših določb glede opravljanja trojne službe, zaupane Cerkvi, opredeliti še nekatere pravila in določbe za potrebljeno ravnanje.

Sredstvo, kakršno je zakonik, docela ustreza naravi Cerkve, zlasti kakor nam jo podaja učiteljstvo drugega vatikanskega cerkvenega zbora na splošno in posebej še v svojem nauku o Cerkvi. Še več, novi zakonik lahko na neki način pojmuemo kot veliko pri-zadevanje prenesti ta nauk, namreč nauk cerkvenega zbora o Cerkvi, v govorico *cerkvenega prava*. Čeprav ni mogoče, da bi podobo Cerkve, kot jo je opisal nauk cerkvenega zbora, natančno prenesli v cerkvenopravni jezik, se bo zakonik kljub temu nenehno vračal k tej podobi kot prvenstvenemu vzoru, katerega poteze mora, kolikor je mogoče, izraziti po svoji naravi.

Iz tega izhajajo nekatere temeljne določbe, ki usmerjajo ves novi zakonik v mejah njemu lastne vsebine in njegov jezik, ki je z njom povezan.

Trditi bi mogli celo, da iz tega izvira tudi tista značilnost, po kateri velja zakonik za nekakšno spopolnitve nauka drugega vatikanskega cerkvenega zbora, posebej še dogmatične in pastoralne konstitucije.

Iz tega sledi, da je tisti temeljni značaj *novosti*, ki nikdar ne odstopa od zakonodajnega izročila Cerkve in ga najdemo v drugem vatikanskem cerkvenem zboru posebej v njegovem nauku o Cerkvi, tudi značaj *novosti* v novem zakoniku.

Od prvin, ki izražajo pravo in lastno podobo Cerkve, moramo navesti predvsem nauk, ki predstavlja Cerkev kot božje ljudstvo (prim. Dogm. konstitucijo o Cerkvi 2), hierarhično oblast pa kot služenje (prav tam 3); nadalje nauk, ki kaže Cerkev kot občestvo in zato določa medsebojne tesne odnose, ki morajo vladati med delno in vesoljno Cerkvio, med zbornostjo in prvenstvom; potem nauk, po katerem so vsi člani božjega ljudstva, vsak na svoj način,

Vaticano II, praesertim quod spectat ad eius ecclesiologicam doctrinam, efficiat etiam rationem *novitatis* in novo Codice.

Ex elementis autem, quae veram ac propriam Ecclesiae imaginem exprimunt, haec sunt praecipue recensenda: doctrina qua Ecclesia ut Populus Dei (cfr. Const. *Lumen gentium*, 2), et auctoritas hierarchica uti servitum proponitur (*ibid.*, 3); doctrina praeterea quae Ecclesiam uti *communionem* ostendit ac proinde mutuas statuit necessitudines quae inter Ecclesiam particulariem et universalem, atque inter collegialitatem ac primatum intercedere debent; item doctrina qua omnia membra Populi Dei, modo sibi proprio, triplex Christi munus participant, sacerdotale scilicet propheticum atque regale, cui doctrinae ea etiam adnectitur, quae respicit officia ac iura christifidelium, ac nominatim laicorum; studium denique ab Ecclesia in oecumenismum impendendum.

Si igitur Concilium Vaticanum II ex Traditionis thesauro vetera et nova protulit, eiusque novitas hisce aliisque elementis continetur, manifesto patet Codicem eandem notam fidelitatis in novitate et novitatis in fidelitate in se recipere, eique conformari pro materia sibi propria suaque peculiari loquendi ratione.

Novus Codex Iuris Canonici eo tempore in lucem prodit, quo Episcopi totius Ecclesiae eius promulgationem non tantum postulant, verum etiam instanter vehementerque efflagitant.

Ac revera Codex Iuris Canonici Ecclesiae omnino necessarius est. Cum ad modum etiam socialis visibilisque compaginis sit constituta, ipsa normis indiget, ut eius hierarchica et organica structura adspectabilis fiat, ut exercitium munerum ipsi divinitus creditorum, sacrae praesertim potestatis et administrationis sacramentorum rite ordinetur, ut secundum iustitiam in caritate innixam mutuae christifidelium necessitudines componantur, singulorum iuribus in tuto positis atque definitis, ut denique communia incepta, quae ad christianam vitam perfectius usque vivendam suscipiuntur, per leges canonicas fulciantur, muniantur ac promoteantur.

Demum canonicae leges suapte natura observantiam exigunt; qua de causa quam maxima diligentia adhibita est, ut in diuturna Codicis præparatione, accurata fieret normarum expressio eaedemque in solido iuridico, canonico ac theologico fundamento inniterentur.

Quibus omnibus consideratis, optandum sane est, ut nova canonica legislatio efficax instrumentum evadat, cuius ope Ecclesia valeat se ipsam perficere secundum Concilii Vaticani II spiritum, ac

deležni trojne Kristusove službe, duhovniške, preroške in kraljevske, kateremu je pridružen tudi nauk o dolžnostih in pravicah vernikov, še posebej laikov; končno prizadevanje, ki ga mora Cerkev posvečati ekumenizmu.

Ce je torej drugi vatkanski cerkveni zbor prinesel iz zaklada izročila staro in novo in njegovo novost sestavlajo te in druge prvine, je jasno, da mora tudi zakonik vsebovati to značilno lastnost zvestobe v novosti in novosti v zvestobi in se ji po svoji lastni vsebinu in posebnem načinu izražanja povsem prilagoditi.

Novi zakonik cerkvenega prava izide v času, ko škofje vse Cerkve za njegovo razglasitev ne le prosijo, ampak jo tako rekoč nujno in nestrnpo zahtevajo.

In zares, zakonik cerkvenega prava je Cerkvi v resnici potreben. Ker je tudi le-ta ustanovljena kot družbena in vidna tvorba, potrebuje določbe, da bo njena hierarhična in organska zgradba zaznavana, da bi bilo opravljanje od Boga ji zaupanih služb, predvsem svete oblasti in delitve zakramentov, pravilno urejeno, da bi pravičnost, ki sloni na ljubezni, uravnava medsebojne odnose vernikov ob zajamčenih in opredeljenih pravicah posameznikov, in končno, da bi cerkvenopravni zakoni podpirali, utrjevali in pospeševali skupne pobude za čim popolnejše krščansko življenje.

Naposled že po svoji naravi cerkvenopravni zakoni zahtevajo, da jih spolnjujemo; zato so med dolgim pripravljanjem zakonika kar najbolj poskrbeli, da bi bile določbe natančno izražene in se opirale na trden pravni, cerkvenopravni in bogoslovni temelj.

Ko smo vse to preudarili, moramo po pravici želeti, da bi bila nova cerkvena zakonodaja učinkovito sredstvo, s katerim bi se mogla Cerkev spopolniti v duhu drugega vatkanskega cerkvenega zabora in biti vedno bolj sposobna na tem svetu uresničevati svoje odrešenjsko poslanstvo.

Polni zaupanja želimo s temi svojimi premisleki seznaniti vse, ko za latinsko Cerkev razglašamo to glavno zbirko cerkvenih zakonov.

Bog naj stori, da bi bila veselje in mir s pravičnostjo in poslušnostjo najboljše priporočilo tega zakonika in da bi to, kar zapoveduje glava, spolnjevalo telo.

V zaupanju na pomoč božje milosti, opirajoč se na oblast svetih apostolov Petra in Pavla, z zanesljivim spoznanjem in uslišujoč prošnje škofov vsega sveta, ki so s čutom zbornosti z nami sodelovali, z vrhovno oblastjo, ki jo imamo, s to našo odslej veljavno konstitucijo razglašamo pričujoči zakonik, kakor je bil urejen in

magis magisque parem se praebeat salutifero suo muneri in hoc mundo exsequendo.

Placet considerationes has Nostras fidenti animo omnibus committere, dum princeps legum ecclesiasticarum Corpus pro Ecclesia latina promulgamus.

Faxit ergo Deus, ut gaudium et pax cum iustitia et oboedientia hunc Codicem commendent, et quod iubetur a capite, servetur in corpore.

Itaque divinae gratiae auxilio freti, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate suffulti, certa scientia atque votis Episcoporum universi orbis adnuentes, qui nobiscum collegiali affectu adlaboraverunt, suprema qua pollemus auctoritate, Constitutione Nostra hac in posterum valitura, praesentem Codicem sic ut digestus et recognitus est, promulgamus, vim legis habere posthac pro universa Ecclesia latina iubemus ac omnium ad quos spectat custodiae ac vigilantiae tradimus servandum. Quo autem fidentius haec praescripta omnes probe percontari atque perspecte cognoscere valeant, antequam ad effectum adducantur, edicimus ac iubemus, ut ea vim obligandi sortiantur a die prima Adventus anni MCMLXXXIII. Non obstantibus quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis etiam speciali vel individua mentione dignis necnon consuetudinibus contrariis.

Omnes ergo filios dilectos hortamur, ut significata praecepta animo sincero ac propensa voluntate exsolvant, spe confisi fore ut Ecclesiae studiosa disciplina revirescat ac ac propterea animarum quoque salus magis magisque, auxiliatrice Beatissima Virgine Maria, Ecclesiae Matre, promoveatur.

Datum Romae, die XXV Ianuarii, anno MCMLXXXIII, apud Vaticanas aedes, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PAULUS PP. II

predelan, in ukazujemo, naj ima poslej zakonsko moč za vso latinško Cerkev, ter ga izročamo varstvu in nadzorstvu vseh, ki so to dolžni. Da bi pa mogli vsi dobro raziskati in jasno spoznati te predpise, preden začno veljati, razglasamo in ukazujemo, naj dobijo veljavo šele na prvi adventni dan leta 1983. Kakršnekoli uredbe, konstitucije, privilegiji, četudi posebne ali posamične omembe vredni, kakor tudi običaji, ki temu nasprotujejo, nimajo več veljave.

Vse ljubljene vernike torej spodbujamo, naj objavljene zapovedi iskreno in prostovoljno spolnjujejo, v trdnem upanju, da bo v Cerkvi spet vzcvetel dejaven pravni red in da bo zato s pomočjo svete Device Marije, matere Cerkve, tudi vedno bolj in bolj napredoval blagor vernikov.

Dano v Rimu, v vatikanski palači, dne 25. januarja leta 1983, v petem letu našega papeževanja.

PAPEŽ JANEZ PAVEL II.

Praefatio

Inde a primaevae Ecclesiae temporibus mos fuit sacros canones in unum colligere, ut eorum scientia et usus et observantia faciliores evaderent, praesertim sacris ministris, quippe cum «nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare», ut iam monuit Coelestinus Papa in epistola ad episcopos per Apuliam et Calabriam constitutos (die 21 iulii a. 429. Cfr. Jaffé² n. 371; Mansi IV, col. 469); quibus verbis consonat Concilium Toletanum IV (a. 633) quod, post restauratam disciplinam Ecclesiae in regno Visigothorum ab arianismo liberatae, praescripserat: «sciant sacerdotes scripturas sacras et canones» quia «ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est» (can. 25; Mansi, X, col. 627).

Revera decursu decem primorum saeculorum passim prope innumerae effluerunt ecclesiasticarum legum syllogae, privato potius consilio compositae, in quibus normae a Conciliis potissimum et a Romanis Pontificibus latae aliaeque e fontibus minoribus depromptae continebantur. Medio saeculo XII huiusmodi coacervatio collectionum et normarum, haud raro inter se pugnantium, item privato inceptu a monacho Gratiano in concordiam legum et collectionum redacta est. Quae concordia, postea Decretum Gratiani nuncupata, primam constituit partem magnae illius collectionis legum Ecclesiae quae, capto exemplo a Corpore Iuris Civilis Justiniani imperatoris, Corpus Iuris Canonici appellata est legesque continebat, quae duorum fere saeculorum tempore ab auctoritate suprema RR. Pontificum conditae sunt, adiuvantibus iuris canonici peritis, qui glossatores vocabantur. Quod Corpus, praeter Gratiani Decretum in quo normae superiores continebantur, constat Libro Extra Gregorii IX, Libro VI^o Bonifati VIII, Clementinis i.e. collectione Clementis V a Ioanne XXII promulgata, quibus accedunt huius Pontificis Extravagantes et Extravagantes Communes variorum RR. Pontificum Decretales numquam in collectionem authenticam collectae. Ius ecclesiasticum, quod hoc Corpus complectitur, ius classicum Ecclesiae catholicae constituit atque hoc nomine communiter appellatur.

Huic autem Corpori iuris Ecclesiae Latinae respondet aliquo modo Syntagma Canonum vel Corpus canonum Orientale Ecclesiae Graecae.

Leges sequentes, praesertim tempore reformationis catholicae a Concilio Tridentino conditae atque a variis Curiae Romanae Dicasteriis posterius latae, numquam in unam syllogem digestae sunt; idque causa fuit cur legislatio extra Corpus Iuris Canonici vagans, procedente tempore,

Uvod

Že od časov prve Cerkve so imeli navado sestavljati zbirke svetih kanonov, da so tako, zlasti svetim služabnikom, olajšali njihovo poznanje, rabo in spolnjevanje, kajti »vsak duhovnik mora poznati svoje kanone«, kakor je spodbujal že papež Celestin v pismu škofom v Apuliji in Kalabriji (dne 21. julija 429. leta; prim. Jaffé² št. 371; Mansi IV, kol. 469); s temi besedami se strinja četrti cerkveni zbor v Toledu (l. 633), ki je po obnovitvi pravnega reda arianizma rešene Cerkve v zahodnogotskem kraljestvu predpisal: »Duhovniki naj poznajo sveto pismo in kanone, ker se morajo božji duhovniki najbolj izogibati nevednosti, ki je mati vseh zabolod« (kan. 25; Mansi X, kol. 627).

Bolj po zasebni odločitvi so v prvih desetih stoletjih vsepovsod nastale zbirke cerkvenih zakonov, ki so vsebovale predvsem določbe, katere so izdali cerkveni zbori in papeži, in take, ki so bile zajete iz drugih manjših virov. Sredi 12. stoletja je takšen niz zbirk in določb, ki so si neredko nasprotovale, prav tako na zasebno pobudo uredil menih Gratian v skladno celoto zakonov in zbirk. Ta skladna celota, pozneje imenovana Gratianov dekret, je prvi del tiste velike zbirke zakonov Cerkve, ki je po zgledu Zbirke civilnega prava cesarja Justinijana dobila ime Zbirka cerkvenega prava in je vsebovala tudi zakone, katere je v dveh stoletjih izdala vrhovna oblast papežev ob pomoči izvedencev cerkvenega prava, ki so se imenovali glosatorji frazlagalci praval. To zbirko sestavljajo poleg Gratianovega dekreta, ki je vseboval zgoraj omenjene določbe, še Liber Extra Gregorija IX., Liber VI. Bonifacija VIII., Klementine, to je zbirka Klemena V., ki jo je razglasil Janez XXII., tem se pridružujejo Extravagantes istega papeža in Extravagantes Communes kot dekretali različnih papežev, ki nikdar niso bili zbrani v verodostojno zbirko. Cerkveno pravo, ki ga vsebuje ta zbirka, sestavlja klasično pravo katoliške Cerkve in ga tako na splošno imenujejo.

Tej pravni zbirki latinske Cerkve na neki način ustreza Syntagma Canonum ali Corpus Canonum Orientale grške Cerkve.

Poznejših kanonov, ki jih je zlasti v času katoliške obnove izdal tridentinski cerkveni zbor in pozneje različni uradi rimske kurije, niso nikoli uredili v eno zbirko; to pa je bil vzrok, da je zakonodaja, ko se je razširjala izven zbirke cerkvenega prava, sčasoma postala »neizmeren dodatek zakonov, ki so se nakopičili drug na drugega«, in je s svojo neurejenostjo, pa tudi nezanesljivostjo, ki je bila povezana z nekorist-

«immensum aliarum super alias coacervatarum legum cumulum» consti-
tueret, in quo non solum inordinatio, verum etiam incertitudo cum inuti-
litate et lacunis plurimarum legum coniuncta effecerunt, ut ipsa disciplina
Ecclesiae in periculum discriminque in dies magis adduceretur.

Qua de causa iam tempore praeparationis Concilii Vaticani I a multis
episcopis quae situm erat, ut nova et unica legum collectio appararetur,
ad curam pastoralem Populi Dei certiore tutioneque modo expediendam.
Quod quidem opus, cum per actionem conciliarem ad effectum adduci
non potuisset, Apostolica Sedes postea urgentioribus tantum rebus, quae
ad disciplinam propius pertinere videbantur, nova legum ordinatione
consuluit. Pius Papa X, denique, vix Pontificatu inito, negotium in se
suscepit, cum sibi proposuisset omnes leges ecclesiasticas colligere et
reformare, iussit ut opus, duce Cardinali Petro Gasparri, tandem ad ef-
fectum deduceretur.

In tam grandi tamque arduo opere peragendo in primis quaestio de
forma interna et externa novae collectionis solvenda fuit. Seposito modo
compilationis, quo singulae leges prolixo suo originario textu referri de-
buisserent, visum est hodiernam codificationis rationem eligere, sicque
textus praeceptum continentis et proponentes in novam ac breviorem
formam redacti sunt; materia autem tota in quinque libris, qui systema
institutionum iuris romani de personis, de rebus et de actionibus substan-
tialiter imitantur, est ordinata. Opus duodecim annorum spatio peractum
est, sociam ferentibus operam viris peritis, consultoribus et episcopis
totius Ecclesiae. Indoles novi Codicis prooemio can. 6 clare enuntiatur:
«*Codex vigentem huc usque disciplinam plerumque retinet, licet op-
portunas immutationes afferat.* Non agebatur ergo de iure novo con-
dendo, sed praecipue de iure usque ad illud tempus vigente nova ratione
ordinando. Pio X vita functo, haec collectio universalis, exclusiva, authen-
tica ab eius successore Benedicto XV die 27 maii 1917 promulgata est,
et a die 19 maii 1918 vim obligandi obtinuit.

Ius universale huius Codicis Pio-Benedictini consensu omnium com-
probatum est, idemque nostra aetate valde contulit ad pastorale munus
efficaciter promovendum in tota Ecclesia, quae interim nova incrementa
suscipiebat. Attamen, tum externae Ecclesiae condiciones in hoc mundo
qui paucis decenniis tam celeres rerum vices ac tam graves morum im-
mutationes expertus est, tum progredientes internae rationes communi-
tatis ecclesiasticae, necessario effecerunt, ut nova legum canonistarum
reformatio in dies magis urgeret atque expositularetur. Haec sane tempo-
rum signa clare perspexerat Summus Pontifex Ioannes XXIII, qui cum
Synodi Romanae et Concilii Vaticani II primum nuntium dedit die 25
ianuarii 1959, simul etiam annuntiavit hos eventus necessario fore praepa-
rationem ad exoptatum Codicis renovationem instituendam.

nostjo in vrzelmi mnogih zakonov, povzročila, da je sam pravni red
Cerkve bil vedno bolj v nevarnosti in stiski.

Mnogi škofje so zato že v času priprave 1. vatikanskega cerkvenega
zbora žeeli, naj se sestavi nova in samo ena zbirka zakonov, da bo
pastoralna skrb božjega ljudstva potekala bolj zanesljivo in varno. Ker
dejavnost cerkvenega zpora tega dela ni mogla uresničiti, je apostolski
sedež nato z novo ureditvijo zakonov poskrbel samo za najnujnejše zade-
ve, za katere se je zdelo, da se bolj tičejo pravnega reda. Komaj je Pij X.
postal papež, si je zastavil nalogo in sklenil zbrati ter preoblikovati vse
cerkvene zakone in ukazal, da se naposled delo pod vodstvom kardinala
Pietra Gasparrija v celoti uresniči.

Pri tako velikem in tako težavnem delu je bilo treba najprej rešiti
vprašanje notranje in zunanje oblike nove zbirke. Izločili so kompilator-
ski način, v katerem bi morali posamične zakone navajati v njihovem
celotnem izvirnem besedilu, namenoma pa izbrali sodobni način urejanja
zakonov, in so tako besedila, ki so vsebovala in podajala zapoved, strnili
v novo in krajsko obliko, vse gradivo pa razvrstili v pet knjig, ki v jedru
posnemajo razvrstitev ustanov rimskega prava glede na osebe, stvari in
pravni postopek. S skupnim prizadevanjem izvedencev, svetovalcev in
škofov vse Cerkve je bilo delo končano v dvanajstih letih. Značilnosti
novega zakonika jasno v uvodu izrazi kan. 6: »*Zakonik večinoma ohranja
do zdaj veljavni pravni red, čeprav uvaja primerne spremembe.*« Torej
ni šlo za ustvaritev novega prava, ampak predvsem za ureditev dotlej
veljavnega prava na nov način. Po smrti Pija X. je njegov naslednik
Benedikt XV. dne 27. maja 1917 razglasil to splošno, izključno in vero-
dstojno zbirko, ki je začela veljati dne 19. maja 1918.

Splošno pravo tega Pijevega-Benediktovega zakonika so vsi soglasno
sprejeli in je v našem času mnogo prispevalo k učinkovitejšemu pospe-
ševanju pastoralnega dela v vsej Cerkvi, ki je medtem doživljala novo
rast. Vendar so zunanje razmere Cerkve v tem svetu, ki je v nekaj
desetletjih doživel tako nagle menjave razmer in tako resne spremembe
nравi, in napredajoča notranja ureditev cerkvene skupnosti neizogibno
povzročile, da je novo preoblikovanje cerkvenih zakonov iz dneva v dan
postajalo bolj nujno in potrebno. Ta znamenja časov je jasno spoznal
papež Janez XXIII., ki je dne 25. januarja 1959 prvič napovedal rimske
sinodo in 2. vatikanski cerkveni zbor, hkrati pa tudi oznanil, da bosta ta
dogodka nujno pripravila zaželeno prenovitev zakonika.

Čeprav je bila že na začetku vesoljnega cerkvenega zpora dne 28.
marca 1963 ustanovljena komisija za prenovo zakonika cerkvenega prava,
so člani kardinali pod predsedstvom kardinala Pietra Ciriaci in
tajnika Giacoma Violarda na seji 12. novembra istega leta skupaj s pred-

Re quidem vera, quamvis Commissione Codici Iuris Canonici recognoscendo die 28 martii 1963, incohato iam Concilio Oecumenico, constituta esset, Praeside Card. Petro Ciriaci et Secretario Rev.mo D. Jacobo Vialardo, sodales Cardinales in coetu die 12 novembris eiusdem anni habito una cum Praeside convenerunt veros as proprios recognitionis labores esse differendos, eosque nonnisi post absolutum Concilium incipere posse. Reformatio enim perficienda erat iuxta consilia et principia ab ipso Concilio statuenda. Interea Commissioni a Ioanne XXIII constitutae eius Successor Paulus VI die 17 aprilis 1964 septuaginta consultores adiunxit, ac postea alios sodales Cardinales nominavit et consultores e toto orbe arcessivit, ut in labore perficiendo operam suam navarent. Die 24 februariorum 1965 Summus Pontifex Rev.mum P. Raymundum Bidagor S.J. novum Secretarium Commissionis nominavit, cum Rev.mus D. Violardo ad munus Secretarii Congregationis pro Disciplina Sacramentorum promotus esset, et die 17 novembris eiusdem anni Rev.mum D. Guilelmum Oncin Secrетarium Adiunctum Commissionis constituit. Card. Ciriaci vita functo, die 21 februariorum 1967 novus Pro-Praeses nominatus est Archiepiscopus Pericles Felici, iam Secretarius Generalis Concilii Vaticanum II, qui die 26 iunii eiusdem anni in Sacrum Cardinalium Collegium cooptatus est et deinceps munus Praesidis Commissionis suscepit. Cum autem Rev.mus P. Bidagor die 1 novembris 1973 annum octogesimum agens a munere Secretarii cessasset, die 12 februariorum 1975 Exc.mus D. Rosalius Castillo Lara S.D.B., episcopus tit. Praecausensis et Coadiutor Truxillensis in Venetiola, novus Secretarius Commissionis renuntiatus est, idemque die 17 maii 1982, Cardinali Pericle Felici praemature e vivis erepto, Pro-Praeses Commissionis est constitutus.

Concilio Oecumenico Vaticano II iam ad finem vergente, coram Summo Pontifice Paulo VI die 20 novembris 1965 sollemnitas Sessio habita est, cui Cardinales sodales, Secretarii, consultores et officiales Secretariae, interim constitutae, interfuerunt, ut publica inauguratio laborum Codici Iuris Canonici recognoscendo celebraretur. In allocutione Summi Pontificis quodammodo fundamenta totius laboris iacta sunt ac revera in memoria revocatur Ius Canonicum e natura Ecclesiae manare, eius radicem sitam in potestate iurisdictionis a Christo Ecclesiae tributa, necnon finem in cura animarum ad salutem aeternam consequendam esse ponendum; indeoles praeterea iuris Ecclesiae illustratur, eius necessitas contra communiores obiectiones vindicatur, historia progressionis iuris et collectionum inuitur, praesertim autem urgens novae recognitionis necessitas in luce ponitur, ut Ecclesiae disciplina mutatis rerum coondicionibus apte accommodetur.

Summus Pontifex insuper duo elementa Commissioni indicavit, quae universo labori praeesse deberent. Primum nempe non agebantur tantum-

sednikoma soglašali, da je treba pravo in lastno delo prenove odložiti in da se more začeti šele po končanem cerkvenem zboru, kajti preoblikovanje je treba opraviti po nasvetih in načelih, ki jih mora določiti sam cerkveni zbor. Komisiji, ki jo je ustanovil Janez XXIII., je njegov naslednik Pavel VI. dne 17. aprila 1964 medtem pridružil sedemdeset svetovalcev in nato imenoval druge člane kardinalne ter pritegnil svetovalce z vsega sveta, da bi pomagali uresničiti to delo. Papež je dne 24. februarja 1965 imenoval p. Raimonda Bidagorja D. J. za novega tajnika komisije, ker je Violardo prevzel službo tajnika kongregacije za disciplino zakramentov, 17. novembra istega leta pa je bil imenovan Willy Oncin za pomočnika tajnika komisije. Ko je umrl kardinal Ciriaci, je bil dne 21. februarja 1967 imenovan za namestnika predsednika nekdanji glavni tajnik 2. vatikanskega cerkvenega zбора, nadškof Pericle Felici, ki je isto leto 26. junija postal kardinal in je takrat prevzel službo predsednika komisije. Ko pa je p. Bidagor, ki je dne 1. novembra 1973 dopolnil 80 let, odložil službo tajnika, je bil dne 12. februarja 1975 Rosalio Castillo Lara SDB, naslovni škof iz Peccansa in pomožni škof iz Trujilla v Venezueli, imenovan za novega tajnika komisije, ko pa je kardinal Pericle Felici 17. maja 1982 nepričakovano umrl, je postal namestnik predsednika.

Že proti koncu 2. vatikanskega vesoljnega cerkvenega zboru je bilo dne 20. novembra 1965 v papeževi navzočnosti slovesno zasedanje kardinalov članov, tajnikov, svetovalcev in uradnikov tajništva, ki je bilo medtem ustanovljeno, da bi proslavili javni začetek del za prenovo zakonika cerkvenega prava. Papež je v svojem nagovoru nekako dal temelje vsemu delu in priklical v spomin, da cerkveno pravo izhaja iz narave Cerkve, da korenini v vodstveni oblasti, ki jo je Kristus podelil Cerkvi, in da mora imeti svoj namen v skrbi, da duše dosežejo zveličanje, poleg tega je osvetlil značilnosti cerkvenega prava, proti bolj splošnim ugovorom branil njegovo potrebnost, ocenil zgodovino razvoja prava in pravnih zbirk, predvsem pa pojasnil nujno potrebnost ponovne prenove, da bi se tako pravni red Cerkve primerno prilogodil spremenjenim razmeram.

Papež je poleg tega nakazal komisiji dve sestavini, ki bi morali voditi vse delo. Najprej naj bi namreč ne šlo le za novo razvrstitev zakonov, kot se je zgodilo pri predelavi Pijevskega-Benediktovega zakonika, ampak tudi in zlasti za preoblikovanje določb ob prilagoditvi novemu mišljenju in novim potrebam, vendar bo moralno staro pravo ostati temelj. Pri vsej tej prenovi je končno treba natančno imeti pred očmi odloke in listine drugega vatikanskega cerkvenega zboru, ker vsebujejo lastne temeljne poteze zakonodajne prenove bodisi da so bile izdane določbe, ki se tičejo neposredno novih ustanov in cerkvenega pravnega reda, bodisi da bi bilo potrebno, da bi doktrinalno bogastvo tega cerkvenega zboru, ki je

modo de nova legum ordinatione, quemadmodum in elaborando Codice Pio-Benedictino factum erat, sed etiam ac praelestim de reformatione normarum novo mentis habitui novisque necessitatibus accommodanda, etsi ius vetus suppeditare fundamentum deberet. Accurate deinde prae oculis habenda erant in hoc recognitionis opere universa Decreta et Acta Concilii Vaticani II, cum in iis propria novationis legislativae lineamenta invenirentur, sive quia normae fuerant editae, quae instituta nova et disciplinam ecclesiasticam directe respiciebant, sive etiam quia oportebat divitiae doctrinales huius Concilii, quae multum tribuerant pastorali vitae, etiam in canonica legislatione sua consecaria suumque necessarium complementum haberent.

Iteratis allocutionibus, praeceptis et consiliis etiam sequentibus annis duo praedicta elementa in mentem membrorum Commissionis revocata sunt a Summo Pontifice, qui quidem universum laborem altius dirigere atque assidue prosequi numquam cessavit.

Ut subcommissiones seu coetus a studiis opus modo organico aggredi possent, necesse erat ut ante omnia enuclearentur et appobarentur principia quaedam, quae universae Codicis recognitionis iter sequendum statuerent. Coetus quidam centralis consultorum textum documenti praeparavit, quod iussu Summi Pontificis mense octobri 1967 studio Coetus Generalis Synodi Episcoporum subiectum est. Unanimo fere consensu haec principia approbata sunt: 1^o) In renovando iure indoles iuridica novi Codicis, quam postulat ipsa natura socialis Ecclesiae, omnino retinenda est. Quare Codicis est normas praebere ut christifideles in vita christiana degenda bonorum ab Ecclesia oblatorum participes fiant, quae eos ad salutem aeternam ducant. Ideoque hunc ad finem Codex iura et obligationes uniuscuiusque erga alios et erga societatem ecclesiasticam definire atque tueri debet, quatenus ad Dei cultum et animarum salutem pertineant. 2^o) Inter forum externum et forum internum, quod Ecclesiae proprium est et per saecula viguit, existat coordinatio, ita ut conflictus inter utrumque vitetur. 3^o) Ad curam pastoralem animarum quam maxime fovendam, in novo iure, praeter virtutem iustitiae, ratio habeatur etiam caritatis, temperantiae, humanitatis, moderationis, quibus aequitati studeatur non solum in applicatione legum ab animarum pastoribus facienda, sed in ipsa legislatione, ac proinde normae nimis rigidae seponantur, immo ad exhortationes et suasiones potius recurritur, ubi non adsit necessitas stricti iuris servandi propter bonum publicum et disciplinam ecclesiasticam generalem. 4^o) Ut Summus Legislator et Episcopi in cura animarum concordem operam praeistent et pastorum munus modo magis positivo appareat, quae huc usque extraordinariae erant facultates circa dispensationem a legibus generalibus, ordinariae fiant, reservatis iis tan-

veliko prispevalo k pastoralnemu življenju, tudi v cerkvenopravni zakonodaji imelo svoje zaključke in svojo potrebitno dopolnitev.

Tudi v naslednjih letih je papež, ki nikoli ni nehal vse delo razumevajoče voditi in skrbno spremljati, v ponovnih nagovorih, naročilih in nasvetih spominjal člane komisije na ti dve pravkar omenjeni sestavini.

Da bi mogle podkomisije ali študijske skupine organsko začeti z delom, je bilo treba natančno pojasniti in potrditi nekatera načela, ki bi določala nujen potek vse prenove zakonika. Osrednja skupina svetovalcev je pripravila besedilo dokumenta, ki je bil oktobra 1967 splošnemu zasedanju škofovske sinode na papežev ukaz predložen v preučevanje. S skoraj enodušno privolitvijo so potrdili tale načela:

1. Pri prenavljanju prava je treba povsem ohraniti pravni značaj novega zakonika, ki ga zahteva sama družbena narava Cerkve. Zato mora zakonik vsebovati določbe, da postanejo verniki v krščanskem življenju deležni dobrin, ki jih ponuja Cerkv in jih vodijo v večno zvičlanje. Zato mora zakonik opredeljevati in varovati pravice in dolžnosti vsakogar do drugih in do cerkvene skupnosti, kolikor so v zvezi z bogočastjem in blagrom duš.

2. Med notranjim in zunanjim področjem, kar je lastno Cerkvi in je bilo stoletja v veljavi, naj vrla skladnost tako, da se prepreči spor med obema.

3. Da bi se čim bolj pospeševala pastoralna skrb za duše, naj se v novem pravu poleg kreposti pravičnosti upošteva tudi ljubezen, zmernost, človečnost, umerjenost, s katerimi naj se podpira ravnovesje ne le v uporabi zakonov s strani pastoralnih delavcev, marveč v sami zakonodaji, in naj se zato ne sestavijo prestroge določbe, nasprotno, naj se bolj uporabljam spodbude in priporočila, kjer ni potrebe, da se zaradi javnega blagra in splošnega cerkvenega pravnega reda ohranja strogo pravo.

4. Za složno delovanje najvišjega zakonodajalca in škofov v pastoralni skrbi za duše, da bi služba pastirjev postala bolj očitno pozitivna, naj doslej izredne pravice glede spregledovanja splošnih zakonov postanejo redne, pridržijo pa se vrhovni oblasti vesoljne Cerkve ali drugim višjim oblastem samo tiste, ki zaradi skupnega blagra zahtevajo izjemo.

5. Dobro je treba biti pozoren na načelo, ki se izvaja iz gornjega in se imenuje načelo subsidiarnosti ter ga je treba v Cerkvi toliko bolj uporabljati, ker je služba škofov s pridruženimi oblastmi božjepopravna. Da se le ohranita enotnost zakonodaje ter vsem skupno in splošno pravo, se s tem načelom brani tudi primernost in potrebnost skrbeli za korist zlasti posamečnih ustanov z območnim pravom in z zdravo samostojnostjo območne izvršne oblasti, ki jim je priznana. Ko se torej opre na to načelo, naj novi zakonik prepusti območnemu pravu ali izvršni oblasti, kar ni potrebno za enotnost pravnega reda vesoljne Cerkve tako, da se

tum Supremae potestati Ecclesiae universalis vel aliis auctoritatibus superioribus, quae propter bonum commune exceptionem exigant. 5^o) Probe attendatur ad principium, quod e superiore eruitur et principium subsidiarietatis vocatur, in Ecclesia eo vel magis applicandum, quod officium episcoporum cum potestatibus adnexis est iuris divini. Hoc principio, dum unitas legislativa et ius universale et generale servantur, convenientia etiam et necessitas propugnantur providendi utilitati praesertim singulorum institutorum per iura particularia et per sanam autonomiam potestatis executivae particularis illis agnitam. Eodem igitur principio innexus, novus Codex sive iuribus particularibus sive potestati executivae demandet, quae unitati disciplinae Ecclesiae universalis necessaria non sint, ita ut sanae sic dictae «decentralizationi» opportune provideatur, remoto periculo disgregationis vel constitutionis Ecclesiarum nationalium. 6^o) Propter fundamentalem aequalitatem omnium christifidelium et propter diversitatem officiorum et munerum, in ipso ordine hierarchico Ecclesiae fundatam, expedit ut iura personarum apte definiantur atque in tuto ponantur. Quod efficit, ut exercitum potestatis clarus appareat veluti servitium, magis eius usus firmetur, et abusus removeantur. 7^o) Quae ut apte in praxim deducantur, necesse est ut peculiaris cura tributatur ordinandae procedurae, quae ad iura subiectiva tuenda spectat. In novando igitur iure ad ea attendatur quae hac in re hucusque magnopere desiderabantur, scilicet ad recursus administrativos et administrationem iustitiae. Ad haec obtinenda, necesse est ut varia potestatis ecclesiasticae munera clare distinguantur, videlicet munus legislativum, administrativum et iudiciale, atque apte definiatur a quibusdam organis singula munera exercenda sint. 8^o) Aliquo modo recognoscendum est principium de conservanda indole territoriali in exercitio regiminis ecclesiastici; rationes enim hodierni apostolatus unitates iurisdictionales personales commendare videntur. Principium igitur in iure novo condendo statuatur, quo portio Populi Dei regendi ex regula generali territorio determinetur; sed nihil impediat quominus, ubi utilitas id suadeat, aliae rationes, saltem una simul cum ratione territoriali admitti possint, tamquam criteria ad communitatem fidelium determinandam. 9^o) Circa ius coactivum, cui Ecclesia tamquam societas externa, visibilis et independens renuntiare nequit, poenae sint generatim ferendae sententiae, et in solo foro externo irrogentur et remittantur. Poenae latae sententiae ad paucos casus reducantur, tantum contra gravissima delicta irrogandae. 10^o) Denique, ut omnes unanimi admittunt, nova dispositio systematica Codicis, quam postulat nova accommodatio, inde ab initio adumbrari quidem, sed exacte definiri et decerni non potest. Eadem igitur peragenda erit tantum post sufficientem singularum partium recognitionem, immo postquam fere totum opus absolutum erit.

primerno predvidi zdrava tako imenovana »decentralizacija«, ko se odstrani nevarnost razkrajanja ali nastajanja narodnih Cerkva.

6. Zaradi temeljne enakosti vseh vernikov in različnosti služb in nalog, ki je utemeljena v sami hierarhični ureditvi Cerkve, je koristno, da se primerno opredelijo in zavarujejo pravice oseb. Tako naj se izvrševanje oblasti še jasneje razodene kot služenje, se bolj utrdi njen izvrševanje in preprečijo zlorabe.

7. Da se bo to primerno preneslo v prakso, je treba posvetiti posebno skrb ureditvi postopka za varstvo subjektivnih pravic. Pri prenavljanju prava je treba biti pozoren na tisto, kar se je v tem že doslej pogrešalo, namreč na upravne pritožbe in prisojanje pravice. Da bi to dosegli, je treba jasno razlikovati različne naloge cerkvene oblasti, namreč zakonodajno, upravno in sodno, in primerno opredeliti, katera telesa naj izvršujejo posamezne naloge.

8. Na neki način je treba pretresti načelo, naj se pri izvrševanju cerkvenega vodstva ohrani ozemeljski značaj: zdi se namreč, da oblike današnjega apostolata priporočajo personalne pravne enote. V novem pravu naj se torej postavi načelo, s katerim se del božjega ljudstva, ki ga je treba voditi, določi po splošnem pravilu na osnovi ozemlja; nič pa ne brani, da bi, kjer se to zdi koristno, dopustili druge vidike vsaj hkrati z ozemeljskim vidikom kot merilo za določitev skupnosti vernikov.

9. Glede kazenskega prava, ki se mu Cerkev kot zunanja, vidna in neodvisna družba ne more odreči, naj bodo kazni na splošno naložene, nalagajo in odpuščajo pa naj se le v zunanjem področju. Vnaprej izrečene kazni naj bodo omejene na nekaj primerov in se naložijo le za najtežeje prestopke.

10. Končno, kakor vsi soglasno priznavajo, je novo sistematično ureditev zakonika, ki jo zahteva nova prilagoditev, na začetku pač mogoče nakazati, ne pa točno opredeliti in določiti. To bo torej treba narediti šele po zadostni prenovi posameznih delov, da, šele potem, ko bo skoraj vse delo zaključeno.

Iz teh načel, ki so morala usmerjati način predelave novega zakonika, je jasno razvidno, da je treba povsod uporabljati nauk o Cerkvi, katerega je razvil 2. vatikanski cerkveni zbor, ki namreč določa, naj se posveti pozornost ne le zunanjim in družbenim oblikam Kristusovega skrivnostnega telesa, ampak tudi in predvsem njegovemu notranjemu življenju.

In res so ta načela pri izdelavi novega zakonika svetovalce vodila nekako za roko.

Medtem je kardinal predsednik komisije v pismu, ki ga je dne 15. januarja 1966 poslal predsednikom škofovskih konferenc, prosil škofe vsega katoliškega sveta, naj povedo svoje želje in predloge glede samega

Ex his principiis, quibus novi Codicis recognitionis iter dirigi oportebat, manifesto patet necessitas applicandi passim doctrinam de Ecclesia a Concilio Vaticano II enucleatam, quippe quae statuat ut non solum ad externas ac sociales Corporis Christi Mystici rationes, verum etiam ac praecipue ad eius vitam intimam attendatur.

Ac re vera his principiis consultores in novo Codicis textu elaborando veluti manu ducti sunt.

Interea per epistolam, die 15 ianuarii 1966 ad Em.mo Cardinali Praeside Commissionis ad Praesides Conferentiarum Episcoporum missam, Episcopi universi orbis catholici rogati sunt ut vota et consilia proponerent de ipso iure condendo necnon de modo, quo relationes inter Conferentias episcoporum et Commissionem apte iniri oporteret, ad cooperationem quam maxime hac in re in bonum Ecclesiae obtinendam. Insuper quaesitum est, ut nomina iuris canonici peritorum ad Secretariam Commissionis mitterentur, qui de iudicio Episcoporum in singulis regionibus doctrina magis eminerent, indicata quoque eorundem speciali peritia, ita ut ex iis consultores et collaboratores seligi ac nominari possent. Revera initio ac decursa laborum, praeter Em.mos sodales inter consultores Commissionis episcopi, sacerdotes, religiosi, laici, iuris canonici necnon theologiae, curae pastoralis animarum et iuris civilis periti ex toto orbe christiano electi sunt, ut operam suam conferrent ad novum Codicem Iuris canonici apparandum. Per totum laborum tempus apud Commissionem, ex quinque Continentibus ac ex 31 nationibus, uti sodales, consultores, aliquique collaboratores, operam praestiterunt 105 Patres Cardinales, 77 archiepiscopi et episcopi, 73 presbyteri saeculares, 47 presbyteri religiosi, 3 religiosae, 12 laici.

Iam ante postremam Concilii Vaticani II sessionem, die 6 maii 1965 consultores Commissionis convocati sunt in privatam sessionem, in qua, de consensu Beatissimi Patris, Praeses Commissionis tres quaestiones fundamentales eorum studio commisit, quaesitum nempe est, utrum unus an duo Codices, Latinus scilicet et Orientalis, conficiendi essent; quinam ordo laborum in eo redigendo esset sequendus, seu quomodo Commissione eiusque organa procedere deberent; denique quomodo apta fieret divisio laboris variis subcommissionibus, quae simul agerent, committendi. De his quaestionibus a tribus coetibus ad id constitutis relationes conjectae sunt, eaedemque ad omnes sodales sunt transmissae.

Circa easdem quaestiones Em.mi Commissionis sodales secundam suam sessionem celebraverunt die 25 novembris 1965, in qua rogati sunt, ut ad nonnulla dubia de hac re responderent.

Quoad ordinationem systematicam novi Codicis, ex voto coetus centralis consultorum, qui a die 3 ad diem 7 aprilis 1967 congregati sunt, principium de hac re redactum est Synodo Episcoporum proponendum. Post

prava, ki naj se izdela, in načina, po katerem bi bilo treba primerno navezati odnose med škofovskimi konferencami in komisijo, da bi v tem prišlo do čim večjega sodelovanja v blagor Cerkve. Prav tako je prosil, naj sporočijo tajništvu komisije imena tistih izvedencev cerkvenega prava, ki se po mnenju škofov v posameznih deželah po znanju zelo odlikujejo, navedejo pa tudi, v čem so posebno izvedeni, da bo mogoče izmed njih izbrati in imenovati svetovalce in sodelavce.

Res so bili že od začetka in med delom poleg kardinalov članov pri-druženi za svetovalce komisije tudi škofje, duhovniki, redovniki, laiki, izvedenci cerkvenega prava in teologije, pastoralnega dela in civilnega prava z vsega krščanskega sveta, da bi pomagali pripraviti novi zakonik cerkvenega prava.

Ves čas dela so pri komisiji delali s petih celin in izmed enaintri-deset narodnosti kot člani, svetovalci in drugi sodelavci: 105 kardinalov, 77 nadškofov in škofov, 73 svetnih duhovnikov, 47 redovnih duhovnikov, 3 redovnice, 12 laikov.

Že pred zadnjim zasedanjem 2. vatikanskega cerkvenega zbora so bili dne 6. maja 1965 svetovalci komisije sklicani na zasebno sejo, na kateri jim je predsednik komisije s privolitvijo svetega očeta izročil v študij tri temeljna vprašanja: ali naj se sestavita eden ali dva zakonika, namreč latinski in vzhodni; kakšen naj bo vrstni red pri pripravi zakonika ali kako naj poteka delo komisije in njenih teles; končno, kako naj se primerno porazdeli delo posameznim podkomisijam, ki naj bi delale hkrati. Tri v ta namen sestavljene skupine so o teh vprašanjih izdelale poročila in so jih poslali vsem članom.

Kardinali člani so o istih vprašanjih razpravljali na svojem drugem zasedanju 25. novembra 1965, kjer so bili naprošeni, naj odgovorijo na nekatere dvome glede tega.

Glede sistematicne ureditve novega zakonika je bilo na željo osrednje skupine svetovalcev, ki so bili zbrani od 3. do 7. aprila 1967, izoblikovano o tem načelo, ki naj bi se predložilo škofovski sinodi. Po zasedanju sinode se je pokazalo primerno sestaviti v novembru 1967 posebno skupino svetovalcev, ki naj bi se posvetili preučevanju sistematicne ureditve. Na zasedanju te skupine v začetku aprila 1968 so vsi soglašali, naj se v novi zakonik ne sprejmejo niti čisto liturgični zakoni niti določbe postopka za razglasitev blaženim in svetnikom in tudi ne določbe o odnosih Cerkve navzven. Vsi so se tudi strinjali, naj se v del, ki govori o božjem ljudstvu, vnese osebni status vseh vernikov, ločeno pa naj se razpravlja o oblasteh in pooblastilih glede na izvrševanje različnih služb in nalog. Končno so vsi soglašali, da v novem zakoniku ni mogoče v celoti ohraniti zgradbo knjig Pijevega-Benediktovega zakonika.

sessionem Synodi, opportunum visum est constituere, mense novembri 1967 specialem coetum consultorum, qui in studium ordinis systematici incumberent. In sessione huius coetus initio mensis aprilis 1968 habita, omnes concordes fuerunt de non recipiendis in novum Codicem nec legibus proprie liturgicis, nec normis circa processus beatificationis et canonizationis, et ne normis quidem circa relationes Ecclesiae ad extra. Placuit quoque omnibus quod in parte ubi de Populo Dei agitur, statutum personale omnium christifidelium poneretur et distincte tractaretur de potestatibus et facultatibus, quae exercitium diversorum officiorum et munerum respiciunt. Omnes denique convenerunt structuram librorum Codicis Pio-Benedictini in novo Codice integre servari non posse.

In tertia sessione Em. morum sodalium Commissionis die 28. maja 1968 habita, Patres Cardinales approbarunt, quoad substantiam, temporariam ordinationem, iuxta quam coetus studiorum, qui iam antea constituerant, in novum ordinem sunt dispositi: «De ordinatione systematica Codicis», «De normis generalibus», «De sacra Hierarchia», «De institutis perfectionis», «De laicis», «De personis physicis et moralibus in genere», «De matrimonio», «De sacramentis, excepto matrimonio», «De magisterio ecclesiastico», «De iure patrimoniali Ecclesiae», «De processibus», «De iure poenali».

Argumenta a coetu «De personis physicis et iuridicis» (ita postea vocatus est) pertractata confluxerunt in Librum «De normis generalibus». Item opportunum visum est constituere coetum «De locis et temporibus sacris deque cultu divino». Ratione amplioris competentiae mutati sunt tituli aliorum coetuum: coetus «De laicis» nomen sumpsit «De fidelium iuribus et consociationibus deque laicis»; coetus «De religiosis» vocatus est «De institutis perfectionis» et denique «De institutis vitae consecratae per professionem consiliorum evangelicorum».

De methodo, quae in labore recognitionis plus quam 16 annos adhibita est, breviter memoranda sunt partes principaliores: consultores singulorum coetuum maxima cum animi deditione operam egregiam praestitunt, solum ad Ecclesiae bonum spectantes, sive in preparatione scripto facta votorum circa proprii schematis partes, sive in disceptatione perdurantibus sessionibus, quae statim temporibus Romae habebantur, sive in examine animadversionum, votorum et sententiarum quae de ipso schemate perveniebant ad Commissionem. Modus procedendi hic erat: singulis consultoribus, qui numero ab octo ad quattuordecim singulos coetus a studiis constituebant, argumentum significabatur quod, iure Codicis vigentis innixum, studio recognitionis subiciendum erat. Unusquisque, post examen quaestionum, votum suum scripto exaratum Secretariae Commissionis transmittebat eiusque exemplar relatori et, si tempus

Na tretjem zasedanju članov komisije 28. maja 1968 so očetje kardinali glede vsebine odobrili začasno razvrstitev, po kateri so študijske skupine, ki so bile že prej ustanovljene, nanovo razporedili: Sistematična ureditev zakonika, Splošne določbe, Sveta hierarhija, Ustanove popolnosti, Laiki, Fizične in pravne osebe na splošno, Sveti zakon, Zakramenti razen zakonsko pravo.

Vsebina, ki jo je obdelovala skupina Fizične in pravne osebe (tako se je pozneje imenovala), se je zlila v knjigo Splošne določbe. Prav tako se je zdelo primerno ustanoviti skupino Sveti kraji in časi ter bogičastje. Zaradi širše pristojnosti so spremenili naslove drugih skupin: skupina Laiki je prevzela ime Pravice in združenja vernikov ter laiki; skupina Redovniki je dobila ime Ustanove popolnosti, končno pa Ustanove posvečenega življenja z zaobljubami evangelijskih svetov.

Glede metode, ki se je pri delu prenove uporabljala več kot 16 let, je treba kratko omeniti pomembnejše sestavine: svetovalci posameznih skupin so z zelo veliko predanostjo opravili odlično delo, ozirajoč se samo na blagor Cerkve, ko so pismeno pripravljal predloge o delih lastnega osnutka, ko so razpravljali na dolgih zasedanjih, ki so bila v določenih obdobjih v Rimu, ko so pregledovali pripombe, predloge in mnenja, ki jih je komisija prejemala k samemu osnutku. Način dela je bil tale: posameznim svetovalcem, ki so po številu od osem do štirinajst sestavljali posamezne študijske skupine, so določili vsebino, ki se je opirala na veljavno pravo zakonika in jo je bilo treba skrbno predelati. Vsak je po preučitvi vprašanj svoj pismeno izdelani predlog poslal tajništvu komisije, en izvod pa so izročili poročevalcu in, če je čas dovoljeval, vsem članom skupine. Na študijskih sejah, ki so morale po delovnem kaledarju biti v Rimu, so se sestajali svetovalci skupine in na predlog poročevalca pretresali vprašanja in mnenja, dokler niso besedila kanonov, tudi po delih, določili z glasovanjem in sestavili osnutek. Na zasedanju je poročevalcu pomagal uradnik, ki je opravljal nalogu zapisnikarja.

Vsaka skupina je glede na določno vsebino imela manjše ali večje število sej, delo pa je trajalo več let.

Posebno zadnji čas so bile ustanovljene mešane skupine z namenom, da bi nekateri svetovalci, zbrani iz različnih skupin, pretresali vsebino, ki se je neposredno tikala več skupin, in je bila potrebna odločitev po skupnem posvetu.

Ko so študijske skupine končale izdelavo nekaterih osnutkov, so vrhovnega zakonodajalca prosili za izoblikovane smernice glede nadaljnega načina dela; po tedaj danih določbah je bil ta način takle:

Skupaj s pojasnjevalnim poročilom so osnutek poslali papežu, ki je odločal, ali je treba preiti k posvetovanju. Ko je prišlo to dovoljenje,

suppetebat, omnibus coetus membris tradebatur. In studii sessionibus, Romae iuxta calendarium laborum habendis, coetus consultores conve- niebant et relatore proponente, omnes quæstiones et sententiae expe- debantur, donec textus canonum etiam per partes suffragio declaretur et in schema redigeretur. In sessione relatori auxilium praestabat of- ficialis, qui actuarii munere fungebatur.

Numerus sessionum pro unoquoque Coetu, secundum argumenta con- creta, maior minorve erat, laboresque per annos protrahebantur.

Habebantur, praesertim tempore posteriore, quidam coetus mixti eo fine constituti, ut a quibusdam consultoribus, e diversis coetibus in unum convenientibus, argumenta disceptarentur, quae directe ad plures coetus spectabant et communi consilio decernerentur oportebat.

Postquam expleta est elaboratio nonnullorum schematum effecta a coetibus a studiis, concretae indicationes postulatae sunt a Supremo Legislatore circa subsequens iter in labore sequendum; quod quidem iter iuxta normas tunc impertitas hoc erat:

Schemata, una cum relatione explicativa, mittebantur ad Summum Pontificem, qui decernebat utrum ad consultationem procedendum esset. Post obtentam hanc permissionem, schemata typis edita submittebantur examini universi Episcopatus ceterorumque organorum consultationis (nempe Dicasteriorum Curiae Romanae, Universitatum et Facultatum ecclesiasticarum atque Unionis Superiorum Generalium), ut ipsa organa, intra tempus prudenter statutum — non minus quam sex menses — suam sententiam exprimendam curarent. Simil quoque schemata mittebantur ad Em.ros Commissionis sodales, ut inde ab hoc stadio laboris suas ob- servationes sive generales sive particulares facerent.

En ordo quo schemata ad consultationem missa sunt: anno 1972: schema «De procedura administrativa»; anno 1973: «De sanctionibus in Ecclesia»; anno 1975 «De Sacramentis»; anno 1976: «De modo procedendi pro tutela iurium seu de processibus»; anno 1977: «De institutis vitae consecratae per professionem consiliorum evangelicorum»; «De normis generalibus»; «De Populo Dei»; «De Ecclesiae munere docendi»; «De locis et temporibus sacris deque cultu divino»; «De iure patrimoniali Ecclesiae».

Procul dubio Codex Iuris Canonici recognitus apte apparari non po- tuisset sine inaestimabili et continua cooperatione, quam Commissioni contulerunt numerosae ac pervalidae animadversiones indolis praesertim pastoralis ab Episcopis et Conferentiis Episcoporum exhibitae. Episcopi enim plurimas scripto animadversiones fecerunt: sive generales quoad schemata ni universum considerata, sive particulares quoad singulos canones.

so tiskane osnutke poslali v preučevanje vsemu episkopatu in drugim posvetovalnim telesom (namreč uradom rimske kurije, cerkvenim uni- verzam in fakultetam ter zvezi vrhovnih redovnih predstojnikov), da bi ta telesa v pametno določenem času — ne manj kakor v šestih mesecih — poskrbela, da izrazijo svoje mnenje. Sočasno so poslali osnutke tudi kardinalom članom komisije, da bi k temu stanju dela dali svoje splošne ali posebne pripombe.

Osnutki so bili poslani v preučevanje v temle vrstnem redu: leta 1972 osnutek Upravni postopek; leta 1973 Sankcije v Cerkvi; leta 1975 Zakramenti; leta 1976 Način varovanja pravic in postopki; leta 1977 Ustanove posvečenega življenja z zaobljubami evangelijskih svetov, Splošne določbe, Božje ljudstvo, Učiteljska služba Cerkve, Sveti kraji in časi ter bogočastje, Premožensko pravo Cerkve.

Prenovljenega zakonika cerkvenega prava brez dvoma ni bilo mogoče primerno pripraviti brez neprecenljivega in nenehnega sodelovanja škofov in škofovskih konferenc, ki so komisiji prispevali številne in zelo tehtne pripombe, zlasti pastoralnega značaja. Škofo je namreč pisorno dali veliko pripomb, bodisi splošnih glede osnutkov v celoti bodisi posebnih glede posameznih kanonov.

Zelo koristne so bile poleg tega tudi pripombe, katere so se opirale na lastno izkustvo osrednjega vodstva Cerkve, ki so jih poslale kongregacije, sodišča in druge ustanove rimske kurije pa tudi znanstveni in tehnični predlogi ter pobude, ki so jih dale cerkvene univerze in fakultete glede različnih šol in različnih načinov mišljenja.

Študij, preučevanje in zborni razpravljanje o vseh splošnih in po- sebnih pripombah, ki so jih poslali komisiji, so predstavljali zares težko in neizmerno delo, ki je trajalo sedem let. Tajništvo komisije je natančno skrbelo, da so se po vrsti uredile in strnile v povzetke vse pripombe, predlogi in spodbude, ki so jih, potem ko so bile razposlane svetovalcem, da bi jih pozorno preučili, najprej izročili v razpravljanje na zasedanjih zbornega dela v desetih študijskih skupinah.

Vsaka pripomba je bila pretehtana z največjo skrbjo in vestnostjo. To se je zgodilo tudi, kadar je šlo za med seboj nasprotuječe si pripombe (kar se ni redko zgodilo), ko niso imeli pred očmi le njihovo sociološko težo (namreč število posvetovalnih teles in oseb, ki so jih predložile), marveč zlasti njihovo doktrinalno in pastoralno vrednost in njihovo po- vezanost z naukom in praktičnimi določbami 2. vatikanskega cerkvenega zpora in s papeškim učiteljstvom, prav tako pa tudi samo potrebno skladnost s pravnim kanoničnim sestavom, kar se tiče specifično tehničnega in znanstvenega vidika. Kadarkoli je šlo za kaj dvomnega ali so obravnavali posebej pomembna vprašanja, so končno zahtevali celo

Magna utilitate praeterea fuerunt etiam animadversiones, innixae in propria experientia circa gubernium Ecclesiae centrale, quas transmiserunt Sacrae Congregationes, Tribunalia aliaque Romanae Curiae Instituta, necnon scientificae atque technicae propositiones et suggestiones prolatae ab Universitatibus et Facultatibus ecclesiasticis ad diversas scholas ad diversasque cogitandi vias pertinentibus.

Studium, examen atque discussio collegialis omnium animadversionum generalium et particularium, quae ad Commissionem transmissae sunt, ponderosum sane immensumque laborem secum tulerunt, qui per septem annos est protractus. Secretariatus Commissionis ad amissim curavit ut ordinatim disponerentur atque in synthesis redigerentur omnes animadversiones, propositiones et suggestiones, quae, postquam consultoribus transmissae fuerant ut ab ipsis attente examinarentur, discussioni deinceps submittebantur in sessionibus collegialis laboris habendis a decem coetibus a studiis.

Nulla fuit animadversio, quae perpensa non esset maxima cum cura atque diligentia. Hoc factum est etiam cum de animadversionibus agebatur inter se contrariis (quod non raro evenit), prae oculis habendo non solum earum pondus sociologicum (nempe numerum organorum consultationis ac personarum quae ipsas proponebant), sed praesertim earum valorem doctrinalem ac pastoralem earundemque cohaerentiam cum doctrina et normis applicativis Concilii Vatican II et cum Magisterio pontificio, itemque, ad rationem specificē technicam et scientificam quod attinet, necessariam ipsam congruitatem cum systemate iuridico canonico. Immo, quotiescumque de re dubia agebatur vel quaestiones peculiaris momenti agitabantur, tunc denuo postulabatur sententia Em. morum Commissionis sodalium in sessione plenaria coadunatorum. Aliis vero in casibus, attenta specifica materia de qua disceptabatur, consulebantur etiam Congregatio pro Doctrina Fidei aliaque Curiae Romanae Dicasteria. Multae denique correctiones et immutaciones in canonibus priorum Schematum, petentiibus aut suggestoribus Episcopis ceterisque organis consultationum, introductae sunt, adeo ut nonnulla schemata evaserint penitus novata vel emendata.

Retractatis igitur omnibus schematibus, Secretaria Commissionis et consultores in ulteriore eundemque ponderosum incubuerunt labore. Agebatur enim de interna coordinatione omnium schematum curanda, de tuenda eorum uniformitate terminologica praesertim sub aspectu technico-iuridico, de redigendis canonibus in breves et concinnas formulas, ac denique de systematica ordinatione definitive statuenda, ita ut omnia et singula schemata, a distinctis coetibus parata, in unicum atque omni ex parte cohaerentem Codicem confluenterent.

mnenje kardinalov članov, ki so bili zbrani na plenarnem zasedanju. V drugih primerih so pa glede na specifično gradivo, o katerem so razpravljali, vprašali za svet tudi kongregacijo za nauk vere in druge urade rimske kurije. Na prošnjo ali pobudo škofov in drugih posvetovalnih teles so končno vnesli mnogo popravkov in sprememb v kanonih prvotnih osnutkov v tolkišni meri, da so nekateri osnutki bili popolnoma prenovljeni ali izboljšani.

Ko so bili torej vsi osnutki obdelani, so se tajništvo komisije in svetovalci lotili zadnjega in prav težavnega dela. Šlo je namreč za to, da poskrbijo za notranjo skladnost vseh osnutkov, ohranijo njihovo izrazostolovno enotnost, zlasti pod tehnično-pravnim vidikom, uredijo kanone v kratka in usklajena besedila, slednjič pa dokončno določijo sistematično razvrstitev tako, da se bodo vsi in posamezni osnutki, ki so jih pripravile različne skupine, zlivali v en sam in vsestransko skladen zakonik.

Nova sistematična razvrstitev, ki je nekako sama po sebi nastala iz počasi dozorevajočega dela, se opira na dve načeli, eno upošteva zvestobo do splošnejših načel, ki jih je že prej določila osrednja skupina, drugo pa praktično korist, tako da bi novi zakonik mogli zlahka razumeti in uporabljati ne le izvedenci, marveč tudi pastirji, da, celo vsi verniki.

Novi zakonik torej sestavlja sedem knjig z naslovimi: Splošne določbe, Božje ljudstvo, Učiteljska služba Cerkve, Posvečevalna služba Cerkve, Premoženje Cerkve, Sankcije v Cerkvi, Postopki. Čeprav je iz razlike v naslavljaju, ki ga imajo posamezne knjige starega in novega zakonika, že dosti razvidna tudi razlika med obojnim sestavom, je vsekakor še veliko bolj očitna prenova sistematične razvrstitve iz delov, oddelkov, naslovov in njihovega naslavljanja. Prav gotovo drži, da bolj kakor stara ustreza nova razvrstitev gradivu in lastnemu značaju cerkvenega prava in, kar je pomembnejše, je tudi bolj v skladu z naukom o Cerkvi 2. vatkanskega cerkvenega zbora in tistimi iz tega izhajajočimi načeli, ki so bila predložena že na začetku prenove.

Na praznik apostolov Petra in Pavla, dne 29. junija 1980, je bil tiskani osnutek vsega zakonika izročen papežu, ki je ukazal, naj se pošlje v končno preučitev in presojo posameznim kardinalom članom komisije. Da bi se tudi v poslednjem obdobju napornega dela čim jasneje pokazala udeleženost vse Cerkve, je papež določil, da je treba druge člane, kardinalne in tudi škofe, izbrane iz vse Cerkve, pridružiti komisiji — predlagale so jih škofovskie konference ali sveti in zveze škofovskih konferenc — in tako se je ta komisija takrat povečala na 74 članov. V začetku leta 1981 so le-ti poslali zelo številne pripombe, ki jih je nato tajništvo komisije, ko so posebej izvedeni svetovalci na posameznih področjih, za katera je

Nova ordinatio systematica, quae veluti sua sponte ex labore paulatim maturescente orta est, duobus principiis initititur, quorum alterum spectat ad fidelitatem erga generaliora principia iam pridem a coetu centrali statuta, alterum vero ad practicam utilitatem, ita ut novus Codex non solum a peritis, sed etiam a Pastoribus, immo et a christifidelibus omnibus facile intellegi atque in usu haberri possit.

Constat ergo novus Codex septem Libris, qui inscribuntur: De normis generalibus, De Populo Dei, De Ecclesiae munere docendi, De Ecclesiae munere sanctificandi, De bonis Ecclesiae temporalibus, De sanctionibus in Ecclesia, De processibus. Quamvis ex differentia rubricarum quae singulis Libris veteris et novi Codicis praeponuntur, differentia quoque inter utrumque sistema iam satis appareat, nihilominus multo magis ex partibus, sectionibus, titulis eorumque rubricis innovatio ordinis systematici manifesta fit. At pro certo habendum est novam ordinationem non solum materiae et indoli propriae iuris canonici magis quam veterem respondere, sed, quod maioris momenti est, magis etiam satisfacere ecclesiologiae Concilii Vaticani II iisque inde manantibus principiis quae iam initio recognitionis fuerint proposita.

Schema totius Codicis, die 29 iunii 1980, in sollemnitate Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, typis editum, Summo Pontifici oblatum est, qui iussit ut illud definitivi examinis et iudicii peragendi causa singulis Cardinalibus Commissionis membris mitteretur. Quo magis autem in luce poneretur participatio totius Ecclesiae in postremo quoque phasi laborum stadio, Summus Pontifex decrevit alios sodales: Cardinales et etiam Episcopos, ex universa Ecclesia selectos, Commissioni esse aggregandos — Episcoporum Conferentias vel Consiliis aut Coetibus Episcoporum Conferentiarum proponentibus — atque ita eadem Commissio hac vice adiecta est ad numerum 74 sodalium. Qui quidem, initio a. 1981, quam plurimas miserunt animadversiones, quae deinde a Secretaria Commissionis, operam navantibus consultoribus peculiari peritia praeditis in singulis materiis de quibus agebatur, accurato examini, diligent studio et collegiali discussioni subiectae sunt. Synthesis omnium animadversionum una cum responsionibus a Secretaria et a consultoribus datis, mense agosto 1981 ad Commissionis membra transmissa est.

Sessio Plenaria, de mandato Summi Pontificis convocata, ut de toto novi Codicis textu deliberaret et suffragia definitiva ferret, a die 20 ad diem 28 octobris 1981 in Aula Synodi Episcoporum celebrata est, in eaque praesertim de sex quaestionibus maioris ponderis et momenti disceptatio instituta est, sed et de aliis etiam per petitionem decem saltem Patrum allatis. Dubio in fine Sessionis Plenariae proposito, utrumne Patribus placaret, ut post examinata in Plenaria Schema C. I. C. et emendationes iam inductas, idem Schema, introductis quae in Plenaria maioritatem ob-

šlo, vneto opravili delo, izročilo v natančno preučitev, vesten študij in zborni razpravljanje. Povzetek vseh pripomb skupaj z odgovori, ki so jih dali tajništvo in svetovalci, je bil v avgustu 1981 poslan članom komisije.

Plenarna seja, ki je bila po papeževem naročilu sklicana, da bi se posvetovala o vsem besedilu novega zakonika in dokončno odločila z glasovanjem, je bila od 20. do 28. oktobra 1981 v dvorani škofovsko sinode, na nej pa so razpravljali predvsem o šestih tehtnejših in pomembnejših vprašanjih, pa tudi o drugih, ki jih je s prošnjo zastavilo vsaj deset očetov. Na koncu plenarnega zasedanja so na zastavljeni vprašanje, ali očetje soglašajo, naj po preučitvi osnutka zakonika cerkvenega prava na plenarni seji in po že izvedenih zboljšavah, isti osnutek, ko bo vanj vneseno, kar je na plenarnem zasedanju bilo sprejeto z večino glasov, upoštevajoč tudi druge poslane pripombe, in po zgraditvi sloga in latinščine (kar vse zaupajo predsedniku in tajništvu), velja za ustrezajoč, da se čimprej izroči papežu, ki naj, v času in na način, kakor bo sam določil, zakonik izda, očetje s soglasno privolitvijo odgovorili, da se strinjajo.

Na ta način ponovno pregledano in odobreno besedilo celotnega zakonika, kateremu so dodali kanone iz osnutka temeljnega zakona Cerkve, ki jih je bilo zaradi vsebine treba vključiti v zakonik, in izboljšano glede latinščine, je bilo nato spet tiskano in 22. aprila 1982 izročeno papežu, da bi ga bilo mogoče razglasiti.

Papež je sam osebno ob pomoči nekaterih izvedencev in po posvetovanju z namestnikom predsednika papeške komisije za prenovitev zakonika cerkvenega prava ta najnovejši osnutek pregledal in, ko je vse ustrezno pretehtal, odločil, da je treba novi zakonik razglasiti 25. januarja 1983, to je na obletnico prve napovedi papeža Janeza XXIII. glede potrebnе prenovitve zakonika.

Ko je za to ustanovljena papeška komisija po skoraj dvajsetih letih srečno končala res težavno zaupano ji nalogu, pa je najnovejše pravo Cerkve, ki vsebuje preprostost, jasnost, skladnost in znanost resničnega prava, že na voljo pastirjem in vernikom; ker pa poleg tega ni tuje ljubezni, pravšnosti, človečnosti in je popolnoma prepojeno z resničnim krščanskim duhom, skuša ustrezati zunanjemu in notranjemu značaju, ki je Cerkvi dan od Boga, in želi hkrati biti v pomoč v razmerah in potrebah sedanjega sveta, v katerih živi. Če so zaradi zelo naglih sprememb današnje človeške družbe nekatere reči že v času nastajanja prava postale manj popolne in bodo v kratkem potrebovale novo preučitev, premore Cerkev tolikšno bogastvo moči, da more nič drugače kakor v preteklih stoletjih spet vneto stopiti na pot prenove zakonov svojega

tinuerint, prae oculis quoque habitis aliis quae datae fuerint, animadversionibus, atque perpolitione facta quoad stilum et latinitatem (quae omnia Praesidi et Secretariae committuntur) dignum habeatur, quod Summo Pontifici, qui tempore et modo, quae sibi videantur, Codicem edat, quam primum praesentetur Patres unanimo consensu responderunt: placet.

Textus integer Codicis hoc modo retractatus et approbatus, auctus canonibus schematis Legis Ecclesiae Fundamentalis, quos ratione materiae in Codicem inseri oportebat, atque etiam quoad latinitatem perpolitus, tandem rursus typis impressus est atque, ut iam ad promulgationem procedi posset, die 22 aprilis 1982 Summo Pontifici est traditus.

Summus Pontifex, autem, per Se ipsum, adiuvantibus quibusdam peritis auditoque Pro-Praeside Pontificiae Commissionis Codici Iuris canonici recognoscendo, huiusmodi novissimum Schema recognovit atque omnibus mature perpensis, decrevit novum Codicem promulgandum esse die 25 ianuarii 1983, anniversario scilicet primi nuntii, quem Papa Ioannes XXIII dedit de Codicis recognitione instituenda.

Cum autem Pontificia Commissio ad hoc constituta post viginti fere annos arduum sane munus sibi creditum feliciter absolverit, iam Pastoribus et christifidelibus praesto est ius novissimum Ecclesiae, quod simplicitate, perspicuitate, concinnitate ac veri iuris scientia non caret; insuper, cum sit a caritate, aequitate, humanitate non alienum, atque vero christiano spiritu plene perfusum, id ipsum externae et internae indoli Ecclesiae divinitus datae respondere studet simulque eius condicionibus ac necessitatibus in mundo huius temporis consulere exoptat. Quod si ob nimis celeres hodiernae humanae societatis immutationes, quaedam iam tempore iuris condendi minus perfecta evaserunt ac deinceps nova recognitione indigebunt, tanta virium ubertate Ecclesia pollet ut, haud secus ac praeteritis saeculis, valeat viam renovandi leges vitae suae rursus capessere. Nunc autem lex amplius ignorari nequit; Pastores securis potiuntur normis, quibus recte sacri ministerii exercitium dirigant; hinc unicuique copia datur iura et officia sibi propria cognoscendi, et arbitrio in agendo via praeccluditur; abusus qui ob parentiam legum in disciplinam ecclesiasticam forte irrepperint, facilius extirpari ac praepediri poterunt; universa denique apostolatus opera, instituta atque incepta profecto habent unde expedite progrediantur et promoveantur, quia sana ordinatio iuridica prorsus necessaria est ut ecclesiastica communitas vigeat, crescat, floreat. Quod faxit benignissimus Deus, Beatissima Virgine Maria, Ecclesiae Matre, eius Sponso S. Iosepho, Ecclesiae Patrono, SS. Petro et Paulo deprecatoribus.

življenja. Zdaj pa ni več dovoljeno ne meniti se za zakon; pastirji imajo na voljo varne določbe, po katerih naj pravilno usmerjajo izvrševanje svete službe; s tem ima vsakdo na voljo sredstvo, da spozna sebi lastne pravice in dolžnosti ter se samovolji v ravnjanju zapre pot; zlorabe, ki so se zaradi pomanjkanja zakonov morebiti prikradle v cerkveni pravni red, bo mogoče lažje izkoreniniti in preprečiti; končno imajo vse dejavnosti apostolata, ustanove in pobude dejansko nekaj, iz česar naj varno izhajajo in napredujejo, ker je zdrava pravna ureditev vsekakor potrebna, da se cerkvena skupnost krepi, raste in cvete. To naj podeli dobrotljivi Bog na priprošnjo svete Device Marije, matere Cerkve, njenega moža sv. Jožefa, zavetnika Cerkve, in svetega Petra in Pavla.

**ZAKONIK
CERKVENEGA PRAVA**

**CODEX
IURIS CANONICI**

Liber I

DE NORMIS GENERALIBUS

Can. 1 — Canones huius Codicis unam Ecclesiam latinam respiciunt.

Can. 2 — Codex plerumque non definit ritus, qui in actionibus liturgicis celebrandis sunt servandi; quare leges liturgicae hucusque vigentes vim suam retinent, nisi earum aliqua Codicis canonibus sit contraria.

Can. 3 — Codicis canones initas ab Apostolica Sede cum nationibus aliisve societatibus politicis conventiones non abrogant neque iis derogant; eaedem idcirco perinde ac in praesens vigere pergent, contrariis huius Codicis praescriptis minime obstantibus.

Can. 4 — Iura quaesita, itemque privilegia quae, ab Apostolica Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive iuridicis concessa, in usu sunt nec revocata, integra manent, nisi huius Codicis canonibus expresse revocentur.

Can. 5 — § 1. Vigentes in praesens contra horum praescripta canonum consuetudines sive universales sive particulares, quae ipsis canonibus huius Codicis reprobantur, prorsus suppressae sunt, nec in posterum reviviscere sinantur; ceterae quoque suppressae habentur, nisi expresse Codice aliud caveatur, aut centenariae sint vel immemorables, quae quidem, si de iudicio Ordinarii pro locorum ac personarum adiunctis submoveri nequeant, tolerari possunt.

§ 2. Consuetudines praeter ius hucusque vigentes, sive universales sive particulares, servantur.

Can. 6 — § 1. Hoc Codice vim obtinente, abrogantur:

1^o Codex Iuris Canonici anno 1917 promulgatus;

2^o aliae quoque leges, sive universales sive particulares, praescriptis huius Codicis contrariae, nisi de particularibus aliud expresse caveatur;

3^o leges poenales quaelibet, sive universales sive particulares a Sede Apostolica latae, nisi in ipso hoc Codice recipientur;

4^o ceterae quoque leges disciplinares universales materiam respicientes, quae hoc Codice ex integro ordinatur.

§ 2. Canones huius Codicis, quatenus ius vetus referunt, aestimandi sunt ratione etiam canonicae traditionis habita.

Prva knjiga

SPLOŠNE DOLOČBE

Kan. 1 — Kanoni tega zakonika se ozirajo le na latinsko Cerkev.

Kan. 2 — Zakonik na splošno ne določa obredov, po katerih se je pri liturgičnih opravilih treba ravnati; zato ohranijo doslej veljavni liturgični zakoni svojo moč, razen če kateri izmed njih nasprotuje kanonom zakonika.

Kan. 3 — Pogodb, ki jih je apostolski sedež sklenil z državami ali drugimi političnimi družbami, kanoni tega zakonika ne odpravljajo ne celoma ne deloma; te zato v celoti veljajo, ne da bi jih ovirali nasprotni predpisi tega zakonika.

Kan. 4 — Pridobljene pravice pa tudi privilegi, ki jih je apostolski sedež dosedaj podelil fizičnim ali pravnim osebam, če jih uživajo in niso bili preklicani, ostanejo v veljavi, razen če jih kanoni tega zakonika izrečeno preklicujejo.

Kan. 5 — § 1. Doslej veljavni splošni ali območni običaji, ki nasprotujejo predpisom teh kanonov in jih kanoni tega zakonika zametajo, se povsem odpravljajo in se ne sme dopustiti, da bi v prihodnje zopet oživeli; tudi za druge velja, da so odpravljeni, razen če zakonik izrečeno določa kaj drugega ali če so stoletni ali starodavni, ki se smejo ohraniti, če jih po presoji ordinarija glede na krajevne ali osebne okoliščine ni mogoče odpraviti.

§ 2. Splošni ali območni običaji, ki so doslej obstajali mimo prava, naj se ohranijo.

Kan. 6 — § 1. Ko začne veljati ta zakonik, se odpravijo:

1. zakonik cerkvenega prava, objavljen leta 1917;
2. tudi drugi splošni ali območni zakoni, nasprotni predpisom tega zakonika, če glede območnih ni izrečeno določeno kaj drugega;
3. katerikoli splošni ali območni kazenski zakoni, izdani od apostolskega sedeža, če niso v ta zakonik sprejeti;
4. tudi drugi splošni disciplinski zakoni, nanašajoči se na vsebino, ki jo ta zakonik celoma urejuje.

§ 2. Kanone tega zakonika, kolikor vsebujejo staro pravo, je treba presojati tudi v smislu kanonskega izročila.

Titulus I
DE LEGIBUS ECCLESIASTICIS

Can. 7 — Lex instituitur cum promulgatur.

Can. 8 — § 1. Leges ecclesiasticae universales promulgantur per editionem in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali*, nisi in casibus particularibus aliis promulgandi modus fuerit praescriptus, et vim suam exserunt tantum expletis tribus mensibus a die qui *Actorum* numero appositus est, nisi ex natura rei illico ligent aut in ipsa lege brevior aut longior vacatio specialiter et expresse fuerit statuta.

§ 2. Leges particulares promulgantur modo a legislatore determinato et obligare incipiunt post mensem a die promulgationis, nisi alias terminus in ipsa lege statuatur.

Can. 9 — Leges respiciunt futura, non praeterita, nisi nominatim in eis de praeteritis caveatur.

Can. 10 — Irritantes aut inhabilitantes eae tantum leges habenda sunt, quibus actum esse nullum aut inhabilem esse personam expresse statuitur.

Can. 11 — Legibus mere ecclesiasticis tenentur baptizati in Ecclesia catholica vel in eandem recepti, quique sufficienti rationis usu gaudent et, nisi aliud iure expresse caveatur, septimum aetatis annum expleverunt.

Can. 12 — § 1. Legibus universalibus tenentur ubique terrarum omnes pro quibus latae sunt.

§ 2. A legibus autem universalibus, quae in certo territorio non vident, eximuntur omnes qui in eo territorio actu versantur.

§ 3. Legibus conditis pro peculiari territorio ii subiciuntur pro quibus latae sunt, quique ibidem domicilium vel quasi-domicilium habent et simul actu commorantur, firmo praescripto can. 13.

Can. 13 — § 1. Leges particulares non praesumuntur personales, sed territoriales, nisi aliud constet.

§ 2. Peregrini non adstringuntur:

1º legibus particularibus sui territorii quamdiu ab eo absunt, nisi aut earum transgressio in proprio territorio noceat, aut leges sint personales;

2º neque legibus territorii in quo versantur, iis exceptis quae ordini publico consulunt, aut actuum sollemnia determinant, aut res immobiles in territorio sitas respiciunt.

Prvi naslov
CERKVENI ZAKONI

Kan. 7 — Zakon se postavi, ko se razglasí.

Kan. 8 — § 1. Splošni cerkveni zakoni se razglasijo, ko se objavijo v uradnem listu Acta Apostolicae Sedis, če ni v posameznih primerih predpisani drug način razglasitve; veljati pa začnejo šele po treh mesecih od dneva, ki ga nosi številka uradnega lista, razen če po svoji naravi vežejo takoj ali če je v zakonu samem posebej in izrečno določena krajša ali daljša vmesna doba.

§ 2. Območni zakoni se razglasijo tako, kakor določi zakonodajalec, veljati pa začnejo mesec dni po razglasitvi, če v zakonu samem ni določen drug čas.

Kan. 9 — Zakoni veljajo za naprej, ne za nazaj, če ni glede preteklosti v njih kaj izrečno določeno.

Kan. 10 — Zakoni, ki odrekajo veljavnost ali sposobnost, so letisti, ki izrečno določajo ničnost opravila ali nesposobnost osebe.

Kan. 11 — Čisto cerkveni zakoni vežejo tiste, ki so v katoliški Cerkvi krščeni ali vanjo sprejeti in morejo zadosti razumno ravnati in so spolnili sedmo leto starosti, razen če je v pravu izrečno določeno kaj drugega.

Kan. 12 — § 1. Splošni zakoni vežejo povsod vse, za katere so izdani.

§ 2. Splošni zakoni, ki na določenem ozemlju ne veljajo, pa ne vežejo nikogar, ki na tem ozemlju trenutno biva.

§ 3. Zakoni, izdani za posebno ozemlje, vežejo tiste, za katere so izdani in imajo tam domovališče ali nepravo domovališče in hkrati tam trenutno bivajo; velja pa predpis kan. 13.

Kan. 13 — § 1. Domneva se, da območni zakoni niso osebni, temveč ozemeljski, če ni razvidno kaj drugega.

§ 2. Tujcev ne vežejo:

1. območni zakoni njihovega ozemlja, dokler so zunaj njega, razen če bi njihova kršitev povzročila škodo na njihovem lastnem ozemlju, ali če so zakoni osebni;

2. prav tako ne zakoni ozemlja, kjer se zadržujejo, razen tistih, ki varujejo javni red ali določajo obličnost opravil ali se nanašajo na nepremičnine na tem ozemlju.

§ 3. Vagi obligantur legibus tam universalibus quam particularibus quae vigent in loco in quo versantur.

Can. 14 — Leges, etiam irritantes et inhabilitantes, in dubio iuris non urgent; in dubio autem facti Ordinarii ab eis dispensare possunt, dummodo, si agatur de dispensatione reservata, concedi soleat ab auctoritate cui reservatur.

Can. 15 — § 1. Ignorantia vel error circa leges irritantes vel inhabilitantes earundem effectum non impediunt, nisi aliud expresse statutatur.

§ 2. Ignorantia vel error circa legem aut poenam aut circa factum proprium aut circa factum alienum notorium non praesumitur; circa factum alienum non notorium praesumitur, donec contrarium probetur.

Can. 16 — § 1. Leges authentice interpretatur legislator et is cui potestas authentice interpretandi fuerit ab eodem commissa.

§ 2. Interpretatio authentica per modum legis exhibita eandem vim habet ac lex ipsa et promulgari debet; si verba legis in se certa declarat tantum, valet retrosum; si legem coarctet vel extendat aut dubiam explicet, non retrotrahitur.

§ 3. Interpretatio autem per modum sententiae iudicialis aut actus administrativi in re peculiari, vim legis non habet et ligat tantum personas atque afficit res pro quibus data est.

Can. 17 — Leges ecclesiasticae intellegendae sunt secundum propriam verborum significationem in textu et contextu consideratam; quae si dubia et obscura manserit, ad locos parallelos, si qui sint, ad legis finem ac circumstantias et ad mentem legislatoris est recurrendum.

Can. 18 — Leges quae poenam statuunt aut liberum iurium exercitium coarctant aut exceptionem a lege continent, strictae subsunt interpretationi.

Can. 19 — Si certa de re desit expressum legis sive universalis sive particularis praescriptum aut consuetudo, causa, nisi sit poenalis, dirimenda est attentis legibus latis in similibus, generalibus iuris principiis cum aequitate canonica servatis, iurisprudentia et praxi Curiae Romanae, communis constantique doctorum sententia.

Can. 20 — Lex posterior abrogat priorem aut eidem derogat, si id expresse edicat aut illi sit directe contraria, aut totam de integro ordinat legis prioris materiam; sed lex universalis minime derogat iuri particulari aut speciali, nisi aliud in iure expresse caveatur.

§ 3. Brezdomce vežejo splošni in območni zakoni, ki so v veljavi v kraju, kjer se zadržujejo.

Kan. 14 — Če gre za dvom o pravu, zakoni, tudi če odrekajo veljavnost ali sposobnost, ne vežejo; če pa gre za dvom o dejstvu, lahko ordinariji od njih dajo spregled; če pa gre za spregled, ki je pridržan, le tedaj, če ga običajno spregleda oblast, kateri je pridržan.

Kan. 15 — § 1. Nepoznanje ali zmota glede zakonov, ki odrekajo veljavnost ali sposobnost, njihovega učinka ne zadrži, če ni izrečno določeno kaj drugega.

§ 2. Nepoznanje ali zmota glede zakona ali kazni ali lastnega dejanja ali tujega splošno znanega dejanja se ne domnevata; domnevata pa se glede tujega ne splošno znanega dejanja, dokler se napsotno ne dokazuje.

Kan. 16 — § 1. Zakone verodostojno razлага zakonodajalec in tisti, ki mu je ta podelil oblast verodostojne razlage.

§ 2. Verodostojna razлага, izdana v obliki zakona, ima isto veljavno kakor zakon sam in se mora razglasiti; če nedvoumne besede zakona le pojasnjuje, velja za nazaj; če pa zakon ozi, razširja ali če dvoumen zakon razлага, ne učinkuje za nazaj.

§ 3. Če pa je razлага dana v obliki sodniške sodbe ali upravne odločbe v posebni stvari, nima zakonske moći in veže le osebe in zadeva stvari, za katere je bila dana.

Kan. 17 — Cerkvene zakone je treba razumeti v njihovem besednjem, iz besedila in miselne zveze razvidnem pomenu; če ta ostane dvoumen ali nejasen, je treba upoštevati morebitna vzporedna mesta, namen zakona, okolišine in namen zakonodajalca.

Kan. 18 — Zakone, ki določajo kazen, omejujejo svobodno izvrševanje pravic ali vsebujejo izjemo od zakona, je treba razlagati ozko.

Kan. 19 — Če za kakšno stvar ni izrečnega ne splošnega ne območnega zakonskega predpisa ali običaja, je treba zadevo, če ne gre za kazensko, presojati z upoštevanjem zakonov, izdanih za podobne stvari, po splošnih pravnih načelih in upoštevati kanonično pravost, pravno znanost in prakso rimske kurije ter splošno in ustaljeno mnenje učiteljev.

Kan. 20 — Poznejši zakon v celoti ali delno razveljavlja prejšnjega, če to izrečno pove, ali če mu je naravnost nasproten ali celotno snov prejšnjega zakona povsem na novo ureja; vendar splošni zakon ne razveljavlja območnega ali posebnega prava, če pravo izrečno ne določa kaj drugega.

Can. 21 — In dubio revocatio legis praeexsistentis non praesumitur, sed leges posteriores ad priores trahendae sunt et his, quantum fieri potest, conciliandae.

Can. 22 — Leges civiles ad quas ius Ecclesiae remittit, in iure canonico iisdem cum effectibus serventur, quatenus iuri divino non sint contrariae et nisi aliud iure canonico caveatur.

Titulus II DE CONSuetudine

Can. 23 — Ea tantum consuetudo a communitate fidelium introducta vim legis habet, quae a legislatore approbata fuerit, ad normam canonum qui sequuntur.

Can. 24 — § 1. Nulla consuetudo vim legis obtinere potest, quae sit iuri divino contraria.

§ 2. Nec vim legis obtinere potest consuetudo contra aut praeter ius canonicum, nisi sit rationabilis; consuetudo autem quae in iure expresse reprobatur, non est rationabilis.

Can. 25 — Nulla consuetudo vim legis obtinet, nisi a communitate legis saltem recipienda capaci cum animo iuris inducendi servata fuerit.

Can. 26 — Nisi a competenti legislatore specialiter fuerit probata, consuetudo vigenti iuri canonico contraria aut quae est praeter legem canonicam, vim legis obtinet tantum, si legitime per annos triginta continuos et completos servata fuerit; contra legem vero canonicam, quae clausulam contineat futuras consuetudines prohibentem, sola praevalere potest consuetudo centenaria aut immemorabilis.

Can. 27 — Consuetudo est optima legum interpres.

Can. 28 — Firmo praescripto can. 5, consuetudo, sive contra sive praeter legem, per contrariam consuetudinem aut legem revocatur; sed, nisi expressam de iis mentionem faciat, lex non revocat consuetudines centenarias aut immemorabiles, nec lex universalis consuetudines particulares.

Kan. 21 — V dvomu se preklic prejnjega zakona ne domneva, temveč je treba poznejše zakone razlagati v smislu prejnjih in jih, kolikor je mogoče, z njimi uskladiti.

Kan. 22 — Civilni zakoni, na katere se sklicuje pravo Cerkve, naj ohranijo v cerkvenem pravu iste učinke, kolikor niso v nasprotju z božjim pravom in če ni v cerkvenem pravu določeno kaj drugega.

Drugi naslov OBIČAJ

Kan. 23 — Le tisti običaj, uveden od skupnosti vernikov, ima veljavo zakona, ki ga potrdi zakonodajalec po določbi naslednjih kanonov.

Kan. 24 — § 1. Noben običaj, nasproten božjemu pravu, ne more dobiti veljave zakona.

§ 2. Veljave zakona tudi ne more dobiti običaj proti cerkvenemu pravu ali mimo njega, razen če je pameten; običaj, ki ga pravo izrečno zavrača, pa ni pameten.

Kan. 25 — Noben običaj ne dobi veljave zakona, če ga ni osvojila skupnost, ki je vsaj sposobna sprejeti zakon, z namenom, da ga pravno uvede.

Kan. 26 — Običaj proti veljavnemu cerkvenemu pravu ali mimo njega, ki pa ga pristojni zakonodajalec ni posebej potrdil, dobi zakonsko moč le, če se zakonito nenehno in v celoti izvaja trideset let; proti cerkvenemu zakonu, vsebujočemu določilo, ki prepoveduje bodoče običaje, pa lahko obvelja le stoletni ali starodavni običaj.

Kan. 27 — Običaj je najboljši razlagalec zakonov.

Kan. 28 — Običaj, ki je proti zakonu ali mimo njega, se odpravi z nasprotnim običajem ali zakonom, ostane pa v veljavi določba kan. 5; toda zakon ne preklicuje stoletnih ali starodavnih običajev, če ni to v njem izrečno omenjeno, prav tako splošni zakon ne območnih običajev.

Titulus III

DE DECRETIS GENERALIBUS ET DE INSTRUCTIONIBUS

Can. 29 — Decreta generalia, quibus a legislatore competenti pro communitate legis recipienda capaci communia feruntur praescripta, proprie sunt leges et reguntur praescriptis canonum de legibus.

Can. 30 — Qui potestate exsecutiva tantum gaudet, decretum generale, de quo in can. 29, ferre non valet, nisi in casibus particularibus ad normam iuris id ipsi a legislatore competenti expresse fuerit concessum et servatis condicionibus in actu concessionis statutis.

Can. 31 — § 1. Decreta generalia exsecutoria, quibus nempe presius determinantur modi in lege applicanda servandi aut legum observantia urgetur, ferre valent, intra fines suaे competentiae, qui potestate gaudent exsecutiva.

§ 2. Ad decretorum promulgationem et vacationem quod attinet, de quibus in § 1, serventur praescripta can. 8.

Can. 32 — Decreta generalia exsecutoria eos obligant qui tenentur legibus, quarum eadem de cetera modos applicationis determinant aut observantiam urgent.

Can. 33 — § 1. Decreta generalia exsecutoria, etiamsi edantur in directoriis alias nominis documentis, non derogant legibus, et eorum praescripta qua legibus sint contraria omni vi carent.

§ 2. Eadem vim habere desinunt revocatione explicita aut implicita ab auctoritate competenti facta, necnon cessante lege ad cuius exsecutionem data sunt; non autem cessant resoluto iure statuentis, nisi contrarium expresse caveatur.

Can. 34 — § 1. Instructiones, quae nempe legum praescripta declarant atque rationes in iisdem exsequendis servandas evolvunt et determinant, ad usum eorum dantur quorum est curare ut leges exsecutioni mandentur, eosque in legum exsecutione obligant; eas legitime edunt, intra fines suaे competentiae, qui potestate exsecutiva gaudent.

§ 2. Instructionum ordinationes legibus non derogant, et si quae cum legum praescriptis componi nequeant, omni vi carent.

§ 3. Vim habere desinunt instructiones non tantum revocatione explicita aut implicita auctoritatis competentis, quae eas edidit, eiusve superioris, sed etiam cessante lege ad quam declarandam vel exsecutioni mandandam datae sunt.

Tretji naslov

ODLOKI IN NAVODILA

Kan. 29 — Splošni odloki, s katerimi pristojni zakonodajalec izdaja predpise za skupnost, ki je sposobna sprejeti zakon, so zakoni v pravnem pomenu in se zanje uporabljajo predpisi kanonov o zakonih.

Kan. 30 — Odloka, o katerem govori kan. 29, ne more izdati tisti, ki ima samo izvršno oblast, razen če mu je to po določbi prava v posameznih primerih izrečno poveril pristojni zakonodajalec in upoštevajoč pogoje, določene v poverilnem aktu.

Kan. 31 — § 1. Izvršne odloke, to je tiste, ki natančneje določajo načine, kako se je treba ravnati pri izvajanju zakona, ali ki terjajo spolnjevanje zakonov, smejo izdajati v mejah svoje pristojnosti tisti, ki imajo izvršno oblast.

§ 2. Glede razglasitve in vmesne dobe odlokov, o katerih govori § 1, naj se upoštevajo predpisi kan. 8.

Kan. 32 — Izvršni odloki obvezujejo tiste, ki jih vežejo zakoni, za katere ti odloki določajo način uporabe ali terjajo spolnjevanje.

Kan. 33 — § 1. Izvršni odloki, tudi če se izdajo v pravilnikih ali listinah drugačnega imena, ne razveljavljajo zakonov in njihovi predpisi, ki so zakonom nasprotni, nimajo veljave.

§ 2. Njihova veljavnost prenega, če jih izrečno ali vključno prekliče pristojna oblast in če prenega zakon, za katerega izvrševanje so bili izdani; ne prenega pa, če je ugasnilo pravo tistega, ki jih je izdal, razen če je izrečeno določeno nasprotno.

Kan. 34 — § 1. Navodila, ki namreč predpise zakonov pojasnjujejo, razlagajo ter določajo obvezen način njihove uporabe, se izdajo za uporabo tistim, ki morajo skrbeti za izvajanje zakonov in jih pri izvajanju zakonov vežejo; izdajo pa jih zakonito v mejah svoje pristojnosti tisti, ki imajo izvršno oblast.

§ 2. Določbe navodil ne razveljavljajo zakonov in, če katere izmed njih ni mogoče uskladiti s predpisi zakonov, nimajo veljave.

§ 3. Navodila ne nehajo veljati le, če jih izrečno ali vključno prekliče pristojna oblast, ki jih je izdala, ali višja od nje, temveč tudi, če prenega veljati zakon, za razlogo ali izvajanje katerega so bila izdana.

Titulus IV

DE ACTIBUS ADMINISTRATIVIS SINGULARIBUS

Caput I

NORMAE COMMUNES

Can. 35 — Actus administrativus singularis, sive est decretum aut praeceptum sive est rescriptum, elici potest, intra fines suae competentiae, ab eo qui potestate exsecutiva gaudet, firmo praescripto can. 76, § 1.

Can. 36 — § 1. Actus administrativus intellegendus est secundum propriam verborum significationem et communem loquendi usum; in dubio, qui ad lites referuntur aut ad poenas comminandas infligendasve attinent aut personae iura coartant aut iura aliis quaesita laedunt aut adversantur legi in commodum privatorum, strictae sub sunt interpretationi; ceteri omnes, latae.

§ 2. Actus administrativus non debet ad alios casus praeter expressos extendi.

Can. 37 — Actus administrativus, qui forum externum respicit, scripto est consignandus; item, si fit in forma commissoria, actus huius exsecutionis.

Can. 38 — Actus administrativus, etiam si agatur de rescripto *Motu proprio* dato, effectu caret quatenus ius alteri quaesitum laedit aut legi consuetudinive probatae contrarius est, nisi auctoritas competens expresse clausulam derogatoriam addiderit.

Can. 39 — Condiciones in actu administrativo tunc tantum ad validitatem censemur adiectae, cum per particulas *si, nisi, dummodo* exprimuntur.

Can. 40 — Exsecutor alicuius actus administrativi invalide suo munere fungitur, antequam litteras receperit earumque authenticitatem et integratatem recognoverit, nisi praevia earundem notitia ad ipsum auctoritate eundem actum edentis transmissa fuerit.

Can. 41 — Exsecutor actus administrativi cui committitur merum exsecutionis ministerium, exsecutionem huius actus denegare non potest, nisi manifesto appareat eundem actum esse nullum aut alia ex gravi causa sustineri non posse aut condiciones in ipso actu administrativo appositae non esse adimpletas; si tamen actus administrativi exsecutio adiunctorum personae aut loci ratione videatur inopportuna, exsecutor exsecutionem intermittat; quibus in casibus statim certiore faciat auctoritatem quae actum edidit.

Četrти naslov

POSAMEZNI UPRAVNI AKTI

Prvo poglavje

SPLOŠNE DOLOČBE

Kan. 35 — Posamezni upravni akt, bodisi odločba, ukaz ali reskript, lahko izda v mejah svoje pristojnosti tisti, ki ima izvršno oblast, velja pa predpis kan. 76, § 1.

Kan. 36 — § 1. Upravni akt je treba razumeti iz pomena besed samih in splošne jezikovne rabe; v dvomu, ko se akti nanašajo na pravdne spore ali na kazni, s katerimi je treba zagroziti ali jih na ložiti, ali zožujejo pravice osebe ali kršijo pridobljene pravice drugih ali nasprotujejo zakonu v korist posameznikov, jih je treba razlagati ozko; vse druge široko.

§ 2. Upravni akt se ne sme razširiti na druge primere razen izrečno navedenih.

Kan. 37 — Upravni akt, ki se tiče zunanjega področja, je treba izdati pismeno; prav tako akt za izvršitev, če se izvede v poveritveni obliki.

Kan. 38 — Upravni akt, tudi če gre za reskript, izdan *iz lastnega nagiba*, je brez učinka, če prizadene pridobljeno pravico drugega ali če nasprotuje zakonu ali potrjenemu običaju, razen če je pristojna oblast izrečno dodala določilo o razveljavitvi.

Kan. 39 — V upravnem aktu dodani pogoji vplivajo na veljavnost le tedaj, če so izraženi z besedami: »*če, razen če, da le ne*«.

Kan. 40 — Izvršilec kakega upravnega akta opravi svojo nalogo neveljavno, dokler ne prejme dopisa in dokler ne preveri njegove pristnosti in neokrnjenosti, razen če ga je o njem že prej obvestil tisti, ki je imel oblast izdati.

Kan. 41 — Izvršilec upravnega akta, ki mu je poverjena samo naloga izvršitve, ne more odkloniti izvršitve tega akta, razen če se jasno izkaže, da je ta akt ničen ali iz drugega tehtnega razloga ni mogoče pri njem vztrajati ali če niso bili izpolnjeni v samem upravnem aktu dodani pogoji; če pa se zdi izvršitev upravnega akta glede na osebne ali krajevne okoliščine nepriliečna, naj izvršilec izvršitev odloži; v teh primerih naj takoj obvesti oblast, ki je akt izdala.

Can. 42 — Exsecutor actus administrativi procedere debet ad mandati normam; si autem condicione esse essentiales in litteris appositas non impleverit ac substantiale procedendi formam non servaverit, irrita est exsecutio.

Can. 43 — Actus administrativi exsecutor potest alium pro suo prudenti arbitrio sibi substituere, nisi substitutio prohibita fuerit, aut electa industria personae, aut substituti persona praefinita; hisce autem in casibus exsecutori licet alteri committere actus preparatorios.

Can. 44 — Actus administrativus exsecutioni mandari potest etiam ab exsecutoris successore in officio, nisi fuerit electa industria personae.

Can. 45 — Exsecutori fas est, si quoquo modo in actus administrativi exsecutione erraverit, eundem actum iterum exsecutioni mandare.

Can. 46 — Actus administrativus non cessat resoluto iure statuentis, nisi aliud iure expresse caveatur.

Can. 47 — Revocatio actus administrativi per alium actum administrativum auctoritatis competentis effectum tantummodo obtinet a momento, quo legitime notificatur personae pro qua datus est.

Caput II

DE DECRETIS ET PRAECEPTIS SINGULARIBUS

Can. 48 — Decretum singulare intellegitur actus administrativus a competenti auctoritate exsecutiva editus, quo secundum iuris normas pro casu particulari datur decisio aut fit provisio, quae natura sua petitionem ab aliquo factam non supponunt.

Can. 49 — Praeceptum singulare est decretum quo personae aut personis determinatis aliquid faciendum aut omittendum directe et legitime imponitur, praesertim ad legis observantiam urgendam.

Can. 50 — Antequam decretum singulare ferat, auctoritas necessaria noticias et probationes exquirat, atque, quantum fieri potest, eos audiat quorum iura laedi possint.

Can. 51 — Decretum scripto feratur expressis, saltem summarie, si agatur de decisione, motivis.

Can. 52 — Decretum singulare vim habet tantum quoad res de quibus decernit et pro personis quibus datum est; eas vero ubique obligat, nisi aliud constet.

Kan. 42 — Izvršilec upravnega akta mora postopati po določbi naročila; če ne izpolni v dopisu dodanih bistvenih pogojev in se ne drži osnovne oblike postopka, je izvršitev nična.

Kan. 43 — Izvršilec upravnega akta sme po svoji pametni presoji postaviti namesto sebe drugega, če nadomestovanje ni bilo prepopovedano, oseba namenoma izbrana ali oseba namestnika vnaprej določena; v teh primerih pa lahko izvršilec prepusti pripravljalna dela drugemu.

Kan. 44 — Izvršitev upravnega akta se lahko naroči tudi izvršilčevemu nasledniku v službi, če oseba ni bila namenoma izbrana.

Kan. 45 — Če se je izvršilec pri izvršitvi upravnega akta kakor koli zmotil, ga sme znova dati v izvršitev.

Kan. 46 — Upravni akt ne neha veljati, če je ugasnila pravica tistega, ki ga je izdal, razen če je v pravu izrečeno določeno kaj drugega.

Kan. 47 — Preklic upravnega akta z drugim upravnim aktom pristojne oblasti ima učinek šele od trenutka, ko se to zakonito sporoči osebi, za katero je bil izdan.

Drugo poglavje ODLOČBE IN UKAZI

Kan. 48 — Odločba je od pristojne izvršne oblasti izdan upravni akt, s katerim se za posamezni primer po pravnih določbah izda odločitev ali začasni ukrep, ki po svoji naravi ne zahteva, da bi moral kdo za to prositi.

Kan. 49 — Ukaz je odločba, po kateri se določeni osebi ali osebam naravnost in zakonito naloži, da morajo nekaj storiti ali opustiti, zlasti ko je treba zahtevati spolnитеv zakona.

Kan. 50 — Preden oblast izda odločbo, naj zahteva potrebne podatke in dokaze ter se posvetuje, kolikor je mogoče, s tistimi, katerih pravica bi mogla biti prizadeta.

Kan. 51 — Odločbo je treba izdati pismeno in, če gre za odločitev, vsaj kratko navesti razloge.

Kan. 52 — Odločba velja le za zadeve, o katerih odloča, in za osebe, za katere je bila izdana; te pa veže povsod, če ni razvidno kaj drugega.

Can. 53 — Si decreta inter se sint contraria, peculiare, in iis quae peculiariter exprimuntur, praevalet generali; si aequo sint peculiaria aut generalia, posterius tempore obrogat priori, quatenus ei contrarium est.

Can. 54 — § 1. Decretum singulare, cuius applicatio committitur exsecutori, effectum habet a momento exsecutionis; secus a momento quo personae auctoritate ipsius decernentis intimatur.

§ 2. Decretum singulare, ut urgeri possit, legitimo documento ad normam iuris intimandum est.

Can. 55 — Firmo praescripto cann. 37 et 51, cum gravissima ratio obstet ne scriptus decreti textus tradatur, decretum intimatum habetur si ei, cui destinatur, coram notario vel duobus testibus legatur, actis redactis, ab omnibus praesentibus subscribendis.

Can. 56 — Decretum pro intimato habetur, si is cui destinatur, rite vocatus ad decretum accipiendum vel audiendum, sine iusta causa non comparuerit vel subscribere recusaverit.

Can. 57 — § 1. Quoties lex iubeat decretum ferri vel ab eo, cuius interest, petitio vel recursus ad decretum obtainendum legitime propontur, auctoritas competens intra tres menses a recepta petitione vel recursu provideat, nisi alias terminus lege praescribatur.

§ 2. Hoc termino transacto, si decretum nondum datum fuerit, responsum praesumitur negativum, ad propositionem ulterioris recursus quod attinet.

§ 3. Responsum negativum praesumptum non eximit competentem auctoritatem ab obligatione decretum ferendi, immo et damnum forte illatum, ad normam can. 128, reparandi.

Can. 58 — § 1. Decretum singulare vim habere desinit legitima revocatione ab auctoritate competenti facta necnon cessante lege ad cuius exsecutionem datum est.

§ 2. Praeceptum singulare, legitimo documento non impositum, cessat resoluto iure praecipientis.

Caput III DE RESCRIPTIS

Can. 59 — § 1. Rescriptum intellegitur actus administrativus a competenti auctoritate exsecutiva in scriptis elicitus, quo suapte natura, ad petitionem alicuius, conceditur privilegium, dispensatio aliae gratia.

Kan. 53 — Če si odloki in odločbe med seboj nasprotujejo, obvelja odločba pred odlokoma glede tistega, kar je v njej posebej izraženo; če so enako posebni ali splošni, odpravlja časovno poznejši prejšnjega, kolikor mu nasprotuje.

Kan. 54 — § 1. Odločba, katere izvršitev se poveri izvršilcu, učinkuje od trenutka izvršitve; sicer pa od trenutka, ko se sporoči osebi po odredbi tistega, ki je odločbo izdal.

§ 2. Da je mogoče vztrajati pri odločbi, jo je treba po določbi prava vročiti z zakonito listino.

Kan. 55 — Kadar zelo tehten razlog ovira izročitev pisanega besedila odločbe, velja, da je odločba vročena, če se naslovniku pred notarjem ali dvema pričama prebere in se o tem naredi zapisnik, ki ga vsi navzoči podpišejo; velja pa predpis kan. 37 in 51.

Kan. 56 — Odločba velja za vročeno, če tisti, ki mu je namenjena in je bil pravilno povabljen, da odločbo sprejme ali jo posluša, brez upravičenega razloga ne pride ali noče podpisati.

Kan. 57 — § 1. Kadar zakon ukazuje, da se odločba izda, ali da tisti, ki se ga tiče, zakonito predloži prošnjo ali pritožbo, da bi odločbo prejel, naj pristojna oblast ukrepa v treh mesecih po prejemu prošnje ali pritožbe, če zakon ne predpisuje drugega roka.

§ 2. Če po preteklu tega roka odločba še ni izdana, se, kar zadeva vložitev ponovne pritožbe, domneva, da je odgovor odklonilen.

§ 3. Domnevani odklonilni odgovor ne odveže pristojne oblasti dolžnosti, da odločbo izda in da po določbi kan. 128 tudi poravnava morebitno povzročeno škodo.

Kan. 58 — § 1. Odločba izgubi veljavo, če jo prekliče pristojna oblast ali če preneha veljati zakon, za katerega izvršitev je bila izdana.

§ 2. Ukaz, ki ni bil izdan z zakonito listino, ugasne, ko preneha pravica tistega, ki ga je izdal.

Tretje poglavje RESKRIPTI

Kan. 59 — § 1. Reskript je upravni akt, ki ga pismeno izda pristojna izvršna oblast in s katerim se po njegovi naravi na prošnjo nekoga podeli privilegij, spregled ali druga ugodnost.

§ 2. Quae de rescriptis statuuntur praescripta, etiam de licentiae concessione necnon de concessionibus gratiarum vivae vocis oraculo valent, nisi aliud constet.

Can. 60 — Rescriptum quodlibet impetrari potest ab omnibus qui expresse non prohibentur.

Can. 61 — Nisi aliud constet, rescriptum impetrari potest pro alio, etiam praeter eius assensum, et valet ante eiusdem acceptationem, salvis clausulis contrariis.

Can. 62 — Rescriptum in quo nullus datur exsecutor, effectum habet a momento quo datae sunt litterae; cetera, a momento exsecutionis.

Can. 63 — § 1. Validitati rescripti obstat subreptio seu reticentia veri, si in precibus expressa non fuerint quae secundum legem, stilum et praxim canonicam ad validitatem sunt exprimenda, nisi agatur de rescripto gratiae, *quod Motu proprio* datum sit.

§ 2. Item validitati rescripti obstat obreptio seu expositio falsi, si ne una quidem causa motiva proposita sit vera.

§ 3. Causa motiva in rescriptis quorum nullus est exsecutor, vera sit oportet tempore quo rescriptum datum est; in ceteris, tempore exsecutionis.

Can. 64 — Salvo iure Paenitentiariae pro foro interno, gratia a quovis dicasterio Romanae Curiae denegata, valide ab alio eiusdem Curiae dicasterio aliave competenti auctoritate infra Romanum Pontificem concedi nequit, sine assensu dicasterii quocum agi coeptum est.

Can. 65 — § 1. Salvis praescriptis §§ 2 et 3, nemo gratiam a proprio Ordinario denegatam ab alio Ordinario petat, nisi facta denegationis mentione; facta autem mentione, Ordinarius gratiam ne cedat, nisi habitis a priore Ordinario denegationis rationibus.

§ 2. Gratia a Vicario generali vel a Vicario episcopali denegata, ab alio Vicario eiusdem Episcopi, etiam habitis a Vicario denegante denegationis rationibus, valide concedi nequit.

§ 3. Gratia a Vicario generali vel a Vicario episcopali denegata et postea, nulla facta huius denegationis mentione, ab Episcopo dioecesano impetrata, invalida est; gratia autem ab Episcopo dioecesano denegata nequit valide, etiam facta denegationis mentione, ab eius Vicario generali vel Vicario episcopali, non consentiente Episcopo, impetrari.

Can. 66 — Rescriptum non fit irritum ob errorem in nomine personae cui datur vel a qua editur, aut loci in quo ipsa residet, aut rei

§ 2. Predpisi, izdani o reskriptih, veljajo tudi za podelitev dovoljenja in ugodnosti z živo besedo, če ni določeno kaj drugega.

Kan. 60 — Vsakdo, ki mu ni izrečno prepovedano, more prositi kakršen koli reskript.

Kan. 61 — Če ni razvidno kaj drugega, je mogoče reskript izprositi za koga drugega, tudi mimo njegove privolitve, in velja, še preden ga je ta sprejel, ob upoštevanju nasprotnih določil.

Kan. 62 — Reskript, za katerega ni določen izvršilec, ima veljavo od trenutka, ko je bila listina izdana; drugi od trenutka izvršitve.

Kan. 63 — § 1. Veljavnosti reskripta nasprotuje prikrivanje ali zamolčanje resničnih dejstev, če v prošnji ni bilo navedeno tisto, kar se po zakonu, slogu in cerkvenopravni praksi mora navesti za veljavnost, razen če gre za reskript ugodnosti, izdan po *lastnem nagibu*.

§ 2. Prav tako veljavnosti reskripta nasprotuje namerno zamolčanje ali navedba neresnice, če ni resničen niti en odločujoč razlog, ki se navaja.

§ 3. Pri reskriptih, kjer ni nobenega izvršilca, mora biti odločujoč razlog resničen v času, ko je bil reskript izdan; pri drugih pa v času, ko je izvršen.

Kan. 64 — Ugodnosti, ki jo je kak urad rimske kurije odklonil, ne more veljavno podeliti kak drug urad iste kurije ali kaka druga pristojna oblast, nižja od rimskega papeža, brez soglasja urada, pri katerem se je zadeva uvedla, velja pa pravo penitenciarije v notranjem področju.

Kan. 65 — § 1. Pri veljavnosti predpisov §§ 2 in 3 ne sme nihče prositi ugodnosti od drugega ordinarija, če mu jo je lastni ordinarij odklonil, ne da bi omenil odklonitev; če pa to omeni, naj ordinarij ugodnosti ne podeli prej, dokler ni pri prvem ordinariju poizvedel za razloge za odklonitev.

§ 2. Če je generalni ali škofov vikar ugodnost odklonil, je drug vikar istega škofa ne more veljavno podeliti, tudi če od vikarja, ki jo je odklonil, zve za razloge odklonitev.

§ 3. Če je generalni ali škofov vikar komu odklonil ugodnost, pa jo je ta pozneje izprosil od škofa, ne da bi navedel to odklonitev, je neveljavna; če pa je ugodnost odklonil krajevni škof, je od generalnega ali škofovega vikarja brez škofove privolitve ni mogoče izprositi, tudi če se odklonitev omeni.

Kan. 66 — Zmota v imenu osebe, kateri se reskript daje ali katera ga daje, ali glede kraja, kjer oseba biva, ali stvari, za katero gre,

de qua agitur, dummodo iudicio Ordinarii nulla sit de ipsa persona vel de re dubitatio.

Can. 67 — § 1. Si contingat ut de una eademque re duo rescripta inter se contraria impetrantur, peculiare, in iis quae peculiariter exprimuntur, praevalet generali.

§ 2. Si sint aequae peculiaria aut generalia, prius tempore praevalet posteriori, nisi in altero fiat mentio expressa de priore, aut nisi prior impetrator dolo vel notabili neglegentia sua rescriptio usus non fuerit.

§ 3. In dubio num rescriptum irritum sit necne, recurratur ad resribentem.

Can. 68 — Rescriptum Sedis Apostolicae in quo nullus datur executor, tunc tantum debet Ordinario impetrantis praesentari, cum id in iisdem litteris praecipitur, aut de rebus agitur publicis, aut comprobari condiciones oportet.

Can. 69 — Rescriptum, cuius praeresentationi nullum est definitum tempus, potest executoriali exhiberi quovis tempore, modo absit fraus et dolus.

Can. 70 — Si in rescripto ipsa concessio executoriali committatur, ipsius est pro suo prudenti arbitrio et conscientia gratiam concedere vel denegare.

Can. 71 — Nemo uti tenetur rescripto in sui dumtaxat favorem concessu, nisi aliunde obligatione canonica ad hoc teneatur.

Can. 72 — Rescripta ab Apostolica Sede concessa, quae exspiravarent, ab Episcopo diocesano iusta de causa semel prorogari possunt, non tamen ultra tres menses.

Can. 73 — Per legem contrariam nulla rescripta revocantur, nisi aliud in ipsa lege caveatur.

Can. 74 — Quamvis gratia oretenus sibi concessa quis in foro interno uti possit, tenetur illam pro foro externo probare, quoties id legitimate ab eo petatur.

Can. 75 — Si rescriptum contineat privilegium vel dispensationem, serventur insuper praecripta canonum qui sequuntur.

reskripta ne naredi ničnega, če le po ordinarijevi sodbi o osebi ali stvari ni nobenega dvoma.

Kan. 67 — § 1. Če se zgodi, da se v isti stvari izprosita dva rescripta, ki si med seboj nasprotujeta, obvelja posebni pred splošnim v tem, kar je v njem posebej izraženo.

§ 2. Če sta oba rescripta enako posebna ali splošna, obvelja časovno prvi pred poznejšim, razen če je v drugem prvi izrečno omenjen ali če prvi prosilec svojega rescripta zaradi zvijačnega naklepa ali velike malomarnosti ni uporabil.

§ 3. V dvomu, ali je bil reskript neveljavven ali ne, se je treba obrniti na tistega, ki ga je izdal.

Kan. 68 — Reskript apostolskega sedeža, v katerem ni določen izvršilec, je treba prosilčevemu ordinariju predložiti le takrat, kadar je to v dopisu ukazano ali gre za javne zadeve ali je treba potrditi pogoje.

Kan. 69 — Če čas za predložitev rescripta ni določen, ga je izvršilcu mogoče izročiti v kateremkoli času, da le ni prevare in zvijače.

Kan. 70 — Če se v rescriptu sama podelitev prepusti izvršilcu, ta po svojem pametnem preudarku in vesti ugodnost podeli ali odkloni.

Kan. 71 — Nihče ni dolžan uporabljati rescripta, dobljenega samo v lastno korist, razen če je to dolžan iz druge cerkvenopravne obveznosti.

Kan. 72 — Reskripte, ki jih je dal apostolski sedež, pa so ugasnilni, lahko krajevni škof iz upravičenega razloga enkrat podaljša, vendar ne nad tri mesece.

Kan. 73 — Nobenih rescriptov nasprotni zakon ne prekliče, razen če je v samem zakonu določeno kaj drugega.

Kan. 74 — Čeprav more kdo sebi ustno podeljeno ugodnost uporabljati v notranjem področju, jo mora za zunanje področje dokazati, kadarkoli se to od njega zakonito zahteva.

Kan. 75 — Če reskript vsebuje privilegij ali spregled, je treba poleg tega upoštevati predpise naslednjih kanonov.

Caput IV
DE PRIVILEGIIS

Can. 76 — § 1. Privilegium, seu gratia in favorem certarum personarum sive physicarum sive iuridicarum per peculiarem actum facta, concedi potest a legislatore necnon ab auctoritate exsecutiva cui legislator hanc potestatem concesserit.

§ 2. Possessio centenaria vel immemorabilis praesumptionem inducit concessi privilegii.

Can. 77 — Privilegium interpretandum est ad normam can. 36, § 1; sed ea semper adhibenda est interpretatio, qua privilegio aucti aliquam revera gratiam consequantur.

Can. 78 — § 1. Privilegium praesumitur perpetuum, nisi contrarium probetur.

§ 2. Privilegium personale, quod scilicet personam sequitur, cum ipsa extinguitur.

§ 3. Privilegium reale cessat per absolutum rei vel loci interitum; privilegium vero locale, si locus intra quinquaginta annos restituatur, reviviscit.

Can. 79 — Privilegium cessat per revocationem competentis auctoritatis ad normam can. 47, firmo praescripto can. 81.

Can. 80 — § 1. Nullum privilegium per renuntiationem cessat, nisi haec a competenti auctoritate fuerit acceptata.

§ 2. Privilegio in sui dumtaxat favorem concessso quaevis persona physica renuntiare potest.

§ 3. Privilegio concessso alicui personae iuridicæ, aut ratione dignitatis loci vel rei, singulae personae renuntiare nequeunt; nec ipsi personae iuridicæ integrum est privilegio sibi concessso renuntiare, si renuntiatio cedat in Ecclesiae aliorumve praeiudicium.

Can. 81 — Resoluto iure concedentis, privilegium non extinguitur, nisi datum fuerit cum clausula *ad beneplacitum nostrum* vel alia aequipollenti.

Can. 82 — Per non usum vel per usum contrarium privilegium aliis haud onerosum non cessat; quod vero in aliorum gravamen cedit, amittitur, si accedit legitima praescriptio.

Can. 83 — § 1. Cessat privilegium elapso tempore vel expleto numero casuum pro quibus concessum fuit, firmo praescripto can. 142, § 2.

Četrto poglavje
PRIVILEGIJI

Kan. 76 — § 1. Privilegij ali ugodnost, dano v korist določenim fizičnim ali pravnim osebam s posebnim aktom, lahko podeli zakonodajalec in tudi izvršna oblast, ki ji je zakonodajalec to oblast podelil.

§ 2. Stoletna ali starodavna posest uvaja domnevo, da je bil privilegij podeljen.

Kan. 77 — Privilegij je treba razlagati po določbi kan. 36, § 1; vedno pa ga je treba razlagati tako, da pridobitelji privilegija resnično prejmejo kako ugodnost.

Kan. 78 — § 1. Domneva se, da je privilegij trajen, če se ne dokaže nasprotno.

§ 2. Osebni privilegij, ki se namreč nanaša na osebo, z njou ugasne.

§ 3. Stvarni privilegij preneha s popolnim propadom stvari ali kraja; krajevni privilegij pa spet oživi, če se kraj v petdesetih letih obnovi.

Kan. 79 — Privilegij preneha, če ga prekliče pristojna oblast po določbi kan. 47, velja pa predpis kan. 81.

Kan. 80 — § 1. Noben privilegij ne preneha z odpovedjo, razen če jo je pristojna oblast sprejela.

§ 2. Samo v lastno korist danemu privilegiju se lahko odpove katerakoli fizična oseba.

§ 3. Privilegiju, danemu kaki pravni osebi ali zaradi ugleda kraja ali stvari, se posamezne osebe ne morejo odpovedati; tudi pravni osebi sami ni mogoče odpovedati se privilegiju, ki je bil njej podeljen, če bi bila odpoved v škodo Cerkvi ali drugim.

Kan. 81 — Privilegij ne ugasne s prenehanjem oblasti tistega, ki ga je podelil, razen če je bil podeljen z določilom *po naši dobrohotnosti* ali z drugim enakovrednim določilom.

Kan. 82 — Privilegij, ki drugim ni v breme, ne preneha, če se ne uporablja ali če je njegova raba nasprotna; če pa je drugim v breme, se izgubi z zakonitim zastaranjem.

Kan. 83 — § 1. Privilegij prenehá, ko poteče čas ali je izčrpalo število primerov, za katere je bil podeljen, velja pa predpis kan. 142, § 2.

§ 2. Cessat quoque, si temporis progressu rerum adiuncta ita iudicio auctoritatis competentis immutata sint, ut noxium evaserit aut eius usus illicitus fiat.

Can. 84 — Qui abutitur potestate sibi ex privilegio data, privilegio ipso privari meretur; quare, Ordinarius, frustra monito privilegiario, graviter abutentem privet privilegio quod ipse concessit; quod si privilegium concessum fuerit ab Apostolica Sede, eandem Ordinarius certiorem facere tenetur.

Caput V DE DISPENSATIONIBUS

Can. 85 — Dispensatio, seu legis mere ecclesiasticae in casu particulari relaxatio, concedi potest ab iis qui potestate gaudent exsecutiva intra limites suaे competentiae, necnon ab illis quibus potestas dispensandi explicite vel implicite competit sive ipso iure sive vi legitimae delegationis.

Can. 86 — Dispensationi obnoxiae non sunt leges quatenus ea definiunt, quae institutorum aut actuum iuridicorum essentialiter sunt constitutiva.

Can. 87 — § 1. Episcopus dioecesanus fideles, quoties id ad eorum spirituale bonum conferre iudicet, dispensare valet in legibus disciplinaribus tam universalibus quam particularibus pro suo territorio vel suis subditis a suprema Ecclesiae auctoritate latis, non tamen in legibus processualibus aut poenalibus, nec in iis quarum dispensatio Apostolicae Sedi aliive auctoritati specialiter reservatur.

§ 2. Si difficilis sit recursus ad Sanctam Sedem et simul in mora sit periculum gravis damni, Ordinarius quicumque dispensare valet in iisdem legibus, etiam si dispensatio reservatur Sanctae Sedi, dummodo agatur de dispensatione quam ipsa in iisdem adiunctis concedere solet, firmo praescripto can. 291.

Can. 88 — Ordinarius loci in legibus dioecesanis atque, quoties id ad fidelium bonum conferre iudicet, in legibus a Concilio plenario vel provinciali aut ab Episcoporum conferentia latis dispensare valet.

Can. 89 — Parochus aliquie presbyteri aut diaconi a lege universali et particulari dispensare non valent, nisi haec potestas ipsis expresse concessa sit.

§ 2. Preneha tudi, če so se po sodbi pristojne oblasti razmere sčasoma tako spremenile, da je postal škodljiv ali njegova raba nedopustna.

Kan. 84 — Kdor zlorablja oblast, ki mu jo daje privilegij, zasuži, da se mu ta privilegij odvzame; zato naj ordinarij, ko ga je zaman opomnil, privilegiranu, ki privilegij, katerega mu je sam naklonil, hudo zlorablja, privilegij odvzame; če je privilegij podelil apostolski sedež, ga je ordinarij dolžan obvestiti.

Peto poglavje SPREGLEDI

Kan. 85 — Spregled ali olajšavo zgolj cerkvenega zakona v posebnem primeru morejo v mejah svoje pristojnosti podeliti tisti, ki imajo izvršno oblast, in tisti, ki jim oblast spregledovati izrečno ali vključno pripada, bodisi po samem pravu ali po zakonitem pooblastilu.

Kan. 86 — Spregled ni mogoč od zakonov, kolikor opredeljujejo stvari, ki bistveno določajo ustanove ali pravna dejanja.

Kan. 87 — § 1. Krajevni škof lahko vernikom za svoje ozemlje podeli spregled splošnih in območnih disciplinskih zakonov, kadar koli sodi, da ga podeli v njihovo korist, svojim podrejenim pa tudi spregled zakonov, izdanih od najvišje cerkvene oblasti, vendar ne procesnih in kazenskih zakonov, in ne tistih, ki so apostolskemu sedežu ali drugi oblasti posebej pridržani.

§ 2. Če se je težko obrniti na sveti sedež in je hkrati v odlašanju nevarnost velike škode, lahko da spregled istih zakonov katerikoli ordinarij, tudi če je spregled pridržan svetuemu sedežu, da le gre za spregled, ki ga le-ta v enakih okoliščinah običajno daje; velja pa predpis kan. 291.

Kan. 88 — Krajevni ordinarij lahko da spregled škofijskih zakonov, in kadar sodi, da bi bilo vernikom v korist, tudi zakonov, ki jih je izdal plenarni ali pokrajinski cerkveni zbor ali škofovski konferenca.

Kan. 89 — Župnik, drugi duhovniki in diakoni lahko dajo spregled splošnega in območnega zakona le, če jim je bila ta oblast izrečno podeljena.

Can. 90 — § 1. A lege ecclesiastica ne dispensetur sine iusta et rationabili causa, habita ratione adiunctorum casus et gravitatis legis a qua dispensatur; alias dispensatio illicita est et, nisi ab ipso legislatore eiusve superiore data sit, etiam invalida.

§ 2. Dispensatio in dubio de sufficientia causae valide et licite conceditur.

Can. 91 — Qui gaudet potestate dispensandi eam exercere valet, etiam extra territorium existens, in subditos, licet e territorio absentes, atque, nisi contrarium expresse statuatur, in peregrinos quoque in territorio actu degentes, necnon erga seipsum.

Can. 92 — Strictae subest interpretationi non solum dispensatio ad normam can. 36, § 1, sed ipsam potestas dispensandi ad certum casum concessa.

Can. 93 — Dispensatio quae tractum habet successivum cessat iisdem modis quibus privilegium, necnon certa ac totali cessatione causae motivae.

Titulus V DE STATUTIS ET ORDINIBUS

Can. 94 — § 1. Statuta, sensu proprio, sunt ordinationes quae in universitatibus sive personarum sive rerum ad normam iuris conduntur, et quibus definiuntur earundem finis, constitutio, regimen atque agendi rationes.

§ 2. Statutis universitatis personarum obligantur solae personae quae legitime eiusdem membra sunt; statutis rerum universitatis, ii qui eiusdem moderamen curant.

§ 3. Quae statutorum praescripta vi potestatis legislativae condita et promulgata sunt, reguntur praescriptis canonum de legibus.

Can. 95 — § 1. Ordines sunt regulae seu normae quae servari debent in personarum conventibus, sive ab auctoritate ecclesiastica indicitis sive a christifidelibus libere convocatis, necnon aliis in celebrationibus, et quibus definiuntur quae ad constitutionem, moderamen et rerum agendarum rationes pertinent.

§ 2. In conventibus celebrationibusve, ii regulis ordinis tenentur, qui in iisdem partem habent.

Kan. 90 — § 1. Spregled cerkvenega zakona naj se daje le iz upravičenega in pametnega razloga, pri čemer naj se upoštevajo okoliščine primera in važnost zakona, katerega spregled se daje; drugače je spregled nedoposten, in če ga ne da sam zakonodajalec ali njegov predstojnik, tudi neveljaven.

§ 2. V dvomu, ali je razlog zadosten, se spregled podeli veljavno in dopustno.

Kan. 91 — Kdor ima oblast dajati spregled, jo lahko izvaja tudi, ko je zunaj ozemlja, nad podrejenimi, čeprav niso na ozemljju, in če ni izrečeno določeno nasprotno, tudi nad tujci, ki trenutno bivajo na ozemljju, pa tudi nad seboj.

Kan. 92 — Ozko je treba razlagati ne le spregled po določbi kan. 36, § 1, temveč tudi samo oblast dajati spregled, če je podeljena za določen primer.

Kan. 93 — Spregled, ki nenehno traja, preneha na iste načine kakor privilegij, pa tudi, kadar zagotovo in popolnoma preneha odločujoč razlog.

Peti naslov STATUTI IN PRAVILNIKI

Kan. 94 — § 1. Statuti v pravem pomenu so odredbe, ki se po določbi prava izdajo v skupnostih oseb ali stvari in opredeljujejo njihov namen, ureditev, vodstvo in način poslovanja.

§ 2. Statuti skupnosti oseb vežejo le osebe, ki so zakonito njeni člani, statuti skupnosti stvari pa tiste, ki skrbijo za njihovo upravljanje.

§ 3. Za predpise statutov, izdane in razglasene od zakonodajne oblasti, veljajo predpisi kanonov o zakonih.

Kan. 95 — § 1. Pravilniki so pravila ali določbe, ki se jih je treba držati pri shodih oseb, katere so napovedale cerkvene oblasti ali svobodno sklicali verniki sami, in tudi pri drugih slovesnostih, z njimi pa se določi, kar zadeva ureditev, vodstvo in poslovanje.

§ 2. Na shodih ali slovesnostih se morajo po določilih pravilnika ravnavati tisti, ki se jih udeležijo.

Titulus VI
DE PERSONIS PHYSICIS ET IURIDICIS

Caput I

DE PERSONARUM PHYSICARUM CONDICIONE CANONICA

Can. 96 — Baptismo homo Ecclesiae Christi incorporatur et in eadem constituitur persona, cum officiis et iuribus quae christianis, attenta quidem eorum condicione, sunt propria, quatenus in ecclesiastica sunt communione et nisi obstet lata legitime sanctio.

Can. 97 — § 1. Persona quae duodevigesimum aetatis annum explevit, maior est; infra hanc aetatem, minor.

§ 2. Minor, ante plenum septennium, dicitur infans et censetur non sui compos, expleto autem septennio, usum rationis habere praesumitur.

Can. 98 — § 1. Persona maior plenum habet suorum iurium exercitium.

§ 2. Persona minor in exercitio suorum iurium potestati obnoxia manet parentum vel tutorum, iis exceptis in quibus minores lege divina aut iure canonico ab eorum potestate exempti sunt; ad constitutionem tutorum eorumque potestatem quod attinet, serventur praescripta iuris civilis, nisi iure canonico aliud caveatur, aut Episcopus dioecesanus in certis casibus iusta de causa per nominationem alias tutoris providendum aestimaverit.

Can. 99 — Quicumque usu rationis habitu caret, censetur non sui compos et infantibus assimilatur.

Can. 100 — Persona dicitur: *incola*, in loco ubi est eius domicilium; *advena*, in loco ubi quasi-domicilium habet; *peregrinus*, si versetur extra domicilium et quasi-domicilium quod adhuc retinet; *vagus*, si nullibi domicilium habeat vel quasi-domicilium.

Can. 101 — § 1. Locus originis filii, etiam neophyti, est ille in quo cum filius natus est, domicilium, aut, eo deficiente, quasi-domicilium habuerunt parentes vel, si parentes non habuerint idem domicilium vel quasi-domicilium, mater.

§ 2. Si agatur de filio vagorum, locus originis est ipsem est nativitatis locus; si de exposito, est locus in quo inventus est.

Can. 102 — § 1. Domicilium acquiritur ea in territorio alicuius paroeciae aut saltem dioecesis commoratione, quae aut coniuncta sit cum animo ibi perpetuo manendi si nihil inde avocet, aut ad quinquennium completum sit protracta.

Šesti naslov
FIZIČNE IN PRAVNE OSEBE

Prvo poglavje

CERKVENOPRAVNI POLOŽAJ FIZIČNIH OSEB

Kan. 96 — S krstom se človek včleni v Kristusovo Cerkev in postane v njej oseba z dolžnostmi in pravicami, lastnimi kristjanom glede na njihov položaj, kolikor so v cerkvenem občestvu in če ne nasprotuje zakonito izdana sankcija.

Kan. 97 — § 1. Oseba, ki je dopolnila osemnajsto leto, je polnoletna; pred to starostjo je mladoletna.

§ 2. Mladoletni se pred dopolnjenim sedmim letom imenuje otrok in velja, da ni prišteven; po dopolnjenem sedmem letu se domneva, da more razumno ravnati.

Kan. 98 — § 1. Polnoletna oseba more svoje pravice v polnosti izvrševati.

§ 2. Mladoletna oseba je v izvrševanju svojih pravic podrejena oblasti staršev ali varuhov, razen v tistih, v katerih so mladoletni po božjem ali cerkvenem pravu izvzeti iz njihove oblasti; kar zadeva postavljanje varuhov in njihovo oblast, je treba upoštevati predpise civilnega prava, če cerkveno pravo ne določa kaj drugega, ali če krajevni škof meni, da je treba v določenih primerih iz upravičenega razloga imenovati drugega varuha.

Kan. 99 — Kdor navadno ne more razumno ravnati, velja za neprištevnega in se enači z otroki.

Kan. 100 — Oseba se imenuje: *prebivalec*, v kraju, kjer ima domovališče; *prišlec*, v kraju, kjer ima nepravno domovališče; *tujec*, če je izven domovališča in nepravega domovališča, ki ga še ohrani; *brezdomec*, če nima nikjer domovališča ali nepravega domovališča.

Kan. 101 — § 1. Kraj, od koder je otrok, tudi spreobrnjenec, je tisti, kjer so imeli starši ob njegovem rojstvu domovališče ali, če tega niso imeli, nepravno domovališče, ali če starši niso imeli istega domovališča ali nepravega domovališča, tisti, ki ga je imela mati.

§ 2. Če gre za otroke brezdomcev, je rojstni kraj sam kraj rojstva; če gre za najdenčka, je to kraj, kjer je bil najden.

Kan. 102 — § 1. Domovališče se pridobi s tistim bivanjem na ozemlju župnije ali vsaj škofije, ki je združeno z namenom, tam trajno ostati, če bi ga od tam nič ne odvrnilo, ali če bivanje traja polnih pet let.

§ 2. Quasi-domicilium acquiritur ea commoratione in territorio alicuius paroeciae aut saltem dioecesis, quae aut coniuncta sit cum animo ibi manendi saltem per tres menses si nihil inde avocet, aut ad tres menses reapse sit protracta.

§ 3. Domicilium vel quasi-domicilium in territorio paroeciae dicitur paroeciale; in territorio dioecesis, etsi non in paroecia, dioecesanum.

Can. 103 — Sodales institutorum religiosorum et societatum vitae apostolicae domicilium acquirunt in loco ubi sita est domus cui adscribuntur; quasi-domicilium in domo ubi, ad normam can. 102, § 2, commorantur.

Can. 104 — Coniuges commune habeant domicilium vel quasi-domicilium; legitimae separationis ratione vel alia iusta de causa, uterque habere potest proprium domicilium vel quasi-domicilium.

Can. 105 — § 1. Minor necessario retinet domicilium et quasi-domicilium illius, cuius potestati subicitur. Infantia egressus potest etiam quasi-domicilium proprium acquirere; atque legitime ad normam iuris civilis emancipatus, etiam proprium domicilium.

§ 2. Quicumque alia ratione quam minoritate, in tutelam vel curatela legitime traditus est alterius, domicilium et quasi-domicilium habet tutoris vel curatoris.

Can. 106 — Domicilium et quasi-domicilium amittitur discessione a loco cum animo non revertendi, salvo praescripto can. 105.

Can. 107 — § 1. Tum per domicilium tum per quasi-domicilium suum quisque parochum et Ordinarium sortitur.

§ 2. Proprius vagi parochus vel Ordinarius est parochus vel Ordinarius loci in quo vagus actu commoratur.

§ 3. Illius quoque qui non habet nisi domicilium vel quasi-domicilium dioecesanum, parochus proprius est parochus loci in quo actu commoratur.

Can. 108 — § 1. Consanguinitas computatur per lineas et gradus.

§ 2. In linea recta tot sunt gradus quot generationes, seu quot personae, stipite dempto.

§ 3. In linea obliqua tot sunt gradus quot personae in utraque simul linea, stipite dempto.

Can. 109 — § 1. Affinitas oritur ex matrimonio valido, etsi non consummato, atque viget inter virum et mulieris consanguineos, itemque mulierem inter et viri consanguineos.

Kan. 171 — § 1. Za glasovanje ni sposoben:

1. kdor ni zmožen človeškega dejanja;

2. kdor nima aktivne volilne pravice;

3. kogar je zadela kazen izobčenja, pa naj je bila naložena ali razglašena s sodniškim izrekom ali z odločbo;

4. kdor je javno odpadel od cerkvenega občestva.

§ 2. Če se komu od omenjenih dovoli glasovati, je njegov glas ničen, volitve pa veljavne, razen če se dokaže, da izvoljeni, če se ta glas odšteje, ne bi dosegel zahtevanega števila glasov.

Kan. 172 — § 1. Da je glas veljaven, mora biti:

1. svoboden; zato je neveljaven glas tistega, ki ga je hud strah ali zvijačna prevara, neposredna ali posredna, privedla do glasovanja za določeno osebo ali ločeno za različne osebe;

2. tajen, zanesljiv, brezpogojen in določen.

§ 2. Pogoji, ki se pred volitvami dodajo glasovanju, naj veljajo za nedodane.

Kan. 173 — § 1. Preden se volitve začnejo, naj se iz telesa kolegija ali skupine določita vsaj dva števca glasov.

§ 2. Števci glasov naj glasovnice zborejo in pred predsednikom volitev preverijo, ali število glasovnic ustreza številu volivcev, pregledajo glasovnice in objavijo, koliko glasov je vsakdo dobil.

§ 3. Če število glasov presega število volivcev, so volitve nične.

§ 4. Kdor opravlja nalogu zapisnikarja, naj natančno popiše ves potek volitev in zapisnik naj se, ko so ga podpisali vsaj sam zapisnikar, predsednik in števci glasov, skrbno shrani v arhivu kolegija.

Kan. 174 — § 1. Če v pravu ali statutu ni določeno kaj drugega, se lahko volitve opravijo tudi z dogovorom, da le namreč volivci za ta primer soglasno in pisnemu prenesejo pravico voliti na eno ali več sposobnih oseb, iz telesa ali zunanjih, ki na podlagi dobljenega pooblastila volijo v imenu vseh.

§ 2. Če kolegij ali skupino sestavlajo sami kleriki, morajo biti pooblaščenci za volitve povzdignjeni v sveti red, sicer so volitve neveljavne.

§ 3. Pooblaščenci za volitve se morajo držati pravnih predpisov o volitvah in za veljavnost volitev izpolniti pogoje, ki so bili dogovoru dodani in ne nasprotujejo pravu; pogoji, ki pravu nasprotujejo, veljajo za nedodane.

Can. 175 — Cessat compromissum et ius suffragium ferendi credit ad compromittentes:

- 1º revocatione a collegio aut coetu facta, re integra;
- 2º non impleta aliqua condicione compromisso apposita;
- 3º electione absoluta, si fuerit nulla.

Can. 176 — Nisi aliud iure aut statutis caveatur, is electus habetur et a collegii aut coetus praeside proclametur, qui requisitum suffragiorum numerum rettulerit, ad normam can. 119, n. 1.

Can. 177 — § 1. Electio illico intimanda est electo, qui debet intra octiduum utile a recepta intimatione significare collegii aut coetus praesidi utrum electionem acceptet necne; secus electio effectum non habet.

§ 2. Si electus non acceptaverit, omne ius ex electione amittit nec subsequenti acceptatione convalescit, sed rursus eligi potest; collegium autem aut coetus intra mensem a cognita non-acceptatione ad novam electionem procedere debet.

Can. 178 — Electus, acceptata electione, quae confirmatione non egeat, officium pleno iure statim obtinet; secus non acquirit nisi ius ad rem.

Can. 179 — § 1. Electus, si electio confirmatione indigeat, intra octiduum utile a die acceptatae electionis confirmationem ab auctoritate competenti petere per se vel per alium debet; secus omni iure privatur, nisi probaverit se a petenda confirmatione iusto impedimento detentum fuisse.

§ 2. Competens auctoritas, si electum reppererit idoneum ad normam can. 149, § 1, et electio ad normam iuris fuerit peracta, confirmationem denegare nequit.

§ 3. Confirmatio in scriptis dari debet.

§ 4. Ante intimatam confirmationem, electo non licet sese immiscere administrationi officii sive in spiritualibus sive in temporalibus, et actus ab eo forte positi nulli sunt.

§ 5. Intimata confirmatione, electus pleno iure officium obtinet, nisi aliud iure caveatur.

Art. 4

DE POSTULATIONE

Can. 180 — § 1. Si electioni illius quem electores aptiorem putent ac praeferant, impedimentum canonicum obstet, super quo dispensatio concedi possit ac soleat, suis ipsi suffragiis eum possunt, nisi aliud iure caveatur, a competenti auctoritate postulare.

Kan. 175 — Dogovor prenega veljati in volilna pravica se vrne k tistim, ki so ga sklenili:

1. če ga kolegij ali skupina prekliče in je ostal še neuporabljen;
2. če ni bil izpolnjen kak dogovoru dodan pogoj;
3. če so opravljene volitve bile nične.

Kan. 176 — Če pravo ali statut ne določa kaj drugega, naj velja za izvoljenega, kdor je po določbi kan. 119, št. 1 dobil zahtevano število glasov, predsednik kolegija ali skupine pa naj ga razglasí.

Kan. 177 — § 1. Izvolitev je treba takoj sporočiti izvoljenemu, ki mora v osmih uporabnih dneh po prejemu sporočila izjaviti predsedniku kolegija ali skupine, ali izvolitev sprejme ali ne; sicer so volitve brez učinka.

§ 2. Če izvoljeni ne sprejme, izgubi sleherno pravico iz izvolitve in zaradi poznejšega sprejema ta ne postane veljavna; lahko pa se spet izvoli; kolegij ali skupina pa mora v enem mesecu, ko je zvezela, da ni sprejel, voliti znova.

Kan. 178 — Izvoljeni po sprejemu izvolitve, ki ne potrebuje potrditve, dobi službo takoj polnopravno; sicer dobi le pravico do nje.

Kan. 179 — § 1. Če izvolitev potrebuje potrditev, mora izvoljeni v osmih uporabnih dneh od dneva, ko je izvolitev sprejel, sam ali po kom drugem prositi pristojno oblast za potrditev; sicer izgubi vse pravice, razen če dokazuje, da ga je v prošnji za potrditev zadrževala upravičena ovira.

§ 2. Če pristojna oblast spozna, da je izvoljeni po določbi kan. 149, § 1 sposoben in so se volitve izvršile po določbi prava, ne more odreči potrditve.

§ 3. Potrditev se mora dati pismeno.

§ 4. Pred prejemom obvestila o potrditvi se izvoljeni ne sme vmešavati v opravljanje službe ne v duhovnih ne v časnih zadevah in dejanja, ki bi jih morebiti opravil, so nična.

§ 5. Ko je izvoljeni sporočilo o potrditvi prejel, dobi službo polnopravno, razen če pravo določa kaj drugega.

Četrti člen

POSTULACIJA

Kan. 180 — § 1. Če izvolitvi tistega, katerega imajo volivci za sposobnejšega in mu dajejo prednost, nasprotuje cerkvenopravni zadržek, ki se lahko in običajno spregleda, morejo sami volivci z glasovanjem pristojno oblast za njega prositi, če pravo ne določa kaj drugega.

§ 2. Compromissarii postulare nequeunt, nisi id in compromisso fuerit expressum.

Can. 181 — § 1. Ut postulatio vim habeat, requiruntur saltem duas tertiae partes suffragiorum.

§ 2. Suffragium pro postulatione exprimi debet per verbum: *postulo*, aut aequivalens; formula: *eligo vel postulo*, aut aequipollens, valet pro electione, si impedimentum non exsistat, secus pro postulatione.

Can. 182 — § 1. Postulatio a praeside intra octiduum utile mitti debet ad auctoritatem competentem ad quam pertinet electionem confirmare, cuius est dispensationem de impedimento concedere, aut, si hanc potestatem non habeat, eandem ab auctoritate superiore petere; si non requiritur confirmatio, postulatio mitti debet ad auctoritatem competentem ut dispensatio concedatur.

§ 2. Si intra praescriptum tempus postulatio missa non fuerit, ipso facto nulla est, et collegium vel coetus pro ea vice privatur iure eligendi aut postulandi, nisi probetur praesidem amittenda postulatione iusto fuisse detentum impedimento aut dolo vel neglegentia ab eadem tempore opportunomittenda abstinuisse.

§ 3. Postulato nullum ius acquiritur ex postulatione; eam admittendi auctoritas competens obligatione non tenet.

§ 4. Factam auctoritati competenti postulationem electores revocare non possunt, nisi auctoritate consentiente.

Can. 183 — § 1. Non admissa ab auctoritate competenti postulatione, ius eligendi ad collegium vel coetum reddit.

§ 2. Quod si postulatio admissa fuerit, id significetur postulato, qui respondere debet ad normam can. 177, § 1.

§ 3. Qui admissam postulationem acceptat, pleno iure statim officium obtinet.

Caput II

DE AMISSIONE OFFICII ECCLESIASTICI

Can. 184 — § 1. Amittitur officium ecclesiasticum lapsu temporis praefiniti, expleta aetate iure definita, renuntiatione, translatione, amotione necnon privatione.

§ 2. Resoluto quovis modo iure auctoritatis a qua fuit collatum, officium ecclesiasticum non amittitur, nisi aliud iure caveatur.

§ 3. Officii amissio, quae effectum sortita est, quam primum omnibus nota fiat, quibus aliquod ius in officii provisionem competit.

§ 2. Pooblaščenci za volitve ne morejo prositi za njega, če to ni bilo izraženo v dogovoru.

Kan. 181 — § 1. Da je postulacija veljavna, sta potrebni vsaj dve tretjini glasov.

§ 2. Glasovanje za postulacijo se mora izraziti z besedo: *postuliram* ali z enakovredno; obrazec: *volim* ali *postuliram* ali enakovreden, velja, če ni zadržka, za izvolitev, sicer za postulacijo.

Kan. 182 — § 1. Postulacijo mora predsednik poslati v osmih uporabnih dneh pristojni oblasti, ki ima pravico potrditi izvolitev, dati spregled zadržka, ali, če te oblasti nima, zanj prositi višjo oblast; če se potrditev ne zahteva, je treba postulacijo poslati pristojni oblasti, da da spregled.

§ 2. Če se postulacija v predpisanim času ne pošlje, s tem dejstvom postane nična in kolegij ali skupina za ta primer izgubi pravico voliti ali postulirati, razen če se dokaže, da je predsednika oviral upravičen razlog, da postulacije ni poslal, ali se je naklepno ali iz malomarnosti vzdržal, da je ni poslal pravočasno.

§ 3. S postulacijo izbrani ne pridobi nobene pravice; pristojna oblast ji ni dolžna pritrditi.

§ 4. Če so volivci postulacijo predložili pristojni oblasti, je ne morejo preklicati, razen če oblast privoli.

Kan. 183 — § 1. Če pristojna oblast postulacije ni potrdila, se pravica voliti vrne h kolegiju ali skupini.

§ 2. Če je bila postulacija potrjena, naj se to sporoči s postulacijo izbranemu, ki mora odgovoriti po določbi kan. 177, § 1.

§ 3. Kdor potrjeno postulacijo sprejme, takoj dobi službo polnopravno.

Drugo poglavje

IZGUBA CERKVNE SLUŽBE

Kan. 184 — § 1. Cerkvna služba se izgubi z iztekom vnaprej določenega časa, s po pravu dopolnjeno starostjo, z odpovedjo, s pre mestitvijo, z odstranitvijo in tudi z odvzemom.

§ 2. Če pravo oblasti, ki je cerkveno službo podelila, na kakršenkoli način preneha, se cerkvena služba ne izgubi, razen če pravo določa kaj drugega.

§ 3. Izguba službe, ki je postala učinkovita, naj se čimprej naznani vsem, ki imajo kakšno pravico do podelitve službe.

Can. 185 — Ei, qui ob impletam aetatem aut renuntiationem acceptatam officium amittit, titulus emeriti conferri potest.

Can. 186 — Lapsu temporis praeiniti vel adimpieta aetate, amissio officii effectum habet tantum a momento, quo a competenti auctoritate scripto intimatur.

Art. 1

DE RENUNTIATIONE

Can. 187 — Quisquis sui compos potest officio ecclesiastico iusta de causa renuntiare.

Can. 188 — Renuntiatio ex metu gravi, iniuste incusso, dolo vel errore substantiali aut simoniace facta, ipso iure irrita est.

Can. 189 — § 1. Renuntiatio, ut valeat, sive acceptatione eget sive non, auctoritati fieri debet cui provisio ad officium de quo agitur pertinet, et quidem scripto vel oretenus coram duobus testibus.

§ 2. Auctoritas renuntiationem iusta et proportionata causa non innixam ne acceptet.

§ 3. Renuntiatio quae acceptatione indiget, nisi intra tres menses acceptetur, omni vi caret; quae acceptatione non indiget effectum sortitur communicatione renuntiantis ad normam iuris facta.

§ 4. Renuntiatio, quamdui effectum sortita non fuerit, a renuntiante revocari potest; effectu secuto revocari nequit, sed qui renuntiavit, officium alio ex titulo consequi potest.

Art. 2

DE TRANSLATIONE

Can. 190 — § 1. Translatio ab eo tantum fieri potest, qui ius habet providendi officio quod amittitur et simul officio quod committitur.

§ 2. Si translatio fiat invito officii titulari, gravis requiritur causa et, firmo semper iure rationes contrarias exponendi, servetur modus procedendi iure praescriptus.

§ 3. Translatio, ut effectum sortiatur, scripto intimanda est.

Can. 191 — § 1. In translatione, prius officium vacat per possessionem alterius officii canonice habitam, nisi aliud iure cautum aut a competenti auctoritate praescriptum fuerit.

§ 2. Remunerationem cum priore officio conexam translatus percipit, donec alterius possessionem canonice obtinuerit.

Kan. 185 — Tistemu, ki zaradi dopolnjene starosti ali sprejete odpovedi izgubi službo, je mogoče podeliti naslov upokojenca.

Kan. 186 — Ko se je iztekel vnaprej določen čas ali je bila dopolnjena starost, postane izguba službe učinkovita od trenutka, ki ga pristojna oblast pismeno sporoči.

Prvi člen

ODPOVED

Kan. 187 — Vsakdo, ki more razumno ravnati, se lahko iz upravičenega razloga odpove cerkveni službi.

Kan. 188 — Odpoved zaradi neupravičeno prizadejanega hudega strahu, zaradi zvijačne prevare ali bistvene zmote ali po simoniji, je po samem pravu nična.

Kan. 189 — § 1. Da je odpoved veljavna, pa naj potrebuje sprejetje ali ne, se mora dati oblasti, ki ji podelitev službe, za katero gre, pripada, in sicer pismeno ali ustno pred dvema pričama.

§ 2. Odpovedi, ki se ne opira na upravičen in sorazmeren razlog, naj oblast ne sprejme.

§ 3. Odpoved, ki potrebuje sprejetje, je brez vsake moči, če se ne sprejme v treh mesecih; če sprejetja ne potrebuje, postane učinkovita z naznanim tistega, ki da odpoved po določbi prava.

§ 4. Dokler odpoved ne postane učinkovita, jo lahko tisti, ki se odpoveduje, prekliče; ko postane učinkovita, je ne more preklicati, more pa tisti, ki se je službi odpovedal, službo dobiti iz drugega naslova.

Drugi člen

PREMESTITEV

Kan. 190 — § 1. Premestitev lahko opravi le tisti, ki ima pravico podeliti službo, ki se izgubi, in hkrati službo, ki se izroči.

§ 2. Če se premestitev opravi proti volji nosilca službe, se zahteva zanje tehten razlog in nedotaknjena pravica vedno predložiti napsrotne razloge, upoštevajoč po pravu predpisani način postopka.

§ 3. Da premestitev postane učinkovita, se mora sporočiti pisemo.

Kan. 191 — § 1. Pri premestitvi se prejšnja služba izprazni, ko se cerkvenopravno dobi v posest druga, razen če pravo določa ali pristojna oblast predpiše kaj drugega.

§ 2. S prejšnjo službo povezane prejemke premeščeni prejema, dokler druge ne dobi cerkvenopravno v posest.

Art. 3
DE AMOTIONE

Can. 192 — Ab officio quis amovetur sive decreto ab auctoritate competenti legitime edito, servatis quidem iuribus forte ex contractu quae sitis, sive ipso iure ad normam can. 194.

Can. 193 — § 1. Ab officio quod alicui confertur ad tempus indefinitum, non potest quis amoveri nisi ob graves causas atque servato procedendi modo iure definito.

§ 2. Idem valet, ut quis ab officio, quod alicui ad tempus determinatum confertur, ante hoc tempus elapsum amoveri possit, firmo praescripto can. 624, § 3.

§ 3. Ab officio quod, secundum iuris praescripta, alicui confertur ad prudentem discretionem auctoritatis competentis, potest quis iusta ex causa, de iudicio eiusdem auctoritatis, amoveri.

§ 4. Decretum amotionis, ut effectum sortiatur, scripto intimandum est.

Can. 194 — § 1. Ipso iure ab officio ecclesiastico amovetur:

1^o qui statum clericalem amiserit;

2^o qui a fide catholica aut a communione Ecclesiae publice defecrit;

3^o clericus qui matrimonium etiam civile tantum attentaverit.

§ 2. Amotio, de qua in nn. 2 et 3, urgeri tantum potest, si de eadem auctoritatis competentis declaratione constet.

Can. 195 — Si quis, non quidem ipso iure, sed per decretum auctoritatis competentis ab officio amoveatur quo eiusdem subsistentiae providetur, eadem auctoritas curet ut ipsius subsistentiae per congruum tempus prospiciatur, nisi aliter provisum sit.

Art. 4
DE PRIVATIONE

Can. 196 — § 1. Privatio ab officio, in poenam scilicet delicti, ad normam iuris tantummodo fieri potest.

§ 2. Privatio effectum sortitur secundum praescripta canonum de iure poenali.

Tretji člen
ODSTRANITEV

Kan. 192 — Iz službe se koga odstrani bodisi z zakonito izdano odločbo pristojne oblasti, upoštevajoč morebitne iz pogodbe pridobljene pravice, bodisi po samem pravu po določbi kan. 194.

Kan. 193 — § 1. Iz službe, ki se komu podeli za nedoločen čas, ni mogoče odstraniti nikogar, razen iz tehtnih razlogov in upoštevajoč po pravu določen način postopka.

§ 2. Isto velja, da je mogoče koga pred potekom tega časa odstraniti iz službe, ki se mu podeli za določen čas, velja pa predpis kan. 624, § 3.

§ 3. Iz službe, ki se po pravnih predpisih komu podeli po patmetnem preudarku pristojne oblasti, ga je mogoče odstraniti iz upravičenega razloga po presoji te oblasti.

§ 4. Da ima odstranitvena odločba učinek, jo je treba sporočiti pismeno.

Kan. 194 — § 1. Po samem pravu se iz cerkvene službe odstrani:

1. kdor je izgubil kleriški stan;

2. kdor je javno odpadel od katoliške vere ali cerkvenega občestva;

3. klerik, ki je poskušal skleniti zakon, tudi samo civilni.

§ 2. Odstranitev, o kateri govorita št. 2 in 3, se lahko zahteva samo, če o njej obstaja objava pristojne oblasti.

Kan. 195 — Če pristojna oblast, ne sicer po samem pravu, temveč z odločbo koga odstrani iz službe, s katero je zagotovljeno njegovo vzdrževanje, naj ista oblast primeren čas skrbi za njegovo vzdrževanje, če ni poskrbljeno drugače.

Četrti člen
ODVZEM

Kan. 196 — § 1. Odvzem službe kot kazen za kaznivo dejanje se more izvršiti le po določbi prava.

§ 2. Odvzem ima učinek po predpisih kanonov v kazenskem pravu.

Titulus X DE PRAESCRIPTIONE

Can. 197 — Praescriptionem, tamquam modum iuris subjectivi acquirendi vel amittendi neconon ab obligationibus sese liberandi, Ecclesia recipit prout est in legislatione civili respectivae nationis, salvis exceptionibus quae in canonibus huius Codicis statuuntur.

Can. 198 — Nulla valet praescriptio, nisi bona fide nitatur, non solum initio, sed toto decursu temporis ad praescriptionem requisiti, salvo praescripto can. 1362.

Can. 199 — Praescriptioni obnoxia non sunt:

1^o iura et obligationes quae sunt legis divinae naturalis aut positive;

2^o iura quae obtineri possunt ex solo privilegio apostolico;

3^o iura et obligationes quae spiritualem christifidelium vitam directe respiciunt;

4^o fines certi et indubii circumscriptionum ecclesiasticarum;

5^o stipes et onera Missarum;

6^o provisio officii ecclesiastici quod ad normam iuris exercitium ordinis sacri requirit;

7^o ius visitationis et obligatio oboedientiae, ita ut christifideles a nulla auctoritate ecclesiastica visitari possint et nulli auctorati iam subsint.

Titulus XI DE TEMPORIS SUPPUTATIONE

Can. 200 — Nisi aliud expresse iure caveatur, tempus supputetur ad normam canonum qui sequuntur.

Can. 201 — § 1. Tempus continuum intellegitur quod nullam patitur interruptionem.

§ 2. Tempus utile intellegitur quod ita ius suum exercenti aut persequenti competit, ut ignorantia aut agere non valenti non currat.

Can. 202 — § 1. In iure, dies intellegitur spatium constans 24 horis continuo supputandis, et incipit a media nocte, nisi aliud expresse caveatur; hebdomada spatium 7 dierum; mensis spatium 30 et annus spatium 365 dierum, nisi mensis et annus dicantur sumendi prout sunt in calendario.

Deseti naslov ZASTARANJE

Kan. 197 — Zastaranje kot način pridobiti ali izgubiti pravice in tudi rešiti se obveznosti, kakor je to urejeno v civilni zakonodaji posamezne države, Cerkev sprejema z izjemami, ki jih določajo kanoni tega zakonika.

Kan. 198 — Nobeno zastaranje ni veljavno, če ne temelji na dobri veri, ne le v začetku, temveč ves čas, ki se zahteva za zastaranje, velja pa predpis kan. 1362.

Kan. 199 — Ne zastarajo:

1. pravice in dolžnosti, ki so naravnega ali pozitivnega božjega prava;

2. pravice, ki jih je mogoče pridobiti samo z apostolskim privilegijem;

3. pravice in dolžnosti, ki neposredno zadevajo duhovno življenje vernikov;

4. določene in nedvomne meje cerkvenih ozemelj;

5. darovi za maše in bremena maš;

6. podelitev cerkvene službe, za katere opravljanje se po določbi prava zahteva izvrševanje svetega reda;

7. pravica vizitacije in dolžnost pokorščine, tako da bi vernikov ne mogla vizitirati nobena cerkvena oblast in ne bi bili več podrejeni nobeni oblasti.

Enajsti naslov ŠTETJE ČASA

Kan. 200 — Če pravo izrečno ne določa kaj drugega, naj se čas šteje po določbi naslednjih kanonov.

Kan. 201 — § 1. Za neprekinjen čas velja tisti, ki ne trpi nobene prekinitve.

§ 2. Za uporaben čas velja tisti, ki komu za izvrševanje ali uveljavljanje svojih pravic pripada tako, da ne teče, če je v nevednosti ali če dejanja ne more opraviti.

Kan. 202 — § 1. V pravu velja za dan čas, ki se šteje 24 neprekinjenih ur in se začne opolnoči, če ni izrečno določeno kaj drugega; teden je doba sedmih dni; mesec je doba 30 dni, leto pa 365 dni, če ni rečeno, da je treba vzeti mesec in leto, kakor sta v koledarju.

§ 2. Prout sunt in calendario semper sumendi sunt mensis et annus, si tempus est continuum.

Can. 203 — § 1. Dies *a quo* non computatur in termino, nisi huius initium coincidat cum initio diei aut aliud expresse in iure caveatur.

§ 2. Nisi contrarium statuatur, dies *ad quem* computatur in termino, qui, si tempus constet uno vel pluribus mensibus aut annis, una vel pluribus hebdomadis, finitur expleto ultimo die eiusdem numeri aut, si mensis die eiusdem numeri careat, expleto ultimo die mensis.

§ 2. Če je čas neprekinjen, je treba vzeti mesec in leto vedno tako, kakor sta v koledarju.

Kan. 203 — § 1. Začetni dan se ne vračunava v rok, razen če je njegov začetek sočasen z začetkom dneva ali če je v pravu izrečno določeno kaj drugega.

§ 2. Če ni nasprotno določeno, se končni dan vračuna v rok, ki se konča, če obsega čas enega ali več mesecev ali let, enega ali več tednov, z iztekom zadnjega dne iste številke, ali če mesec nima dneva iste številke, ko se izteče zadnji dan meseca.

**Liber II
DE POPULO DEI**

Pars I
DE CHRISTIFIDELIBUS

Can. 204 — § 1. Christifideles sunt qui, utpote per baptismum Christo incorporati, in populum Dei sunt constituti, atque hac ratione muneris Christi sacerdotalis, prophetici et regalis suo modo participes facti, secundum propriam cuiusque condicionem, ad missionem exercendam vocantur, quam Deus Ecclesiae in mundo adimplendam concedidit.

§ 2. Haec Ecclesia, in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in Ecclesia catholica, a successore Petri et Episcopis in eius communione gubernata.

Can. 205 — Plene in communione Ecclesiae catholicae his in terris sunt illi baptizati, qui in eius compage visibili cum Christo iunguntur, vinculis nempe professionis fidei, sacramentorum et ecclesiastici regiminis.

Can. 206 — § 1. Speciali ratione cum Ecclesia conectuntur catechumi, qui nempe, Spiritu Sancto movente, explicita voluntate ut eidem incorporentur expetunt, ideoque hoc ipso voto, sicut et vita fidei, spei et caritatis quam agunt, coniunguntur cum Ecclesia, quae eos iam ut suos fovet.

§ 2. Catechumenorum specialem curam habet Ecclesia quae, dum eos ad vitam ducendam evangelicam invitat eosque ad sacros ritus celebrandos introducit, eisdem varias iam largitur praerogativas, quae christianorum sunt propriae.

Can. 207 — § 1. Ex divina institutione, inter christifideles sunt in Ecclesia ministri sacri, qui in iure et clerici vocantur; ceteri autem et laici nuncupantur.

§ 2. Ex utraque hac parte habentur christifideles, qui professione consiliorum evangelicorum per vota aut alia sacra ligamina, ab Ecclesia agnita et sancita, suo peculiari modo Deo consecrantur et Ecclesiae missione salvificae prosunt; quorum status, licet ad hierarchicam Ecclesiae structuram non spectet, ad eius tamen vitam et sanctitatem pertinet.

**Druga knjiga
BOŽJE LJUDSTVO**

Prvi del
VERNIKI

Kan. 204 — § 1. Verniki so tisti, ki se s krstom včlenijo v Kristusa in postanejo božje ljudstvo, so zato na svoj način deležni Kristusove duhovniške, preroške in kraljevske službe, vsak po svoji zmožnosti pa je poklican k izvrševanju poslanstva, ki ga je Bog zaupal Cerkvi, da ga spolnjuje v svetu.

§ 2. Ta Cerkev je v tem svetu ustanovljena in urejena kot družba, obstaja pa v katoliški Cerkvi, katero vodijo Petrov naslednik in škofje, ki so v občestvu z njim.

Kan. 205 — V polnem občestvu katoliške Cerkve so tu na zemlji tisti krščeni, ki so v njeni vidni združbi povezani s Kristusom z vezmi veroizpovedi, zakramentov in cerkvenega vodstva.

Kan. 206 — § 1. Na poseben način so povezani s Cerkvio katehumi, ki namreč po nagibu Svetega Duha z izrečno voljo zaposijo, da se vanjo včlenijo, in se tako že z željo samo kakor tudi z življenjem vere, upanja in ljubezni, ki ga uresničujejo, povežejo s Cerkvio, ki zanje že skrbi kot za svoje.

§ 2. Cerkev posveča posebno skrb katehumenom s tem, da jim ko jih vabi k življenju po evangeliu in uvaja v obhajanje svetih obredov, že daje različne pravice, ki so lastne kristjanom.

Kan. 207 — § 1. Po božji ureditvi so v Cerkvi med verniki posvečeni služabniki, ki se v pravu imenujejo tudi kleriki; drugi pa se tudi imenujejo laiki.

§ 2. Med obojimi so verniki, ki se na poseben način v poklicu evangelijskih svetov z zaobljubami ali drugimi svetimi vezmi, ki jih Cerkev prizna in potrdi, posvetijo Bogu in koristijo odrešenjskemu poslanstvu Cerkve; njihov stan sicer ni del hierarhične zgradbe Cerkve, vendar spada k njenemu življenju in njeni svetosti.

Titulus I
DE OMNIUM CHRISTIFIDELIUM OBLIGATIONIBUS
ET IURIBUS

Can. 208 — Inter christifideles omnes, ex eorum quidem in Christo regeneratione, vera viget quod dignitatem et actionem aequalitas, qua cuncti, secundum propriam cuiusque condicionem et munus, ad aedificationem Corporis Christi cooperantur.

Can. 209 — § 1. Christifideles obligatione adstringuntur, sua quoque ipsorum agendi ratione, ad communionem semper servandam cum Ecclesia.

§ 2. Magna cum diligentia officia adimpleant, quibus tenentur erga Ecclesiam tum universam, tum particularem ad quam, secundum iuris praescripta, pertinent.

Can. 210 — Omnes christifideles, secundum propriam condicionem, ad sanctam vitam ducendam atque ad Ecclesiae incrementum eiusque iugem sanctificationem promovendam vires suas conferre debent.

Can. 211 — Omnes christifideles officium habent et ius allaborandi ut divinum salutis nuntium ad universos homines omnium temporum ac totius orbis magisque perveniat.

Can. 212 — § 1. Quae sacri Pastores, utpote Christum reprezentantes, tamquam fidei magistri declarant aut tamquam Ecclesiae rectores statuunt, christifideles, propriae responsabilitatis consci, christiana oboedientia prosequi tenentur.

§ 2. Christifidelibus integrum est, ut necessitates suas, praesertim spirituales, suaque optata Ecclesiae Pastoribus patefaciant.

§ 3. Pro scientia, competentia et praestantia quibus pollut, ipsi ius est, immo et aliquando officium, ut sententiam suam de his quae ad bonum Ecclesiae pertinent sacris Pastoribus manifestent eamque, salva fidei morumque integritate ac reverentia erga Pastores, attentisque communi utilitate et personarum dignitate, ceteris christifidelibus notam faciant.

Can. 213 — Ius est christifidelibus ut ex spiritualibus Ecclesiae bonis, praesertim ex verbo Dei et sacramentis, adiumenta a sacris Pastoribus accipiant.

Can. 214 — Ius est christifidelibus, ut cultum Deo persolvant iuxta praescripta propriae ritus a legitimis Ecclesiae Pastoribus approbati, utque propriam vitae spiritualis formam sequantur, doctrinae quidem Ecclesiae consentaneam.

Prvi naslov
DOLŽNOSTI IN PRAVICE VSEH VERNIKOV

Kan. 208 — Med vsemi verniki vlada zaradi njihovega prerojenja v Kristusu resnična enakost glede dostojanstva in dejavnosti, v kateri vsi skupaj in vsak po svoji zmožnosti in nalogi sodelujejo pri graditvi Kristusovega telesa.

Kan. 209 — § 1. Verniki so dolžni tudi s samim svojim načinom delovanja ohranjati občestvo s Cerkvijo.

§ 2. Zelo vestno naj spolnjujejo dolžnosti, ki jih imajo tako do vesoljne kakor do delne Cerkve, kateri po pravnih predpisih prpadajo.

Kan. 210 — Vsi verniki morajo po svoji zmožnosti sveto živeti in z vsemi močmi prispevati k rasti in nenehnemu posvečevanju Cerkve.

Kan. 211 — Vsi verniki imajo dolžnost in pravico prizadevati si, da se bo božje oznanilo odrešenja bolj in bolj širilo med vse ljudi vseh časov po vseh krajih zemlje.

Kan. 212 — § 1. V zavesti svoje odgovornosti so verniki dolžni skazovati krščansko pokorščino temu, kar posvečeni pastirji, ki predstavljajo Kristusa, kot učitelji vere razlagajo ali kot voditelji Cerkve določajo.

§ 2. Verniki imajo neokrnjeno pravico razovedati pastirjem Cerkve svoje, predvsem duhovne, potrebe in želje.

§ 3. V skladu s svojim znanjem, strokovnostjo in ugledom, ki ga uživajo, imajo pravico in včasih celo dolžnost, da posvečenim pastirjem povedo svoje mnenje o tistih stvareh, ki zadevajo blagor Cerkve; drugim vernikom pa naj ga razovedajo tako, da ostane neokrnjena vera, hravnost in spoštovanje do pastirjev, hkrati pa naj upoštevajo skupno korist in dostojanstvo posameznih oseb.

Kan. 213 — Verniki imajo pravico, da iz duhovnih dobrin Cerkve, predvsem iz božje besede in zakramentov, prejemajo pomoč od posvečenih pastirjev.

Kan. 214 — Verniki imajo pravico, da opravljam bogičastje po predpisih lastnega obreda, ki so ga potrdili zakoniti pastirji Cerkve, in da živijo po lastnem načinu duhovnega življenja, ki pa je v skladu s cerkvenim naukom.

Can. 215 — Integrum est christifidelibus, ut libere condant atque moderentur consociationes ad fines caritatis vel pietatis, aut ad vocationem christianam in mundo fovendam, utque conventus habeant ad eosdem fines in communi persequendos.

Can. 216 — Christifideles cuncti, quippe qui Ecclesiae missionem participant, ius habent ut propriis quoque inceptis, secundum suum quisque statum et condicionem, apostolicam actionem promoveant vel sustineant; nullum tamen inceptum nomen catholicum sibi vindicet, nisi consensus accesserit competentis auctoritatis ecclesiasticae.

Can. 217 — Christifideles, quippe qui baptismo ad vitam doctrinae evangelicae congruentem ducendam vocentur, ius habent ad educationem christianam, qua ad maturitatem humanae personae prosequendam atque simul ad mysterium salutis cognoscendum et vivendum rite instruantur.

Can. 218 — Qui disciplinis sacris incumbunt iusta libertate fruuntur inquirendi neconon mentem suam prudenter in iis aperiendi, in quibus peritia gaudent, servato debito erga Ecclesiae magisterium obsequio.

Can. 219 — Christifideles omnes iure gaudent ut a quacumque coactione sint immunes in statu vitae eligendo.

Can. 220 — Nemini licet bonam famam, qua quis gaudet, illegitime laedere, nec ius cuiusque personae ad propriam intimitatem tuendam violare.

Can. 221 — § 1. Christifidelibus competit ut iura, quibus in Ecclesia gaudent, legitime vindicent atque defendant in foro competenti ecclesiastico ad normam iuris.

§ 2. Christifidelibus ius quoque est ut, si ad iudicium ab auctoritate competenti vocentur, iudicentur servatis iuris praescriptis, cum aequitate applicandis.

§ 3. Christifidelibus ius est, ne poenis canonicis nisi ad normam legis plectantur.

Can. 222 — § 1. Christifideles obligatione tenentur necessitatibus subveniendi Ecclesiae, ut eidem praesto sint quae ad cultum divinum, ad opera apostolatus et caritatis atque ad honestam ministrorum sustentationem necessaria sunt.

§ 2. Obligatione quoque tenentur iustitiam socialem promovendi neconon, praecepti Domini memores, ex propriis redditibus pauperibus subveniendi.

Kan. 215 — Verniki imajo neokrnjeno pravico svobodno ustanavljati in voditi združenja, katerih menen je ali krščanska dobrodelnost ali pobožnost ali pospeševanje krščanske poklicnosti v svetu, in za skupno uresničevanje teh menenov prirejati shode.

Kan. 216 — Vsi verniki, posebno tisti, ki sodelujejo pri poslanstvu Cerkve, imajo pravico, da tudi z lastnimi pobudami, primerimi stanu in zmožnosti vsakogar, pospešujejo ali podpirajo apostolsko dejavnost; nobena taká pobuda pa si ne more lastiti imena »katoliška«, razen če s tem soglaša pristojna cerkvena oblast.

Kan. 217 — Verniki, ki so po krstu poklicani živeti v skladu z evangelijskim naukom, imajo pravico do krščanske vzgoje, ki jih ustrezno usposablja, da rastejo v zrele človeške osebnosti in obenem spoznavajo in živijo skrivnost odrešenja.

Kan. 218 — Tisti, ki se posvečajo svetim znanostim, imajo zakonito svobodo pri raziskovanju in pri pametnem razodevanju svojega mnenja v stvareh, v katerih so strokovnjaki, ob dolžni pokorščini cerkvenemu učiteljstvu.

Kan. 219 — Vsi verniki imajo pravico, da so pri izbiri življenjskega stanu obvarovani vsake prisile.

Kan. 220 — Nihče ne sme nezakonito škodovati dobremu imenu, ki ga kdo ima, niti komurkoli kršiti pravice do zasebnega življenja.

Kan. 221 — § 1. Verniki lahko pravice, ki jih imajo v Cerkvi, pred pristojnim cerkvenim sodiščem po določbi prava zakonito uveljavljajo ali branijo.

§ 2. Če vernike pristojna oblast pokliče na sodišče, imajo tudi pravico, da se jim sodi po pravnih predpisih, ki jih je treba pravično uporabljati.

§ 3. Verniki imajo pravico, da jih ne zadenejo cerkvene kazni, razen po določbi zakona.

Kan. 222 — § 1. Vernike veže dolžnost podpirati Cerkev v potrebah, da ji pomagajo pri bogočastju, delih apostolata, krščanski dobrodelnosti in dostojnem vzdrževanju služabnikov.

§ 2. Veže jih tudi dolžnost pospeševati socialno pravičnost in, spominjajoč se Gospodove zapovedi, iz svojih dohodkov podpirati revne.

Can. 223 — § 1. In iuribus suis exercendis christifideles tum singuli tum in consociationibus adunati rationem habere debent boni communis Ecclesiae neenon iurum aliorum atque suorum erga alios officiorum.

§ 2. Ecclesiasticae auctoritati competit, intuitu boni communis exercitium iurum, quae christifidelibus sunt propria, moderari.

Titulus II

DE OBLIGATIONIBUS ET IURIBUS CHRISTIFIDELIUM LAICORUM

Can. 224 — Christifideles laici, praeter eas obligationes et iura, quae cunctis christifidelibus sunt communia et ea quae in aliis canonibus statuuntur, obligationibus tenentur et iuribus gaudent quae in canonibus huius tituli recensentur.

Can. 225 — § 1. Laici, quippe qui uti omnes christifideles ad apostolatum a Deo per baptismum et confirmationem deputentur, generali obligatione tenentur et iure gaudent, sive singuli sive in consociationibus coniuncti, allaborandi ut divinum salutis nuntium ab universis hominibus ubique terrarum cognoscatur et accipiatur; quae obligatio eo vel magis urget iis in adiunctis, in quibus nonnisi per ipsos Evangelium audire et Christum cognoscere homines possunt.

§ 2. Hoc etiam peculiari adstringuntur officio, unusquisque quidem secundum propriam condicionem, ut rerum temporalium ordinem spiritu evangelico imbuant atque perficiant, et ita specialiter in iisdem rebus gerendis atque in muniberibus saecularibus exercendis Christi testimonium reddant.

Can. 226 — § 1. Qui in statu coniugali vivunt, iuxta propriam vocationem, peculiari officio tenentur per matrimonium et familiam ad aedificationem populi Dei allaborandi.

§ 2. Parentes, cum vitam filiis contulerint, gravissima obligatione tenentur et iure gaudent eos educandi; ideo parentum christianorum imprimis est christianam filiorum educationem secundum doctrinam ab Ecclesia traditam curare.

Can. 227 — Ius est christifidelibus laicis, ut ipsis agnoscat ea in rebus civitatis terrena libertas, quae omnibus civibus competit; eadem tamen libertate utentes, current ut suae actiones spiritu evangelico imbuantur, et ad doctrinam attendant ab Ecclesiae magisterio propositam, caventes tamen ne in quaestionibus opinabilibus propriam sententiam uti doctrinam Ecclesiae proponant.

Kan. 223 — § 1. Verniki, tako posamezniki kot povezani v združenja, se morajo v izvrševanju svojih pravic ozirati na skupni blagor Cerkve, pravice drugih in svoje dolžnosti do drugih.

§ 2. Cerkvena oblast je pristojna urejati uresničevanje vernikom lastnih pravic, upoštevajoč skupni blagor.

Drugi naslov DOLŽNOSTI IN PRAVICE VERNIKOV LAIKOV

Kan. 224 — Poleg tistih dolžnosti in pravic, ki so skupne vsem vernikom, in tistega, kar določajo drugi kanoni, imajo verniki laiki dolžnosti in pravice, ki jih naštevajo kanoni v tem naslovu.

Kan. 225 — § 1. Laiki, ki jih tako kakor vse vernike Bog po krstu in birmi določa za apostolat, imajo na splošno, posamezni ali povezani v združenjih, dolžnost in pravico prizadovati si, da bi božje oznanilo odrešenja spoznali in sprejeli vsi ljudje po vsem svetu; ta dolžnost jih še posebej veže v tistih okolišinah, kjer samo po njih ljudje lahko slišijo evangeliј in spoznajo Kristusa.

§ 2. Imajo tudi to posebno dolžnost, da vsak po svoji zmožnosti časno ureditev stvari prepojijo in spopolnijo z evangelijskim duhom in tako na poseben način v urejanju teh stvari in izvrševanju svetih nalog dajejo pričevanje za Kristusa.

Kan. 226 — § 1. Tisti, ki živijo v zakonskem stanu, so po svoji poklicanosti posebno dolžni, da z zakonom in družino pripomorejo h graditvi božjega ljudstva.

§ 2. Ker so starši dali otrokom življenje, imajo zelo težko dolžnost in pravico, da jih vzgajajo; zato je prva dolžnost krščanskih staršev oskrbeti otrokom krščansko vzgojo po nauku, ki ga uči Cerkev.

Kan. 227 — Verniki laiki imajo pravico, da se jim v zadevah svetne družbe prizna tista svoboda, ki pripada vsem državljanom; ko se pa poslužujejo te svobode, naj skrbijo, da svoje delovanje prepojijo z evangelijskim duhom in so pozorni na nauk, ki ga označja cerkveno učiteljstvo, vendar naj se varujejo, da bi v domnevah ne prikazovali svojega gledanja kot nauk Cerkve.

Can. 228 — § 1. Laici qui idonei reperiantur, sunt habiles ut a sacris Pastoribus ad illa officia ecclesiastica et munera assumantur, quibus ipsi secundum iuris praescripta fungi valent.

§ 2. Laici debita scientia, prudentia et honestate praestantes, habiles sunt tamquam periti aut consiliarii, etiam in consiliis ad normam iuris, ad Ecclesiae Pastoribus adiutorium praebendum.

Can. 229 — § 1. Laici, ut secundum doctrinam christianam vivere valeant, eandemque et ipsi enuntiare atque, si opus sit, defendere possint, utque in apostolatu exercendo partem suam habere queant, obligatione tenentur et iure gaudent acquirendi eiusdem doctrinae cognitionem, propriae uniuscuiusque capacitati et condicioni aptatam.

§ 2. Iure quoque gaudent pleniorum illam in scientiis sacris acquirendi cognitionem, quae in ecclesiasticis universitatibus facultatibusve aut in institutis scientiarum religiosarum traduntur, ibidem lectiones frequentando et gradus academicos consequendo.

§ 3. Item, servatis praescriptis quoad idoneitatem requisitam statutis, habiles sunt ad mandatum docendi scientias sacras a legitima auctoritate ecclesiastica recipiendum.

Can. 230 — § 1. Viri laici, qui aetate dotibusque pollent Episcoporum conferentiae decreto statutis, per ritum liturgicum praescriptum ad ministeria lectoris et acolythi stabiliter assumi possunt; quae tamen ministeriorum collatio eisdem ius non confert ad sustentationem remunerationemve ab Ecclesia praestandam.

§ 2. Laici ex temporanea deputatione in actionibus liturgicis munus lectoris implere possunt; item omnes laici muneribus commentatoris, cantoris aliisve ad normam iuris fungi possunt.

§ 3. Ubi Ecclesiae necessitas id suadeat, deficientibus ministris, possunt etiam laici, etsi non sint lectores vel acolythi, quaedam eorumdem officia supplere, videlicet ministerium verbi exercere, precibus liturgicis praeesse, baptismum conferre atque sacram Communionem distribuere, iuxta iuris praescripta.

Can. 231 — § 1. Laici, qui permanenter aut ad tempus speciali Ecclesiae servitio addicuntur, obligatione tenentur ut aptam acquirant formationem ad munus suum debite implendum requisitam, utque hoc munus concie, impense et diligenter adimpleant.

§ 2. Firmo praescripto can. 230, § 1, ius habent ad honestam remunerationem suae condicioni aptatam, qua decenter, servatis quoque iuris civilis praescriptis, necessitatibus propriis ac familiae providere valeant; itemque iis ius competit ut ipsorum praevidentiae et securitati sociali et assistentiae sanitariae, quam dicunt, debite prospiciatur.

Kan. 228 — § 1. Laiki, ki se izkažejo za sposobne, so primerni, da jih posvečeni pastirji privzamejo v tiste cerkvene službe in naloge, ki jih po pravnih predpisih lahko opravljajo.

§ 2. Laiki, ki imajo potrebno znanje, izkušenost in ugled, so sposobni, da so pastirjem Cerkve v pomoč kot izvedenci ali svetovalci, pa tudi v svetih, kakor to določa pravo.

Kan. 229 — § 1. Da bi laiki mogli živeti po krščanskem nauku in ga tudi sami oznanjati ter, če je potrebno, braniti, in da bi pri apostolatu lahko sodelovali, imajo dolžnost in pravico pridobiti si tako poznanje tega nauka, ki je primerno lastni sposobnosti in zmožnosti vsakega posameznika.

§ 2. Imajo tudi pravico, da si pridobijo tisto popolnejše znanje v svetih znanostih, ki se predavajo na cerkvenih univerzah, fakultetah in institutih verskih ved, da na njih obiskujejo predavanja in dosežejo akademske naslove.

§ 3. Prav tako so sposobni, da od zakonite cerkvene oblasti sprejemajo naloge poučevati svete znanosti, upoštevajoč predpise o zahtevani sposobnosti.

Kan. 230 — § 1. Moške laike, ki so toliko stari in nadarjeni, kot je z odlokom določila škofovskva konferenca, je mogoče s predpisanim liturgičnim obredom za stalno sprejeti v službo bravca ali mašnega pomočnika; podelitev službe pa jim ne daje pravice, da jih Cerkev vzdržuje ali plačuje.

§ 2. Laiki morejo občasno opravljati službo bravca pri liturgičnih opravilih; prav tako morejo vsi laiki opravljati službo razlagavca, pevca ali kaj drugega, kakor določa pravo.

§ 3. Kjer potrebe Cerkve zaradi pomanjkanja služabnikov to narekujejo, morejo laiki, čeprav niso bravci ali mašni pomočniki, opravljati nekatere teh služb, namreč po pravnih predpisih opravljati službo besede, voditi liturgične molitve, krščevati in obhajati.

Kan. 231 — § 1. Laiki, ki se stalno ali začasno posvetijo posebni službi Cerkve, so dolžni pridobiti si primerno izobrazbo, ki se zahteva za pravilno opravljanje njihove službe, in da to službo vestno, požrtvovalno in marljivo spolnjujejo.

§ 2. Ob veljavnosti predpisa kan. 230, § 1 imajo pravico do dostenjnega plačila, ki je primerno njihovemu položaju, da morejo z njim, upoštevajoč tudi civilne predpise, dostenno zadovoljiti svoje in družinske potrebe; prav tako imajo pravico, da se jim dolžno zagotovi tako imenovana socialna varnost in zdravstveno zavarovanje.

Titulus III
DE MINISTRIS SACRIS SEU DE CLERICIS

Caput I
DE CLERICORUM INSTITUTIONE

Can. 232 — Ecclesiae officium est atque ius proprium et exclusivum eos instituendi, qui ad ministeria sacra deputantur.

Can. 233 — § 1. Universae communitati christiana officium incumbit fovendarum vocationum, ut necessitatibus ministerii sacri in tota Ecclesia sufficenter provideatur; speciatim hoc officio tenentur familiae christiana, educatores atque peculiari ratione sacerdotes, praesertim parochi. Episcopi dioecesani, quorum maxime est de vocationibus provehendis curam habere, populum sibi commissum de momento ministerii sacri deque ministrorum in Ecclesia necessitate edoceant, atque incepta ad vocaciones fovendas, operibus praesertim ad hoc institutis, suscent ac sustentent.

§ 2. Solliciti sint insuper sacerdotes, praesertim vero Episcopi dioecesani, ut qui maturioris aetatis viri ad ministeria sacra sese vocatos aestiment, prudenter verbo opereque adiuventur ac debite parentur.

Can. 234 — § 1. Serventur, ubi exsistunt, atque foveantur seminaria minora aliave instituta id genus, in quibus nempe, vocationum fovendarum gratia, provideatur ut peculiari formatio religiosa una cum institutione humanistica et scientifica tradatur; immo, ubi id expedire iudicaverit Episcopus dioecesanus, seminarii minoris similisve instituti erectioni prospiciat.

§ 2. Nisi certis in casibus adiuncta aliud suadeant, iuvenes quibus animus est ad sacerdotium ascendere, ea ornentur humanistica et scientifica formatione, qua iuvenes in sua quisque regione ad studia superiora peragenda preparantur.

Can. 235 — § 1. Iuvenes, qui ad sacerdotium accedere intendunt, ad formationem spiritualem convenientem et ad officia propria instituantur in seminario maiore per totum formationis tempus, aut, si adiuncta de iudicio Episcopi dioecesani id postulent, per quattuor saltem annos.

§ 2. Qui extra seminarium legitime morantur, ab Episcopo dioecesano commendentur pio et idoneo sacerdoti, qui invigilet ut ad vitam spiritualem et ad disciplinam sedulo efformentur.

Tretji naslov
POSVEČENI SLUŽABNIKI ALI KLERIKI

Prvo poglavje
VZGOJA KLERIKOV

Kan. 232 — Cerkev ima dolžnost ter lastno in izključno pravico, da vzgaja tiste, ki so namenjeni za sveto službo.

Kan. 233 — § 1. Vse krščansko občestvo ima dolžnost gojiti poklice, da se v vsej Cerkvi zadosti potrebam po sveti službi; to dolžnost imajo še posebno krščanske družine, vzgojitelji in iz posebnih razlogov duhovniki, predvsem župniki. Krajevni škofje, ki morajo najbolj skrbeti za pospeševanje poklicev, naj sebi izročeno ljudstvo poučujejo o pomenu svete službe in o potrebnosti služabnikov v Cerkvi in budijo ter podpirajo prizadevanja za gojitev poklicev, predvsem z dejavnostmi, ki so bile za to ustanovljene.

§ 2. Poleg tega naj duhovniki, predvsem pa krajevni škofje, skrbijo, da tiste moške v zrelejši dobi, ki čutijo, da so poklicani v sveto službo, pametno z besedo in delom podprejo ter zadostno pripravljajo.

Kan. 234 — § 1. Kjer so mala semenišča ali druge ustanove te vrste, v katerih se namreč skrbi za poklice, naj se ohranijo in pospešujejo in poskrbi, da se posebna verska vzgoja daje skupaj s humanističnim in znanstvenim poukom; kjer pa krajevni škof sodi, da je koristno, naj celo poskrbi, da se ustanovi malo semenišče ali podobna ustanova.

§ 2. Če okoliščine v določenih primerih ne narekujejo kaj druga, naj fantje, ki nameravajo postati duhovniki, dobijo tisto humanistično in znanstveno izobrazbo, s katero se mladi v svoji regiji pripravljajo na višje študije.

Kan. 235 — § 1. Fantje, ki nameravajo postati duhovniki, naj se ves čas vzgajanja v velikem semenišču ali, če po sodbi krajevnega škofa okoliščine to zahtevajo, vsaj štiri leta poučujejo s primerno duhovno vzgojo in za njim lastne službe.

§ 2. Krajevni škof naj tiste, ki zakonito prebivajo zunaj semenišča, izroči pobožnemu in pripravnemu duhovniku, ki naj skrbi, da bodo marljivo zoreli v duhovnem življenju in disciplini.

Can. 236 — Aspirantes ad diaconatum permanentem secundum Episcoporum conferentiae praescripta ad vitam spiritualem alendam informentur atque ad officia eidem ordini propria rite adimplenda instruantur:

1º iuvenes per tres saltem annos in aliqua domo peculiari degentes, nisi graves ob rationes Episcopus dioecesanus aliter statuerit; 2º maturioris aetatis viri, sive caelibes sive coniugati, ratione ad tres annos protracta et ab eadem Episcoporum conferentia definita.

Can. 237 — § 1. In singulis dioecesibus sit seminarium maius, ubi id fieri possit atque expediat; secus concrederuntur alumni, qui ad sacra ministeria sese praeparent, alieno seminario aut erigatur seminarium interdioecesanum.

§ 2. Seminarium interdioecesanum ne erigatur nisi prius approbatio Apostolicae Sedis, tum ipsius seminarii erectionis tum eiusdem statutorum, obtenta fuerit, et quidem ab Episcoporum conferentia, si agatur de seminario pro universo eius territorio, secus ab Episcopis quorum interest.

Can. 238 — § 1. Seminaria legitime erecta ipso iure personalitate iuridica in Ecclesia gaudent.

§ 2. In omnibus negotiis pertractandis personam seminarii gerit eius rector, nisi de certis negotiis auctoritas competens aliud statuerit.

Can. 239 — § 1. In quolibet seminario habeantur rector, qui ei praesit, et si casus ferat vice-rector, oeconomicus, atque si alumni in ipso seminario studiis se dedant, etiam magistri, qui varias disciplinas tradant apta ratione inter se compositas.

§ 2. In quolibet seminario unus saltem adsit spiritus director, relictam libertatem alumnis adeundi alias sacerdotes, qui ad hoc munus ab Episcopo deputati sint.

§ 3. Seminarii statutis provideantur rationes, quibus curam rectoris, in disciplina praesertim servanda, participant ceteri moderatores, magistri, immo et ipsi alumni.

Can. 240 — § 1. Praeter confessarios ordinarios, alii regulariter ad seminarium accedant confessarii, atque, salva quidem seminarii disciplina, integrum semper sit alumnis quemlibet confessarium sive in seminario sive extra illud adire.

§ 2. In decisionibus ferendis de alumnis ad ordines admittendis aut e seminario dimittendis, numquam directoris spiritus et confessariorum votum exquiri potest.

Can. 241 — § 1. Ad seminarium maius ab Episcopo dioecesano admittantur tantummodo ii qui, attentis eorum dotibus humanis et mo-

Kan. 236 — Tisti, ki želijo postati stalni diakoni, naj se po predpisih škofovsko konference uvajajo v gojitev duhovnega življenja in usposabljajo za pravilno spolnjevanje dolžnosti, ki so lastne temu redu:

1. fantje naj vsaj tri leta bivajo v kakem posebnem domu, razen če krajevni škof iz tehtnega razloga določi drugače;

2. moški v zrelejši dobi, bodisi samski bodisi poročeni, v času treh let na način, ki ga je določila ista škofovsko konferenca.

Kan. 237 — § 1. Kjer je to mogoče in koristno, naj bo v posameznih škofijah veliko semenišče; sicer naj se bogoslovci, ki se pripravljajo na sveto službo, zaupajo drugemu semenišču ali naj se ustanovi medškoofijsko semenišče.

§ 2. Medškoofijsko semenišče naj se ne ustanovi, dokler ni škofovsko konferenca, če gre za njeno celotno ozemlje, drugače pa tisti škofje, ki se jih tiče, prejela odobritev apostolskega sedeža tako za njegovo ustanovitev kot njegov statut.

Kan. 238 — § 1. Zakonito ustanovljena semenišča so po samem pravu pravne osebe v Cerkvi.

§ 2. V vseh zadevah zastopa semenišče njegov ravnatelj, razen če za določena opravila pristojna oblast ne določi kaj drugega.

Kan. 239 — § 1. V vsakem semenišču naj bo ravnatelj, ki semenišče vodi, če primer zahteva, tudi podravnatelj in ekonom, če pa bogoslovci v samem semenišču študirajo, tudi učitelji, ki predavajo razne med seboj primera povezane predmete.

§ 2. V vsakem semenišču naj bo vsaj en duhovni vodja, bogoslovci pa lahko svobodno gredo k drugim duhovnikom, ki jih je za to službo določil škof.

§ 3. S semeniškim statutom naj bo določeno, kako pomagajo ravnatelju, zlasti pri ohranjanju discipline, drugi predstojniki in učitelji in celo sami bogoslovci.

Kan. 240 — § 1. Poleg rednih spovednikov naj praviloma prihajajo v semenišče tudi drugi spovedniki, bogoslovci pa imajo vedno skladno s semeniško disciplino neokrnjeno pravico, da gredo h katerevskoli spovedniku v semenišču ali izven njega.

§ 2. Pri odločanju glede posvetitve ali odslovitve bogoslovcev iz semenišča se ne sme nikdar vprašati za mnenje duhovnega vodjo in spovednike.

Kan. 241 — § 1. Krajevni škof naj sprejme v veliko semenišče samo tiste, za katere se sodi, da so zaradi svojih človeških in moral-

ralibus, spiritualibus et intellectualibus, eorum valetudine physica et psychica necnon recta voluntate, habiles aestimantur qui ministeriis sacris perpetuo sese dedicent.

§ 2. Antequam recipientur, documenta exhibere debent de susceptis baptismō et confirmatione aliaque quae secundum praescripta institutionis sacerdotalis Rationis requiruntur.

§ 3. Si agatur de iis admittendis, qui ex alieno seminario vel instituto religioso dimissi fuerint, requiritur insuper testimonium respectivi superioris praesertim de causa eorum dimissionis vel discessus.

Can. 242 — § 1. In singulis nationibus habeatur institutionis sacerdotalis Ratio, ab Episcoporum conferentia, attentis quidem normis a supra Ecclesiae auctoritate latis, statuenda et a Sancta Sede approbanda, novis quoque adiunctis, approbante item Sancta Sede, accommodanda, qua institutionis in seminario tradendae definiantur summa principia atque normae generales necessitatibus pastoralibus uniuscuiusque regionis vel provinciae, aptatae.

§ 2. Normae Rationis, de qua in § 1, serventur in omnibus seminariis, tum dioecesanis tum interdioecesanis.

Can. 243 — Habeat insuper unumquodque seminarium ordinacionem propriam, ab Episcopo dioecesano aut, si de seminario interdioecesano agatur, ab Episcopis quorum interest, probatam, qua normae institutionis sacerdotalis Rationis adiunctis particularibus accommodentur, ac pressius determinentur praesertim disciplinae capita quae ad alumnorum cotidianam vitam et totius seminarii ordinem spectant.

Can. 244 — Alumnorum in seminario formatio spiritualis et institutio doctrinalis harmonice componantur, atque ad id ordinentur, ut iidem iuxta uniuscuiusque indolem una cum debita maturitate humana spiritum Evangelii et arctam cum Christo necessitudinem acquirant.

Can. 245 — § 1. Per formationem spiritualem alumni idonei fiant ad ministerium pastorale fructuose exercendum et ad spiritum missionalem efformentur, discentes ministerium expletum semper in fide viva et in caritate ad propriam sanctificationem conferre; itemque illas excolere discant virtutes quae in hominum consortione pluris fiunt, ita quidem ut ad aptam conciliationem inter bona humana et supernatura pervenire valeant.

§ 2. Ita formentur alumni ut, amore Ecclesiae Christi imbuti, Pontifici Romano Petri successori humili et filiali caritate devinciantur, proprio Episcopo tamquam fidi cooperatores adhaereant et sociam cum fratribus operam praestent; per vitam in seminario communem

nih, duhovnih in umskih sposobnosti, svojega telesnega in duševnega zdravja in pravega hotenja primerni za trajno posvetitev sveti službi.

§ 2. Preden so sprejeti, morajo predložiti listine o prejemu krsta in birme ter druge, ki se zahtevajo po predpisih uredbe o duhovniški vzgoji.

§ 3. Če gre za sprejem tistih, ki so bili odslovljeni iz drugega semenišča ali redovne ustanove, se poleg tega zahteva spričevalo ustreznega predstojnika, predvsem glede vzroka njihove odslovitve ali izstopa.

Kan. 242 — § 1. Vsak narod naj ima uredbo o duhovniški vzgoji, ki jo v skladu z določbami, katere izda najvišja cerkvena oblast, določi škofovsko konferenco, potrdi pa sveti sedež; prilagaja naj se tudi z novimi dopolnili, ki jih prav tako potrdi sveti sedež, in opredelijo glavna načela in splošne določbe o poučevanju v semenišču, ki so prilagojene pastoralnim potrebam posameznega območja ali regije.

§ 2. Določbe uredbe, o kateri govori § 1, naj se spolnjujejo v vseh, tako škofijskih kot medškofijskih, semeniščih.

Kan. 243 — Poleg tega naj ima vsako semenišče svoja hišna pravila, ki jih potrdi škop, ali če gre za medškofijsko semenišče, pristojni škofje; z njimi naj se določbe uredbe o duhovniški vzgoji prilagodijo posebnim razmeram in natančneje določijo zlasti disciplinski predpisi glede vsakodnevnega življenja bogoslovcev in ureditve celotnega semenišča.

Kan. 244 — V semenišču naj se skladno povežeta duhovna vzgoja in znanstveno poučevanje bogoslovcev in se tako naravnata, da bodo ti, vsak svojemu značaju primerno, skupaj s potrebno človeško zrelostjo pridobili duha evangelija in tesno povezanost s Kristusom.

Kan. 245 — § 1. Duhovna vzgoja naj bogoslovec usposobi za uspešno opravljanje pastoralne službe in da se navzamejo misionskega duha ter spoznajo, da z živo vero in ljubeznijo izpolnjena služba vedno prispeva k lastnemu posvečenju; prav tako naj se vadijo v tistih krepostih, ki so cenzene v občevanju z ljudmi, to pa tako, da bodo sposobni uresničevati primerno skladnost med človeškimi in nadnaravnimi dobrinami.

§ 2. Bogoslovci naj se tako vzgajajo, da bodo polni ljubezni do Kristusove Cerkve, v ponizni in sinovski ljubezni vdani rimskemu papežu, Petrovemu nasledniku, svojega škofa pa naj se oklepajo kot zvesti sodelavci in družno z brati opravlajo delo; s skupnim živ-

atque per amicitiae coniunctionisque necessitudinem cum aliis excusatam praeparentur ad fraternalm unionem cum dioecesano presbyterio, cuius in Ecclesiae servitio erunt consortes.

Can. 246 — § 1. Celebratio Eucharistica centrum sit totius vitae seminarii, ita ut cotidie alumni, ipsam Christi caritatem participantes, animi robur pro apostolico labore et pro vita sua spirituali prae- sertim ex hoc ditissimo fonte hauriant.

§ 2. Efformentur ad celebrationem liturgiae horarum, qua Dei ministri, nomine Ecclesiae pro toto populo sibi commisso, immo pro universo mundo, Deum deprecantur.

§ 3. Foveantur cultus Beatae Mariae Virginis etiam per mariale rosarium, oratio mentalis aliaque pietatis exercitia, quibus alumni spiritum orationis acquirant atque vocationis suae robur consequantur.

§ 4. Ad sacramentum paenitentiae frequenter accedere assuescant alumni, et commendatur ut unusquisque habeat moderatorem suaे vitae spiritualis libere quidem electum, cui confidenter conscientiam aperire possit.

§ 5. Singulis annis alumni exercitiis spiritualibus vacent.

Can. 247 — § 1. Ad servandum statum caelibatus congrua educatione praeparentur, eumque ut peculiare Dei donum in honore habere discant.

§ 2. De officiis et oneribus quae ministris sacris Ecclesiae propria sunt, alumni debite redditur certiores, nulla vitae sacerdotalis difficultate reticita.

Can. 248 — Institutio doctrinalis tradenda eo spectat, ut alumni, una cum cultura generali necessitatibus loci ac temporis consentanea, amplam atque solidam acquirant in disciplinis sacris doctrinam, ita ut, propria fide ibi fundata et inde nutrita, Evangelii doctrinam hominibus suit temporis apte, ratione eorundem ingenio accommodata, nuntiare valeant.

Can. 249 — Institutionis sacerdotalis Ratione provideatur ut alumni non tantum accurate linguam patriam edoceantur, sed etiam linguam latinam bene calleant necnon congruam habeant cognitionem alienarum linguarum, quarum scientia ad eorum formationem aut ad ministerium pastorale exercendum necessaria vel utilis videatur.

Can. 250 — Quae in ipso seminario philosophica et theologica studia ordinantur, aut successive aut coniuncte peragi possunt, iuxta institutionis sacerdotalis Rationem; eadem completum saltem sexennum complectantur, ita quidem ut tempus philosophicis disciplinis dedicandum integrum biennium, studiis vero theologicis integrum quadriennium adaequet.

ljenjem v semenišču, s plemenitimi vezmi prijateljstva in povezave z drugimi naj se pripravijo na bratsko edinost s škofijskim zborom duhovnikov, kateremu bodo v službi Cerkve pridruženi.

Kan. 246 — § 1. Evharistično bogoslužje naj bo središče vsega semeniškega življenja, tako da bodo bogoslovci vsak dan, deležni Kristusove ljubezni, črpali duhovno moč za apostolsko delo in za svoje duhovno življenje predvsem iz tega prebogatega vira.

§ 2. Naučijo naj se opravljati molitveno bogoslužje, s katerim kot božji služabniki v imenu Cerkve prosijo Boga za vse sebi izročeno ljudstvo in celo za ves svet.

§ 3. Gojijo naj češčenje svete Device Marije, tudi z rožnim vencem, notranjo molitev in druge pobožne vaje, s katerimi si bogoslovci pridobijo duha molitve in utrjujejo svoj poklic.

§ 4. Bogoslovci naj se navadijo pogosto pristopati k zakramantu pokore, priporoča pa se jim, naj ima vsak svojega svobodno izbranega duhovnega voditelja, da bi mu mogel zaupno odkrivati svojo vest.

§ 5. Bogoslovci naj vsako leto opravijo duhovne vaje.

Can. 247 — § 1. S primerno vzgojo naj se pripravijo na samsko življenje in se ga naučijo imeti v časti kot poseben božji dar.

§ 2. Bogoslovci naj bodo dovolj seznanjeni z dolžnostmi in bremeni, ki so lastna posvečenim služabnikom Cerkve, ne da bi jim zamolčali katerokoli težavo duhovniškega življenja.

Can. 248 — Znanstvena vzgoja naj bo usmerjena tako, da bodo bogoslovci skupaj s splošno kulturo, skladno s časovnimi in krajevnimi potrebami, pridobili obširno in zanesljivo znanje v svetih vedah, da bodo tako evangeljski nauk, na katerem bo temeljila in se iz njega hranila njihova vera, zmožni oznanjati ljudem svojega časa primerno in prilagojeno njihovim sposobnostim.

Can. 249 — Z uredbo o duhovniški vzgoji naj bo poskrbljeno, da se bogoslovci ne bodo skrbno naučili samo domačega jezika, ampak da bodo dobro razumeli tudi latinščino in primerno znali tuje jezike, za katere velja, da so potrebni ali koristni za njihovo izobrazbo in izvrševanje pastoralne službe.

Can. 250 — Semenišče samo naj razporedi filozofski in teološki študij, ki se po uredbi o duhovniški vzgoji lahko izvede zaporedno ali sočasno; v celoti naj ta traja vsaj šest let, in to tako, da sta filozofskim predmetom posvečeni celi dve leti, teološkemu študiju pa polna štiri leta.

Can. 251 — Philosophica institutio, quae innixa sit oportet patrimonio philosophico perenniter valido, et rationem etiam habeat philosophicae investigationis progradientis aetatis, ita tradatur, ut alumnorum formationem humanam perficiat, mentis aciem provehat, eosque ad studia theologica peragenda aptiores reddat.

Can. 252 — § 1. Institutio theologica, in lumine fidei, sub Magisterii ductu, ita impertiatur, ut alumni integrum doctrinam catholica-
m, divina Revelatione innixam, cognoscant, propriae vitae spiritua-
lis reddant alimentum eamque, in ministerio exercendo, rite annun-
tiare ac tueri valeant.

§ 2. In sacra Scriptura peculiari diligentia erudiantur alumni,
ita ut totius sacrae Scripturae conspectum acquirant.

§ 3. Lectiones habeantur theologiae dogmaticae, verbo Dei scrip-
to una cum sacra Traditione semper innixa, quarum ope alumni
mysteria salutis, s. Thoma praesertim magistro, intimius penetrare
addiscant, itemque lectiones theologiae moralis et pastoralis, iuris
canonici, liturgiae, historiae ecclesiasticae, necnon aliarum disciplina-
rum, auxiliarium atque specialium, ad normam praescriptorum insti-
tutionis sacerdotalis Rationis.

Can. 253 — § 1. Ad magistri munus in disciplinis philosophicis,
theologicis et iuridicis, ab Episcopo aut ab Episcopis, quorum interest,
ii tantum nominentur qui, virtutibus praestantes, laurea doctorali aut
licentia potiti sunt in universitate studiorum aut facultate a Sancta
Sede recognita.

§ 2. Curetur ut distincti totidem nominentur magistri qui do-
ceant sacram Scripturam, theologiam dogmaticam, theologiam mora-
lem, liturgiam, philosophiam, ius canonicum, historiam ecclesiasticam,
aliasque, quae propria methodo tradendae sunt, disciplinas.

§ 3. Magister qui a munere suo graviter deficiat, ab auctoritate,
de qua in § 1, amoveatur.

Can. 254 — § 1. Magistri in disciplinis tradendis de intima univer-
sae doctrinae fidei unitate et harmonia iugiter solliciti sint, ut unam
scientiam alumni se discere experiantur; quo aptius id obtineatur,
adsit in seminario qui integrum studiorum ordinationem moderetur.

§ 2. Ita alumni edoceantur, ut et ipsi habiles fiant ad quaestiones
aptis investigationibus propriis et scientifica methodo examinandas;
habeantur igitur exercitationes, in quibus, sub moderamine magistro-
rum, alumni proprio labore studia quaedam persolvere discant.

Kan. 251 — Filozofski pouk, kateremu naj bo osnova vedno ve-
ljavna filozofska dediščina, ozira pa naj se tudi na filozofske raz-
iskave novejših dob, naj se tako podaja, da pri bogoslovcih spopol-
njuje človeško izobrazbo, bistri duha in jih bolj usposobi za poznejši
teološki študij.

Kan. 252 — § 1. Teološki pouk naj se v luči vere pod vodstvom
učiteljstva tako podaja, da bodo bogoslovci spoznali celoten katoliški
nauk, kakor se opira na božje razodetje, ga imeli za hrano lastnega
duhovnega življenja in ga bodo mogli v izpolnjevanju službe pravi-
lno oznanjati in braniti.

§ 2. Posebno marljivo naj se bogoslovci izobrazijo v svetem pis-
mu, da bodo tako dobili vpogled v celotno sveto pismo.

§ 3. Imajo naj predavanja iz dogmatične teologije, ki naj se
vedno opirajo na sveto pismo skupaj s svetim izročilom, tako da se
bodo predvsem pod vodstvom svetega Tomaža naučili čim globlje
prodirati v skrivnost odrešenja, enako tudi predavanja moralne in
pastoralne teologije, cerkvenega prava, liturgike, cerkvene zgodovine
in drugih pomožnih in posebnih ved po določbi predpisov ured-
be o duhovniški vzgoji.

Kan. 253 — § 1. Za profesorsko službo iz filozofskih, teoloških
in pravnih predmetov naj škof ali pristojni škofje imenujejo samo
take, ki se odlikujejo v krepostih, in so dosegli doktorat ali licenciat
na univerzi ali fakulteti, ki jo prizna sveti sedež.

§ 2. Poskrbljeno naj bo tako, da bo za poučevanje svetega pis-
ma, dogmatične in moralne teologije, liturgike, filozofije, cerkvene-
ga prava, cerkvene zgodovine in drugih ved, ki jih je treba poučevati
po njim lastni metodi, imenovanih prav toliko različnih pro-
fesorjev.

§ 3. Profesorja, ki bi hudo zanemaril svojo službo, naj oblast,
o kateri govorि § 1, odstrani.

Kan. 254 — § 1. Pri podajanju predmetov naj profesorji vedno
skrbijo za notranjo enotnost in skladnost celotnega verskega nau-
ka, da bodo bogoslovci izkusili enovitost znanosti; da bo to mogoče
najprimernejše doseči, naj v semenišču nekdo vodi celotno ureditev
študija.

§ 2. Bogoslovci naj se usposobijo, da bodo tudi sami z lastnimi
primernimi raziskavami in na znanstven način sposobni presojati
vprašanja, imajo naj tudi praktične vaje, pri katerih se bodo pod
vodstvom profesorjev učili z lastnim delom izvesti nekatere študijske
naloge.

Can. 255 — Licet universa alumnorum in seminario formatio pastoralis finem persequatur, institutio stricte pastoralis in eodem ordinetur, qua alumni principia et artes addiscant quae, attentis quoque loci ac temporis necessitatibus, ad ministerium Dei populum docendi, sanctificandi et regendi exercendum pertineant.

Can. 256 — § 1. Diligenter instruantur alumni in iis quae peculiari ratione ad sacrum ministerium spectant, praesertim in arte catechistica et homiletica exercenda, in cultu divino peculiarique modo in sacramentis celebrandis, in commercio cum hominibus, etiam non catholicis vel non credentibus, habendo in paroecia administranda atque in ceteris munibibus adimplendis.

§ 2. Edoceantur alumni de universae Ecclesiae necessitatibus, ita ut sollicitudinem habeant de vocationibus promovendis, de quaestonibus missionalibus, oecumenicis necnon de aliis, socialibus quoque, urgentioribus.

Can. 257 — § 1. Alumnorum institutioni ita provideatur, ut non tantum Ecclesiae particularis in cuius servitio incardinentur, sed universae quoque Ecclesiae sollicitudinem habeant, atque paratos se exhibeant Ecclesiis particularibus, quarum gravis urgeat necessitas, sese devovere.

§ 2. Curet Episcopus dioecesanus ut clerici, a propria Ecclesia particulari ad Ecclesiam particularem alterius regionis transmigrare intendentem, apte praeparentur ad ibidem sacrum ministerium exercendum, ut scilicet et linguam regionis addiscant, et eiusdem institutorum, condicionum socialium, usum et consuetudinum intellegentiam habeant.

Can. 258 — Ut apostolatus exercendi artem in opere ipso etiam addiscant, alumni, studiorum curriculo decurrente, praesertim vero feriarum tempore, praxi pastorali initientur per opportunas, sub moderamine semper sacerdotis periti, exercitationes, alumnorum aetati et locorum condicioni aptatas, de iudicio Ordinarii determinandas.

Can. 259 — § 1. Episcopo dioecesano aut, si de seminario interdioecesano agatur, Episcopis quorum interest, competit quae ad seminarii superius regimen et administrationem spectant, decernere.

§ 2. Episcopus dioecesanus aut, si de seminario interdioecesano agatur, Episcopi quorum interest, frequenter seminarium ipsi visitent, in formationem suorum alumnorum necnon in institutionem, quae in eodem tradatur, philosophicam et theologicam invigilent, et de alumnorum vocatione, indole, pietate ac profectu cognitionem sibi comparent. maxime intuitu sacrarum ordinationum conferendarum.

Kan. 255 — Čeprav ima vsa semeniška vzgoja pastoralni namen, naj se v njej uredi poseben pastoralni pouk, pri katerem se bodo bogoslovci naučili tistih načel in spretnosti, ki, upoštevajoč tudi krajevne in časovne razmere, spadajo k izvrševanju učiteljskega, posvečevalnega in vodstvenega služenja božjemu ljudstvu.

Kan. 256 — § 1. Bogoslovci naj se temeljito usposabljamjo za tisto, kar se posebej nanaša na sveto službo, zlasti za praktično katehezo in homilijo, za bogočastje in posebej za obhajanje zakramentov, za občevanje z ljudmi, tudi z nekatoličani in neveruočimi, za vodstvo župnije in za spolnjevanje drugih nalog.

§ 2. Bogoslovce je treba tako seznanjati s potrebami vesoljne Cerkve, da bodo skrbeli za pospeševanje poklicev, za misionska, ekumenska in druga nujnejša, tudi družbena vprašanja.

Kan. 257 — § 1. Vzgoja bogoslovev naj bo tako urejena, da ne bodo imeli skrb le za delno Cerkev, v službo katere bodo inkardinirani, ampak tudi za vesoljno Cerkev, in bodo pripravljeni posvetiti se delnim Cerkvam, ki so v veliki stiski.

§ 2. Krajevni škof naj skrbi, da se bodo kleriki, ki nameravajo preiti iz svoje delne Cerkve v delno Cerkev druge regije, primerno pripraviti za tamkajšnje opravljanje svete službe; da se bodo namreč naučili jezika dežele in razumeli njene ustanove, družbene razmere, navade in običaje.

Kan. 258 — Da se bodo bogoslovci tudi praktično naučili apostolskega dela, naj se po končanem študiju, predvsem pa med počitnicami, s primernimi vajami, ki jih po presoji določi ordinarij in so, vedno pod vodstvom izkušenega duhovnika, prilagojene starosti bogoslovev in krajevnim razmeram, uvajajo v praktično pastoralno delo.

Kan. 259 — § 1. Krajevni škof ali, če gre za medškofijsko semenišče, pristojni škofje, odločajo glede višjega semeniškega vodstva in upravljanja.

§ 2. Krajevni škof ali, če gre za medškofijsko semenišče, pristojni škofje, naj sami večkrat obiščejo semenišče, bedijo nad vzgojo svojih bogoslovev in nad filozofskim in teološkim poukom, ki se v njem podaja; spoznavajo naj poklic, značaj, pobožnost in napredovanje bogoslovev, posebno glede na podeleitev svetih redov.

Can. 260 — Rectori, cuius est cotidianum moderamen curare seminarii, ad normam quidem institutionis sacerdotalis Rationis ac seminarii ordinationis, omnes in propriis muneribus adimplendis obtemperare debent.

Can. 261 — § 1. Seminarii rector itemque, sub eiusdem auctoritate, moderatores et magistri pro parte sua current ut alumni normas Ratione institutionis sacerdotalis necnon seminarii ordinatione praescriptas adamussim servent.

§ 2. Sedulo provideant seminarii rector atque studiorum moderator ut magistri suo munere rite fungantur, secundum praescripta Rationis institutionis sacerdotalis ac seminarii ordinationis.

Can. 262 — Exemptum a regimine paroeciali seminarium esto: et pro omnibus qui in seminario sunt, parochi officium, excepta materia matrimoniali et firmo praescripto can. 985, obeat seminarii rector eiusve delegatus.

Can. 263 — Episcopus dioecesanus vel, si de seminario interdioecesano agatur, Episcopi quorum interest, pro parte ab eis communi consilio determinata, curare debent ut provideatur seminarii constitutioni et conservationi, alumnorum sustentationi necnon magistrorum remunerationi aliisque seminarii necessitatibus.

Can. 264 — § 1. Ut seminarii necessitatibus provideatur, praeter stipem de qua in can. 1266, potest Episcopus in dioecesi tributum imponere.

§ 2. Tributo pro seminario obnoxiae sunt cunctae personae iuridicae ecclesiasticae etiam privatae, quae sedem in dioecesi habeant, nisi solis eleemosynis sustententur aut in eis collegium dissentium vel docentium ad commune Ecclesiae bonum promovendum actu habeatur; huiusmodi tributum debet esse generale, redditibus eorum qui eidem obnoxii sunt proportionatum, atque iuxta necessitates seminarii determinatum.

Caput II

DE CLERICORUM ADSCRIPTIONE SEU INCARDINATIONE

Can. 265 — Quemlibet clericum oportet esse incardinatum aut alicui Ecclesiae particulari vel praelatura personali, aut alicui instituto vitae consecratae vel societati hac facultate praeditis ita ut clerici acephali seu vagi minime admittantur.

Kan. 260 — Vsi morajo pri spolnjevanju svojih nalog ubogati ravnatelja, ki mora po določbah uredbe o duhovniški vzgoji in semeniških pravilih skrbeti za vsakodnevno vodstvo semenišča.

Kan. 261 — § 1. Semeniški ravnatelj in pod njegovim vodstvom prav tako predstojniki in profesorji naj vsak s svoje strani skrbijo, da bodo bogoslovci natančno spolnjevali določbe uredbe o duhovniški vzgoji in semeniških pravilih.

§ 2. Semeniški ravnatelj in študijski vodja naj vestno skrbita, da bodo profesorji svojo službo pravilno izvrševali, po predpisih uredbe o duhovniški vzgoji in semeniških pravilih.

Kan. 262 — Semenišče je izvzeto iz župnijskega vodstva; za vse, ki so v semenišču, pa naj opravlja službo župnika, razen v zakonskih zadevah in ob upoštevanju predpisa kan. 985, semeniški ravnatelj ali njegov pooblaščenec.

Kan. 263 — Krajevni škof ali, če gre za medškofijsko semenišče, pristojni škofje, morajo skrbeti za ustanovitev in obstoj semenišča, vzdrževanje bogoslovcev, plačevanje profesorjev in drugih semeniških potreb z deležem, ki ga določijo po skupnem sklepu.

Kan. 264 — § 1. Da se poskrbi za semeniške potrebe, lahko škof poleg darov, o katerih govori kan. 1266, naloži v škofiji obvezno dajatev.

§ 2. Obvezni dajatvi za semenišče so podvržene vse cerkvene pravne osebe, tudi zasebne, ki imajo sedež v škofiji, razen če se vzdržujejo le z miločino ali imajo v svojem zavodu učence ali učitelje, ki pospešujejo skupni blagor Cerkve; ta dajatev mora biti splošna, sorazmerna dohodkom obvezancev in določena glede na potrebe semenišča.

Drugo poglavje

SPREJEM KLERIKOV ALI INKARDINACIJA

Kan. 265 — Vsak klerik mora biti inkardiniran v kako delno Cerkev ali osebno prelaturo ali kako ustanovo posvečenega življenja ali družbo, ki ima to pravico, tako da kleriki, ki nimajo predstojnika, ali brezdomci, nikakor niso dopustni.

Can. 266 — § 1. Per receptum diaconatum aliquis fit clericus et incardinatur Ecclesiae particulari vel praelatura personali pro cuius servitio promotus est.

§ 2. Sodalis in instituto religioso a votis perpetuis professus aut societati clericali vitae apostolicae definitive incorporatus, per receptum diaconatum incardinatur tamquam clericus eidem instituto aut societati, nisi ad societas quod attinet aliter ferant constitutiones.

§ 3. Sodalis instituti saecularis per receptum diaconatum incardinatur Ecclesiae particulari pro cuius servitio promotus est, nisi vi concessionis Sedis Apostolicae ipsi instituto incardinetur.

Can. 267 — § 1. Ut clericus iam incardinatus alii Ecclesiae particulari valide incardinetur, ab Episcopo dioecesano obtinere debet litteras ab eodem subscriptas excardinationis; et pariter ab Episcopo dioecesano Ecclesiae particularis cui se incardinari desiderat, litteras ab eodem subscriptas incardinationis.

§ 2. Excardinatio ita concessa effectum non sortitur nisi incardinazione obtenta in alia Ecclesia particulari.

Can. 268 — § 1. Clericus qui a propria Ecclesia particulari in aliam legitime transmigraverit, huic Ecclesiae particulari, transacto quinquennio, ipso iure incardinatur, si talem voluntatem in scriptis manifestaverit tum Episcopo dioecesano Ecclesiae hospitis tum Episcopo dioecesano proprio, neque horum alteruter ipsi contraria scripto mentem intra quattuor menses a receptis litteris significaverit.

§ 2. Per admissionem perpetuam aut definitivam in institutum vitae consecratae aut in societatem vitae apostolicae, clericus qui, ad normam can. 266, § 2, eidem instituto aut societati incardinatur, a propria Ecclesia particulari excardinatur.

Can. 269 — Ad incardinationem clerici Episcopus dioecesanus ne deveniat nisi:

1^o necessitas aut utilitas sua Ecclesiae particularis id exigat, et salvis iuris praescriptis honestam sustentationem clericorum respondentibus;

2^o ex legitimo documento sibi constiterit de concessa excardinatione, et habuerit praeterea ab Episcopo dioecesano excardinanti, sub secreto si opus sit, de clericis vita, moribus ac studiis opportuna testimonia;

3^o clericus eidem Episcopo dioecesano scripto declaraverit se novae Ecclesiae particularis servitio velle addici ad normam iuris.

Can. 270 — Excardinatio licite concedi potest iustis tantum de causis, quales sunt Ecclesiae utilitas aut bonum ipsius clericis; dene-

Kan. 266 — § 1. Klerik postane kdo s sprejemom diakonata in je inkardiniran v delno Cerkev ali osebno prelaturo, v službo katere je povzdignjen.

§ 2. Član, ki v redovni ustanovi naredi večne zaobljube, ali je v kleriško družbo apostolskega življenja dokončno včlanjen, je po prejemu diakonata inkardiniran kot klerik v isti red ali družbo, razen če glede družb konstitucije določajo drugače.

§ 3. Član svetne ustanove je po prejemu diakonata inkardiniran v delno Cerkev, v službo katere je bil povzdignjen, razen če je z dovoljenjem apostolskega sedeža inkardiniran v samo ustanovo.

Kan. 267 — § 1. Da se že inkardinirani klerik veljavno inkardinira v drugo delno Cerkev, mora dobiti od krajevnega škofa podpisano listino o ekskardinaciji; in prav tako od krajevnega škofa delne Cerkve, v katero želi biti inkardiniran, od njega podpisano listino o inkardinaciji.

§ 2. Tako podeljena ekskardinacija nima učinka, če ni dobil inkardinacije v drugi delni Cerkvi.

Kan. 268 — § 1. Klerik, ki je zakonito odšel iz svoje delne Cerkve v drugo, se po preteku petih let po samem pravu inkardinira v to delno Cerkev, če to voljo pismeno izrazi krajevnemu škofu Cerkve gostiteljice in lastnemu krajevnemu škofu in mu nobeden izmed teh dveh v štirih mesecih po prejemu pisma ni pismeno izrazil, da se ne strinja.

§ 2. Klerik, ki je za stalno ali dokončno sprejet v ustanovo posvečenega življenja ali v družbo apostolskega življenja, se po določbi kan. 266, § 2 inkardinira v isto ustanovo ali družbo, iz svoje delne Cerkve pa ekskardinira.

Kan. 269 — Krajevni škof naj klerika inkardinira le:

1. če to zahteva potreba ali korist njegove delne Cerkve in se upoštevajo pravni predpisi o primernem vzdrževanju klerikov;

2. če se je z zakonitimi listinami prepričal, da je bila ekskardinacija podeljena in je od krajevnega škofa, ki ga je ekskardiniral, če je treba tudi tajno, prejel ugodna spričevala o klerikovem življenju, nравih in študiju;

3. če je klerik temu krajevnemu škofu pismeno izjavil, da se hoče po pravni določbi posvetiti službi v novi delni Cerkvi.

Kan. 270 — Ekskardinacija se sme dovoliti samo iz upravičenih razlogov, kot so korist Cerkve ali dobro samega klerika; odreče pa

gari autem non potest nisi existantibus gravibus causis; licet tamen clericu, qui se gravatum censuerit et Episcopum receptorem invenierit, contra decisionem recurrere.

Can. 271 — § 1. Extra casum verae necessitatis Ecclesiae particularis propriae, Episcopus dioecesanus ne deneget licentiam transmigrandi clericis, quos paratos sciat atque aptos aestimet qui regiones petant gravi cleri inopia laborantes, ibidem sacrum ministerium perfecturi; prospiciat vero ut per conventionem scriptam cum Episcopo dioecesano loci, quem petunt, iura et officia eorundem clericorum stabiliantur.

§ 2. Episcopus dioecesanus licentiam ad aliam Ecclesiam particularem transmigrandi concedere potest suis clericis ad tempus praeinitum, etiam pluries renovandum, ita tamen ut iidem clerici propriae Ecclesiae particulari incardinati maneant, atque in eandem redeuentes omnibus gaudeant iuribus, quae haberent si in ea sacro ministerio addicti fuissent.

§ 3. Clericus qui legitime in aliam Ecclesiam particularem transierit propriae Ecclesiae manens incardinatus, a proprio Episcopo dioecesano iusta de causa revocari potest, dummodo serventur conventiones cum altero Episcopo initiae atque naturalis aequitas; pariter, iisdem condicionibus servatis, Episcopus dioecesanus alterius Ecclesiae particularis iusta de causa poterit eidem clero licentiam ulterioris commorationis in suo territorio denegare.

Can. 272 — Excardinationem et incardinationem, itemque licentiam ad aliam Ecclesiam particularem transmigrandi concedere nequit Administrator dioecesanus, nisi post annum a vacatione sedis episcopalnis, et cum consensu collegii consultorum.

Caput III

DE CLERICORUM OBLIGATIONIBUS ET IURIBUS

Can. 273 — Clerici speciali obligatione tenentur Summo Pontifici et suo quisque Ordinario reverentiam et oboedientiam exhibendi.

Can. 274 — § 1. Soli clerici obtinere possunt officia ad quorum exercitium requiritur potestas ordinis aut potestas regiminis ecclesiastici.

§ 2. Clerici, nisi legitimo impedimento excusentur, munus, quod ipsis a suo Ordinario commissum fuerit, suscipere ac fideliter adimplere tenentur.

se lahko le iz zelo tehtnih razlogov; klerik, ki se čuti prizadetega in je našel škofa, ki ga bo sprejel, se vendar lahko proti odločitvi pritoži.

Kan. 271 — § 1. Krajevni škof naj ne odreče dovoljenja oditi klerikom, za katere ve, da so pripravljeni in jih ima za primerne in želijo iti v regije, kjer trpijo veliko pomanjanje klera, da bodo tam izvrševali sveto službo, razen ob resnični potrebi v svoji delni Cerkvi; poskrbi pa naj, da se s krajevnim škofom kraja, kamor odhajajo, v pismenem dogovoru določijo pravice in dolžnosti teh klerikov.

§ 2. Krajevni škof lahko svojim klerikom dovoli, da za določen čas, ki ga lahko večkrat podaljša, odidejo v drugo delno Cerkev, vendar tako, da ti kleriki ostanejo inkardinirani v lastno delno Cerkev in imajo po vrnitvi vse tiste pravice, ki bi jih imeli, če bi bili v njej opravljalni sveto službo.

§ 3. Klerika, ki je zakonito prešel v drugo delno Cerkev in ostal inkardiniran v svoji Cerkvi, njegov krajevni škof lahko iz upravičenega razloga pokliče nazaj, če se le drži dogovora, ki ga je sklenil z drugim škofom, in naravne pravnosti; prav tako lahko ob izpolnjevanju istih pogojev krajevni škof druge delne Cerkve iz upravičenega razloga odreče temu kleriku dovoljenje za nadaljnje bivanje na svojem ozemlju.

Kan. 272 — Ekskardinacijo in inkardinacijo in prav tako dovoljenje za prehod v drugo delno Cerkev more datи škofijski upravitelj šele po preteklu enega leta, odkar je izpraznjen škofovski sedež, in s privolitvijo zbora svetovalcev.

Tretje poglavje

DOLŽNOSTI IN PRAVICE KLERIKOV

Kan. 273 — Kleriki so še posebej dolžni skazovati spoštovanje in pokorščino papežu in vsak svojemu ordinariju.

Kan. 274 — § 1. Samo kleriki morejo dobiti tiste službe, ki se za njihovo opravljanje zahteva oblast svetega reda ali cerkvena vodstvena oblast.

§ 2. Kleriki so dolžni sprejeti in vestno izvrševati službo, ki jim jo je zaupal njihov ordinarij, razen če jih opravičuje zakonita ovira.

Can. 275 — § 1. Clerici, quippe qui omnes ad unum conspirent opus, ad aedificationem nempe Corporis Christi, vinculo fraternitatis et orationis inter se uniti sint, et cooperationem inter se prosequantur, iuxta iuris particularis praescripta.

§ 2. Clerici missionem agnoscant et promoveant, quam pro sua quisque parte laici in Ecclesia et in mundo exercent.

Can. 276 — § 1. In vita sua ducenda ad sanctitatem persequendam peculiari ratione tenentur clerici, quippe qui, Deo in ordinis receptione novo titulo consecrati, dispensatores sint mysteriorum Dei in servitium Eius populi.

§ 2. Ut hanc perfectionem persequi valeant:

1^o imprimis ministerii pastoralis officia fideliter et indefesse adimplant;

2^o dupli mensa sacrae Scripturae et Eucharistiae vitam suam spiritualem nutrunt; enixe igitur sacerdotes invitantur ut cotidie Sacrificium eucharisticum offerant, diaconi vero ut eiusdem oblationem cotidie participant;

3^o obligatione tenentur sacerdotes necnon diaconi ad presbyteratum aspirantes cotidie liturgiam horarum persolvendi secundum proprios et probatos liturgicos libros; diaconi autem permanentes eandem persolvant pro parte ab Episcoporum conferentia definita;

4^o pariter tenentur ad vacandum recessibus spiritualibus, iuxta iuris particularis praescripta;

5^o sollicitantur ut orationi mentali regulariter incumbant, frequenter ad paenitentiae sacramentum accendant, Deiparam Virginem peculiari veneratione colant, aliisque mediis sanctificationis utantur communibus et particularibus.

Can. 277 — § 1. Clerici obligatione tenentur servandi perfectam perpetuamque propter Regnum coelorum continentiam, ideoque ad coelibatum adstringuntur, quod est peculiare Dei donum, quo quidem sacri ministri indiviso corde Christo facilis adhaerere possunt atque Dei hominumque servitio liberius sese dedicare valent.

§ 2. Debita cum prudentia clerici se gerant cum personis, quarum frequentatio ipsorum obligationem ad continentiam servandam in discriben vocare aut in fidelium scandalum vertere possit.

§ 3. Competit Episcopo dioecesano ut hac de re normas statuat magis determinatas utque de huius obligationis observantia in casibus particularibus iudicium ferat.

Can. 278 — § 1. Ius est clericis saecularibus sese consociandi cum aliis ad fines statui clericali congruentes prosequendos.

Kan. 275 — § 1. Kleriki naj so med seboj povezani z bratsko vezjo in molitvijo in naj med seboj sodelujejo po predpisih območnega prava, saj vsi sodelujejo pri istem delu, pri graditvi Kristusovega telesa.

§ 2. Kleriki naj priznavajo in pospešujejo poslanstvo, ki ga vsak s svoje strani izvršujejo laiki v Cerkvi in v svetu.

Kan. 276 — § 1. Kleriki so se v svojem življenju na poseben način dolžni prizadavati za svetost, saj so s prejemom svetega reda pod novim naslovom posvečeni Bogu, da so oskrbniki božjih skrivnosti v služenju njegovemu ljudstvu.

§ 2. Da se morejo prizadavati za to popolnost:

1. naj predvsem vestno in neutrudno izvršujejo opravila pastoralne službe;

2. naj svoje duhovno življenje hranijo pri dvojni mizi svetega pisma in evharistije; zato se duhovnikom vneto priporoča, da vsak dan darujejo evharistično daritev, diakoni pa, da pri isti daritvi vsak dan sodelujejo;

3. duhovniki in diakoni, ki želijo postati duhovniki, so dolžni vsak dan opraviti molitveno bogoslužje po lastnih in potrjenih bogoslužnih knjigah; stalni diakoni pa naj ga opravijo toliko, kot določi škofovska konferenca;

4. prav tako so, po predpisih območnega prava, dolžni opravljati duhovne vaje;

5. skrbijo naj, da se redno posvečajo premišljevalni molitvi, pogosto pristopajo k zakramenu pokore, posebej častijo deviško božjo Mater in uporablajo druga splošna in posebna sredstva posvečenja.

Kan. 277 — § 1. Kleriki so dolžni ohranjati popolno in trajno zdržnost zaradi nebeškega kraljestva in jih zato veže celibat, ki je poseben božji dar, saj se morejo z njim posvečeni služabniki z nedeljenim srcem lažje oklepati Kristusa in se svobodneje posvečati službi Bogu in ljudem.

§ 2. Kleriki naj se z dolžno razsodnostjo vedejo do oseb, katerih obiskovanje bi moglo njihovo obveznost ohranjati zdržnost postaviti v nevarnost ali obrniti v pohujšanje vernikov.

§ 3. Krajevni škof je pristojen, da o tej stvari izda natančnejše določbe, po katerih bo v posameznih primerih presojal izpolnjevanje te obveznosti.

Kan. 278 — § 1. Svetni kleriki imajo pravico združevati se z drugimi, da bi dosegali kleriškemu stanu primerne cilje.

§ 2. Magni habeant clerici saeculares praesertim illas consociationes quae, statutis a competenti auctoritate recognitis, per aptam et convenienter approbatam vitae ordinationem et fraternalum iuvamen, sanctitatem suam in ministerii exercitio fovent, quaeque clericorum inter se et cum proprio Episcopo unioni favent.

§ 3. Clerici abstineant a constituendis aut participandis consociationibus, quarum finis aut actio cum obligationibus statui clericali propriis componi nequeunt vel diligentem muneris ipsis ab auctoritate ecclesiastica competenti commissi adimpletionem praepedire possunt.

Can. 279 — § 1. Clerici studia sacra, recepto etiam sacerdotio, prosequantur, et solidam illam doctrinam, in sacra Scriptura fundatam, a maioribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, uti documentis praesertim Conciliorum ac Romanorum Pontificum determinatur, devitantes profanas vocum novitates et falsi nominis scientiam.

§ 2. Sacerdotes, iuxta iuris particularis praescripta, preelectiones pastorales post ordinationem sacerdotalem instituendas frequentent atque, statutis eodem iure temporibus, aliis quoque intersint preelectionibus, conventibus theologicis aut conferentiis, quibus ipsis praebatur occasio pleniorum scientiarum sacrarum et methodorum pastoralium cognitionem acquirendi.

§ 3. Aliarum quoque scientiarum, earum praesertim quae cum sacris conectuntur, cognitionem prosequantur, quatenus praecipue ad ministerium pastorale exercendum confert.

Can. 280 — Clericis valde commendatur quaedam vitae communis consuetudo; quae quidem, ubi viget, quantum fieri potest, servanda est.

Can. 281 — § 1. Clerici, cum ministerio ecclesiastico se dedicant, remunerationem merentur quae sua condicioni congruat, ratione habita tum ipsius muneris naturae, tum locorum temporumque conditionum, quaque ipsi possint necessitatibus vitae suae necnon aequae retributioni eorum, quorum servitio agent, providere.

§ 2. Item providendum est ut gaudeant illa sociali assistentia, qua eorum necessitatibus, si infirmitate, invaliditate vel senectute laborent, apte prospiciatur.

§ 3. Diaconi uxorati, qui plene ministerio ecclesiastico sese devovent, remunerationem merentur qua sui suaequae familiae sustentationi providere valeant; qui vero ratione professionis civilis, quam exercent aut exercuerunt, remunerationem obtineant, ex perceptis inde redditibus sibi suaequae familiae necessitatibus consultant.

§ 2. Svetni kleriki naj cenijo predvsem tista združenja, katerih statut je potrdila pristojna oblast in s primerno ter ustrezeno potrjeno ureditvijo življenja in bratsko pomočjo podpirajo njihovo svetost v izvrševanju službe ter pospešujejo edinost klerikov med seboj in z lastnim škofom.

§ 3. Kleriki naj se zdržijo ustanavljanja in članstva v združenjih, katerih cilja ali dejavnosti ni mogoče uskladiti z obveznostmi, ki so lastne kleriškemu stanu, ali bi jih mogla ovirati pri izvrševanju službe, ki jim jo je zaupala pristojna cerkvena oblast.

Kan. 279 — § 1. Kleriki naj tudi po prejemu duhovniškega posvečenja nadaljujejo sveti študij in se držijo tistega trdnega nauka, ki temelji na svetem pismu in so ga predniki izročili ter ga je Cerkev splošno sprejela, kakor je določen predvsem s koncilskimi in papeškimi dokumenti, izogibajo pa naj se posvetnih novotarij in znanosti, po krivem tako imenovane.

§ 2. Duhovniki naj se po predpisih območnega prava udeležujejo pastoralnih predavanj, ki jih je treba prirejati po duhovniškem posvečenju in v obdobjih, ki jih določa isto pravo, tudi drugih predavanj, teoloških zborovanj ali konferenc, s katerimi se jim daje priložnost, da si pridobijo popolnejše znanje v svetih vedah in spoznavanju pastoralnih metod.

§ 3. Spoznavajo naj tudi druge znanosti, zlasti tiste, ki so povezane s svetimi, kolikor je to predvsem v pomoč pri spolnjevanju pastoralne službe.

Kan. 280 — Klerikom se zelo priporoča nekak način skupnega življenja; kjer pa je že v veljavi, naj se po možnosti ohrani.

Kan. 281 — § 1. Kleriki, ki se posvečajo cerkveni službi, zaslužijo svojemu položaju primerno plačilo tako glede na samo naravo službe kot glede na krajevne in časovne razmere, da bi tako mogli poskrbeti za svoje življenske potrebe in pravično plačilo tistim, katerih služba jim je potrebna.

§ 2. Prav tako je treba zanje oskrbeti takšno socialno varstvo, da bo primerno poskrbljeno za njihove potrebe v bolezni, invalidnosti ali starosti.

§ 3. Poročeni diakoni, ki se popolnoma posvetijo cerkveni službi, zaslužijo plačilo, s katerim morejo poskrbeti za vzdrževanje sebe in svoje družine; tisti, ki pa dobivajo plačilo zaradi civilne službe, ki jo opravljajo ali so jo opravljali, naj iz teh prejetih dohodkov poskrbijo za svoje in družinske potrebe.

Can. 282 — § 1. Clerici vitae simplicitatem colant et ab omnibus quae vanitatem sapiunt se abstineant.

§ 2. Bona, quae occasione exercitii ecclesiastici officii ipsis obveniunt, quaeque supersunt, provisa ex eis honesta sustentatione et omnium officiorum proprii status adimpletione, ad bonum Ecclesiae operaque caritatis impendere velint.

Can. 283 — § 1. Clerici, licet officium residentiale non habeant, a sua tamen dioecesi per notabile tempus, iure particulari determinandum, sine licentia saltem praesumpta Ordinarii proprii, ne discedant.

§ 2. Ipsis autem competit ut debito et sufficienti quotannis gaudent feriarum tempore, iure universalis vel particulari determinato.

Can. 284 — Clerici decentem habitum ecclesiasticum, iuxta normas ab Episcoporum conferentia editas atque legitimas locorum consuetudines, deferant.

Can. 285 — § 1. Clerici ab iis omnibus, quae statum suum dederent, prorsus abstineant, iuxta iuris particularis praescripta.

§ 2. Ea quae, licet non indecora, a clericali tamen statu aliena sunt, clerici vitent.

§ 3. Officia publica, quae participationem in exercitio civilis potestatis secumferunt, clerici assumere vetantur.

§ 4. Sine licentia sui Ordinarii, ne ineant gestiones bonorum ad laicos pertinentium aut officia saecularia, quae secumferunt onus reddendarum rationum; a fideiubendo, etiam de bonis propriis, inconsulto proprio Ordinario, prohibentur; item a subscribendis syngraphis, quibus nempe obligatio solvendae pecuniae, nulla definita causa, suscipitur, abstineant.

Can. 286 — Prohibentur clerici per se vel per alios, sive in propriam sive in aliorum utilitatem, negotiationem aut mercaturam exercere, nisi de licentia legitimae auctoritatis ecclesiasticae.

Can. 287 — § 1. Clerici pacem et concordiam iustitia innixam inter homines servandam quam maxime semper foveant.

§ 2. In factionibus politicis atque in regendis consociationibus syndicalibus activam partem ne habeant, nisi iudicio competentis auctoritatis ecclesiasticae, Ecclesiae iura tuenda aut bonum commune promovendum id requirant.

Can. 288 — Diaconi permanentes praescriptis canonum 284, 285, §§3 et 4, 286, 287, § 2 non tenentur, nisi ius particulare aliud statuat.

Kan. 282 — § 1. Kleriki naj imajo v časti skromno življenje in se zdržujejo vsega, kar razodeva nečimernost.

§ 2. Tisto premoženje, ki ga pridobijo z izvrševanjem cerkvene službe in jim ostane na voljo, potem ko so z njim poskrbeli za dobro vzdrževanje in spolnjevanje vseh nalog svojega stanu, naj bi uporabili za dobro Cerkve in dela krščanske dobrodelnosti.

Kan. 283 — § 1. Kleriki naj brez vsaj domnevanega dovoljenja svojega ordinarija ne zapustijo svoje škofije za daljši čas, ki ga mora določiti območno pravo, čeprav nimajo z obveznostjo rezidence združene službe.

§ 2. Imajo pa vsako leto pravico do potrebnih in zadostnih počitnic, ki jih določa splošno ali območno pravo.

Kan. 284 — Kleriki naj nosijo dostojno cerkveno obleko po dolčbah, ki jih je izdala škofovská konferenca, in zakonitih krajevnih običajih.

Kan. 285 — § 1. Kleriki naj se povsem zdržijo vsega, kar ni v čast njihovemu stanu, kot določajo predpisi območnega prava.

§ 2. Kleriki naj se izogibajo vsega, kar je tuje kleriškemu stanu, čeprav ni nečastno.

§ 3. Klerikom je prepovedano sprejemati javne službe, ki so združene z izvrševanjem civilne oblasti.

§ 4. Upravljanje premoženja, ki je lastnina laikov, in svetne službe, ki so združene z dolžnostjo polaganja računov, naj kleriki brez dovoljenja svojega ordinarija ne sprejmejo; brez posveta z lastnim ordinarijem jim je prepovedano biti za poroka, četudi s svojim premoženjem; zdržijo naj se tudi podpisovanja menic, s katerimi se namreč brez navedbe razloga sprejme obveznost odplačevanja.

Kan. 286 — Klerikom je prepovedano, da bi sami ali po drugih opravljalni trgovske ali kupčijske posle v svojo ali tujo korist, razen z dovoljenjem zakonite cerkvene oblasti.

Kan. 287 — § 1. Kleriki naj se vedno kar najbolj prizadevajo za ohranitev na pravičnosti temelječega miru in sloge med ljudmi.

§ 2. Dejavno naj ne sodelujejo v političnih strankah in vodenju sindikalnih združenj, razen če po presoji pristojne cerkvene oblasti to zahteva varovanje cerkvenih pravic ali pospeševanje skupne blaginje.

Kan. 288 — Stalnih diakonov ne vežejo predpisi kan. 284, 285, §§ 3 in 4, 286, 287, § 2, razen če območno pravo določa kaj drugega.

Can. 289 — § 1. Cum servitium militare statui clericali minus congruat, clerici itemque candidati ad sacros ordines militiam ne capessant voluntarii, nisi de sui Ordinarii licentia.

§ 2. Clerici utantur exemptionibus, quas ab exercendis muneribus et publicis civilibus officiis a statu clericali alienis, in eorum favorem leges et conventiones vel consuetudines concedunt, nisi in casibus particularibus aliter Ordinarius proprius decreverit.

Caput IV DE AMISSIONE STATUS CLERICALIS

Can. 290 — Sacra ordinatio, semel valide recepta, numquam irrita fit. Clericus tamen statum clericalem amittit:

1^o sententia iudiciali aut decreto administrativo, quo invaliditas sacrae ordinationis declaratur;

2^o poena dimissionis legitime irrogata;

3^o rescripto Apostolicae Sedis; quod vero rescriptum diaconis ob graves tantum causas, presbyteris ob gravissimas causas ab Apostolica Sede conceditur.

Can. 291 — Praeter casus de quibus in can. 290, n. 1, amissio status clericalis non secumfert dispensationem ab obligatione caelibatus, quae ab uno tantum Romano Pontifice conceditur.

Can. 292 — Clericus qui statum clericalem ad normam iuris amittit, cum eo amittit iura statui clericali propria, nec ullis iam adstringitur obligationibus status clericalis, firmo praescripto can. 291; potestatem ordinis exercere prohibetur, salvo praescripto can. 976; eo ipso privatur omnibus officiis, muneribus et potestate qualibet delegata.

Can. 293 — Clericus qui statum clericalem amisit, nequit denuo inter clericos adscribi, nisi per Apostolicae Sedis rescriptum.

Titulus IV DE PRAELATORIS PERSONALIBUS

Can. 294 — Ad aptam presbyterorum distributionem promoven- dam aut ad peculiaria opera pastoralia vel missionalia pro variis re- gionibus aut diversis coetibus socialibus perficienda, praelatura per-

Kan. 289 — § 1. Ker vojaška služba manj ustreza kleriškemu stanu, naj kleriki in prav tako kandidati za sveti red ne stopajo prostovoljno v vojaško službo, razen z dovoljenjem svojega ordinarija.

§ 2. Kleriki naj uporabljajo pravice izvzetja od kleriškemu stanu tujega izvrševanja nalog in javnih civilnih služb, kakor jim jih v njihovo korist priznavajo zakoni, pogodbe in običaji, razen če bi v posebnih primerih njihov ordinarij odločil drugače.

Četrto poglavje IZGUBA KLERIŠKEGA STANU

Kan. 290 — Veljavno prejeto posvečenje nikoli ne postane nično. Vendar klerik izgubi kleriški stan:

1. s sodniškim izrekom ali upravno odločbo, ki razglasí nevezljavnost posvečenja;

2. z zakonito naloženo kaznijo odslovitve;

3. z reskriptom apostolskega sedeža; ta reskript pa apostolski sedež podeli diakonom samo iz tehtnih, duhovnikom pa iz nadvse tehtnih razlogov.

Kan. 291 — Izguba kleriškega stanu, razen v primerih iz kan. 290, št. 1, ne podeli oprostitev od obveznosti celibata, ki jo podeljuje samo papež.

Kan. 292 — Klerik, ki je po določbi prava izgubil kleriški stan, je z njim izgubil kleriškemu stanu lastne pravice in ga ne vežejo več nobene dolžnosti kleriškega stanu, velja pa predpis kan. 291; prepovedano mu je opravljanje oblasti svetega reda, upoštevajoč predpis kan. 976; s tem že izgubi vse službe, naloge in kakršnokoli poverjeno oblast.

Kan. 293 — Klerika, ki je izgubil kleriški stan, ni mogoče znova sprejeti med klerike, razen z reskriptom apostolskega sedeža.

Četrti naslov OSEBNE PRELATURE

Kan. 294 — Apostolski sedež more zaradi pospeševanja primerne porazdelitve duhovnikov in posebnih pastoralnih ali misijonskih dejavnosti, ki jih je treba opravljati v različnih regijah ali v različnih

sonales quae presbyteris et diaconis cleri saecularis constant, ab Apostolica Sede, auditis quarum interest Episcoporum conferentiis, erigi possunt.

Can. 295 — § 1. Praelatura personalis regitur statutis ab Apostolica Sede conditis, eique praeficitur Praelatus ut Ordinarius proprius, cui ius est nationale vel internationale seminarium erigere necnon alumnos incardinare, eosque titulo servitii praelature ad ordines promovere.

§ 2. Praelatus prospicere debet sive spirituali institutioni illorum, quos titulo praedicto promoverit, sive eorundem decorae sustentationi.

Can. 296 — Conventionibus cum praelatura initis, laici operibus apostolicis praelature personalis sese dedicare possunt; modus vero huius organicae cooperationis atque praecipua officia et iura cum illa coniuncta in statutis apte determinentur.

Can. 297 — Statuta pariter definiant rationes praelature personalis cum Ordinariis locorum, in quorum Ecclesiis particularibus ipsa praelatura sua opera pastoralia vel missionalia, praevio consensu Episcopi dioecesani, exercet vel exercere desiderat.

Titulus V

DE CHRISTIFIDELIUM CONSOCIATIONIBUS

Caput I

NORMAE COMMUNES

Can. 298 — § 1. In Ecclesia habentur consociationes distinctae ab institutis vitae consecratae et societatibus vitae apostolicae, in quibus christifideles, sive clerici sive laici sive clerici et laici simul, communis opera contendunt ad perfectiorem vitam fovendam, aut ad cultum publicum vel doctrinam christianam promovendam, aut ad alia apostolatus opera, scilicet ad evangelizationis incepta, ad pietatis vel caritatis opera exercenda et ad ordinem temporalem christiano spiritu animandum.

§ 2. Christifideles sua nomina dent iis praesertim consociationibus, quae a competenti auctoritate ecclesiastica aut erectae aut laudatae vel commendatae sint.

Can. 299 — § 1. Integrum est christifidelibus, privata inter se conventione inita, consociationes constituere ad fines de quibus in can. 298, § 1 persequendos, firmo praescripto can. 301, § 1.

družbenih skupinah, ustanoviti osebne prelature, ki jih sestavljajo duhovniki in diakoni svetnega klera, ko je poizvedel za mnenje škofovskih konferenc, ki jih to zadeva.

Kan. 295 — § 1. Osebna prelatura se upravlja po statutu, ki ga je uvedel apostolski sedež, vodi pa jo prelat kot lastni ordinarij, ki ima pravico ustanoviti narodno ali mednarodno semenišče, tudi inkardinirati gojence in jih določiti za svete redove z naslovom služenja prelaturi.

§ 2. Prelat mora skrbeti za duhovno vzgojo in dostojno vzdrževanje tistih, ki jih je povzdignil v prej imenovani naslov.

Kan. 296 — Laiki se morejo posvetiti apostolskim dejavnostim osebne prelature po dogovoru s prelaturo; način tega organskega sodelovanja in glavne dolžnosti in pravice, ki so z njim povezane, naj se v statutu primerno določijo.

Kan. 297 — Prav tako naj statut s predhodno privolitvijo krajevnega škofa določi odnose osebne prelature do krajevnih ordinarijev, ki v njihovih delnih Cerkvah prelatura izvršuje ali želi izvrševati svoje pastoralne ali misijonske dejavnosti.

Peti naslov

ZDRUŽENJA VERNIKOV

Prvo poglavje

SPOŠNE DOLOČBE

Kan. 298 — § 1. V Cerkvi so poleg ustanov posvečenega življenja in družb apostolskega življenja še druga združenja, v katerih si verniki, tako kleriki kot laiki ali laiki in kleriki hkrati, družno prizadajajo za popolnejše življenje ali za pospeševanje javnega bogičstja ali krščanskega nauka ali za druga dela apostolata, kot so prizadavanja za evangelizacijo, opravljanje del pobožnosti ali krščanske dobrodelnosti in za prepojitev časnega reda s krščanskim duhom.

§ 2. Verniki naj se pridružijo zlasti tistim združenjem, ki jih je pristojna cerkvena oblast ustanovila, pohvalila ali priporočila.

Kan. 299 — § 1. Verniki imajo neokrnjeno pravico po zasebnem medsebojnem dogovoru ustanavljati združenja v namene, o katerih govori kan. 298, § 1, velja pa predpis kan. 301, § 1.

§ 2. Huiusmodi consociationes, etiamsi ab auctoritate ecclesiastica laudentur vel commendentur, consociatione privatae vocantur.

§ 3. Nulla christifidelium consociatio privata in Ecclesia agnosciatur, nisi eius statuta ab auctoritate competenti recognoscantur.

Can. 300 — Nulla consociatio nomen »catholicae« sibi assumat, nisi de consensu competentis auctoritatis ecclesiasticae, ad normam can. 312.

Can. 301 — § 1. Unius auctoritatis ecclesiasticae competentis est erigere christifidelium consociationes, quae sibi proponant doctrinam christianam nomine Ecclesiae tradere aut cultum publicum promovere, vel quae aliquos intendant fines, quorum prosecutio natura sua eidem auctoritati ecclesiasticae reservatur.

§ 2. Auctoritas ecclesiastica competens, si id expedire iudicaverit, christifidelium consociationes quoque erigere potest ad alias fines spirituales directe vel indirecte prosequendos, quorum consecutioni per privatorum incepta non satis provisum sit.

§ 3. Christifidelium consociationes quae a competenti auctoritate ecclesiastica eriguntur, consociationes publicae vocantur.

Can. 302 — Christifidelium consociationes clericales eae dicuntur, quae sub moderamine sunt clericorum, exercitium ordinis sacri assumunt atque uti tales a competenti auctoritate agnoscantur.

Can. 303 — Consociationes, quarum sodales, in saeculo spiritum alicuius instituti religiosi participantes, sub altiore eiusdem instituti moderamine, vitam apostolicam ducunt et ad perfectionem christianam contendunt, terti ordines dicuntur aliove congruenti nomine vocantur.

Can. 304 — § 1. Omnes christifidelium consociationes, sive publicae sive privatae, quocumque titulo seu nomine vocantur, sua habeant statuta, quibus definiantur consociationis finis seu obiectum sociale, sedes, regimen et condiciones ad partem in iisdem habendam requisitae, quibusque determinantur agendi rationes, attentis quidem temporis et loci necessitate vel utilitate.

§ 2. Titulum seu nomen sibi eligant, temporis et loci usibus accommodatum, maxime ab ipso fine, quem intendunt, selectum.

Can. 305 — § 1. Omnes christifidelium consociationes subsunt vigilantiae auctoritatis ecclesiasticae competentis, cuius est curare ut in iisdem integritas fidei ac morum servetur, et invigilare ne in disciplinam ecclesiasticam abusus irrepant, cui itaque officium et ius competit ad normam iuris et statutorum easdem invisendi; subsunt etiam eiusdem auctoritatis regimini secundum praescripta canonum, qui sequuntur.

§ 2. Čeprav jih je cerkvena oblast pohvalila ali priporočila, se takšna združenja imenujejo zasebna združenja.

§ 3. Nobeno zasebno združenje vernikov v Cerkvi ni priznano, če njegovega statuta ni potrdila pristojna oblast.

Kan. 300 — Nobeno združenje naj si ne privzame imena »katališko«, razen s privolitvijo pristojne cerkvene oblasti po določbi kan. 312.

Kan. 301 — § 1. Samo pristojna cerkvena oblast lahko ustanovi združenja vernikov, ki imajo namen v imenu Cerkve posredovati krščanski nauk ali pospeševati javno bogočastje ali skušajo doseči tudi druge namene, ki pa so po svoji naravi pridržani tej cerkveni oblasti.

§ 2. Pristojna cerkvena oblast lahko ustanovi, če se ji zdi primerno, tudi združenja vernikov za neposredno ali posredno doseglo drugih duhovnih namenov, za katere z zasebnimi pobudami ni dovolj poskrbljeno.

§ 3. Združenja vernikov, ki jih ustanovi pristojna cerkvena oblast, se imenujejo javna združenja.

Kan. 302 — Kleriška se imenujejo tista združenja vernikov, ki jih vodijo kleriki, sprejemajo opravila svetega reda in jih kot takšna priznava pristojna oblast.

Kan. 303 — Združenja, katerih člani se v svetu pridružijo duhovnosti kake redovne ustanove pod višjim vodstvom iste ustanove, živijo apostolsko življenje in si prizadevajo za krščansko popolnost, se imenujejo tretji red ali imajo drugo primerno ime.

Kan. 304 — § 1. Vsa združenja vernikov, javna ali zasebna, kažešnegakoli naslova ali imena, naj imajo svoj statut, v katerem naj se določi namen ali socialna naloga združenja, sedež, vodstvo in pogoji, ki jih mora član spolnjevati, upoštevajoč potrebe in koristi časa in kraja.

§ 2. Izberejo naj si, predvsem glede na namen, ki ga nameravajo dosegati, naslov ali ime, prilagojeno navadam časa in kraja.

Kan. 305 — § 1. Vsa združenja vernikov so pod nadzorstvom pristojne cerkvene oblasti, ki mora skrbeti, da se v njih ohranja neokrnjena vera in nravnost, in bedeti, da se v cerkveno disciplino ne prikrajejo zlorabe, kateri tako pripada po določbi prava in statuta dolžnost in pravica nadzora nad njimi; podrejena so tudi vodstvu te oblasti po predpisih naslednjih kanonov.

§ 2. Vigilantiae Sanctae Sedis subsunt consociationes cuiuslibet generis; vigilantiae Ordinarii loci subsunt consociationes dioecesanae necnon aliae consociationes, quatenus in dioecesi operam exercent.

Can. 306 — Ut quis consociationis iuribus atque privilegiis, indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus eidem consociationi concessis fruatur, necesse est et sufficit ut secundum iuris praescripta et propria consociationis statuta, in eandem valide receptus sit et ab eadem non sit legitime dimissus.

Can. 307 — § 1. Membrorum receptio fiat ad normam iuris ac statutorum uniuscuiusque consociationis.

§ 2. Eadem persona adscribi potest pluribus consociationibus.

§ 3. Sodales institutorum religiosorum possunt consociationibus, ad normam iuris proprii, de consensu sui Superioris nomen dare.

Can. 308 — Nemo legitime adscriptus a consociatione dimittitur, nisi iusta de causa ad normam iuris et statutorum.

Can. 309 — Consociationibus legitime constitutis ius est, ad normam iuris et statutorum, edendi peculiares normas ipsam consociationem respicientes, celebrandi comitia, designandi moderatores, officiales, ministros atque bonorum administratores.

Can. 310 — Consociatio privata quae uti persona iuridica non fuerit constituta, qua talis subiectum esse non potest obligationum et iurium; christifideles tamen in ea consociati coniunctim obligationes contrahere atque uti condomini et composessores iura et bona acquirere et possidere possunt; quae iura et obligationes per mandatarius seu procuratorem exercere valent.

Can. 311 — Sodales institutorum vitae consecratae qui consociationibus suo instituto aliquo modo unitis praesunt aut assistunt, carent ut eadem consociationes operibus apostolatus in dioecesi existentibus adiutorium praebeant, cooperantes praesertim, sub directione Ordinarii loci, cum consociationibus quae ad apostolatum in dioecesi exercendum ordinantur.

Caput II

DE CHRISTIFIDELIUM CONSOCIATIONIBUS PUBLICIS

Can. 312 — § 1. Ad erigendas consociationes publicas auctoritas competens est:

1º pro consociationibus universalibus atque internationalibus, Sancta Sedes;

§ 2. Pod nadzorstvom svetega sedeža so združenja katerekoli vrste; pod nadzorstvom krajevnega škofa so škofijska združenja kakor tudi druga združenja, kolikor delujejo v škofiji.

Kan. 306 — Da je kdo lahko deležen pravic in privilegijev, odpustkov in drugih duhovnih ugodnosti, ki so združenju podeljene, je potrebno in zadostuje, da je po predpisih prava in lastnem statutu združenja vanj veljavno sprejet in da ni iz njega zakonito odslovljen.

Kan. 307 — § 1. Sprejem članov se mora opraviti po določbi prava in statuta posameznega združenja.

§ 2. Ista oseba se lahko vpše v več združenj.

§ 3. Člani redovnih ustanov se smejo vpisati v združenja po določbi lastnega prava s privolitvijo svojega predstojnika.

Kan. 308 — Nihče, kdor je zakonito vpisan, naj se ne odslovi iz združenja, razen iz upravičenega razloga po določbi prava in statuta.

Kan. 309 — Zakonito ustanovljena združenja imajo pravico po določbi prava in statuta izdajati posebne določbe, ki se tičajo samega združenja, prirejati zborovanja, določati voditelje, uslužbence in upravitelje premoženja.

Kan. 310 — Zasebno združenje, ki ni bilo ustanovljeno kot pravna oseba, kot takšno ne more biti nosilec dolžnosti in pravic; vendar morejo v njem združeni verniki skupno prevzeti obveznosti in tudi kot sопosestniki in solastniki pridobiti in imeti pravice in premoženje; te pravice in obveznosti lahko izvajajo po pooblaščenu ali oskrbniku.

Kan. 311 — Člani ustanov posvečenega življenja, ki so predstojniki ali pomočniki združenj, na kakšen način združenih z njihovo ustanovo, naj skrbijo, da ta združenja pomagajo obstoječim dejavnostim apostolata v škofiji, zlasti naj pod vodstvom krajevnega ordinarija sodelujejo z združenji, ki si prizadevajo za apostolat.

Drugo poglavje

JAVNA ZDRUŽENJA VERNIKOV

Kan. 312 — § 1. Pristojna oblast za ustanovitev javnih združenj je:

1. za splošna in tudi mednarodna združenja sveti sedež;

2º pro consociationibus nationalibus, quae scilicet ex ipsa erectione destinantur ad actionem in tota natione exercendam, Episcoporum conferentia in suo territorio;

3º pro consociationibus dioecesanis, Episcopus dioecesanus in suo cuiusque territorio, non vero Administrator dioecesanus, iis tamen consociationibus exceptis quarum erigendarum ius ex apostolico privilegio aliis reservatum est.

§ 2. Ad validam erectionem consociationis aut sectionis consociationis in dioecesi, etiamsi id vi privilegii apostolici fiat, requiritur consensus Episcopi dioecesani scripto datus; consensus tamen ab Episcopo dioecesano praestitus pro erectione domus instituti religiosi valet etiam ad erigendam in eadem domo vel ecclesia ei adnexa consociationem quae illius instituti sit propria.

Can. 313 — Consociatio publica itemque consociationum publicarum confoederatio, ipso decreto quo ab auctoritate ecclesiastica ad normam can. 312 competenti erigitur, persona iuridica constituitur et missionem recipit, quatenus requiritur, ad fines quos ipsa sibi nomine Ecclesiae persequendos proponit.

Can. 314 — Cuiuslibet consociationis publicae statuta, eorumque recognitio vel mutatio, approbatione indigent auctoritatis ecclesiasticae cui competit consociationis erectio ad normam can. 312, § 1.

Can. 315 — Consociationes publicae incepta propriae indoli congrua sua sponte suscipere valent, eaedemque reguntur ad normam statutorum, sub altiore tamen directione auctoritatis ecclesiasticae, de qua in can. 312, § 1.

Can. 316 — § 1. Qui publice fidem catholicam abiecerit vel a communione ecclesiastica defecerit vel excommunicatione irrogata aut declarata irretitus sit, valide in consociationes publicas recipi nequit.

§ 2. Qui legitimate adscripti in casum inciderint de quo in § 1, praemissa monitione, a consociatione dimittantur, servatis eius statutis et salvo iure recursus ad auctoritatem ecclesiasticam, de qua in can. 312, § 1.

Can. 317 — § 1. Nisi aliud in statutis praevideatur, auctoritatis ecclesiasticae, de qua in can. 312, § 1, est consociationis publicae moderatorem ab ipsa consociatione publica electum confirmare aut praesentatum instituere aut iure proprio nominare; cappellanum vero seu assistentem ecclesiasticum, auditum ubi id expediat consociationis officiis maioribus, nominat eadem auctoritas ecclesiastica.

§ 2. Norma in § 1 statuta valet etiam pro consociationibus a sodalibus institutorum religiosorum vi apostolici privilegii extra proprias

2. za narodna združenja, to je taka, ki so s samo ustanovitvijo namenjena za delovanje v celotnem narodu, škofovskva konferenca za svoje ozemlje;

3. za škofijska združenja za svoje ozemlje krajevni škof, ne pa škofijski upravitelj, vendar so izvzeta tista združenja, katerih pravica do ustanovitve je po apostolskem privilegiju pridržana drugim.

§ 2. Za veljavno ustanovitev združenja ali oddelka združenja v škofiji, četudi bi se izvršila z apostolskim privilegijem, je potrebna pismena privolitev krajevnega škofa; privolitev, ki jo je dal krajevni škof za ustanovitev hiše redovne ustanove, velja tudi za ustanovitev tej ustanovi lastnega združenja v tej hiši ali v njej pridruženi cerkvi.

Kan. 313 — Javno združenje in tudi zveza javnih združenj postane s samim odlokom, s katerim jo ustanovi pristojna cerkvena oblast po določbi kan. 312, pravna oseba in prejme, kolikor je potrebno, poslanstvo za namene, ki si jih v imenu Cerkve zastavi.

Kan. 314 — Za priznanje ali spremembo statuta kateregakoli javnega združenja je potrebna odobritev cerkvene oblasti, ki je po določbi kan. 312, § 1, pristojna za ustanovitev združenja.

Kan. 315 — Javna združenja lahko prostovoljno prevzamejo dejavnosti, ki so primerne njihovemu značaju, in jih opravlajo po določbi statuta, vendar pod višjim vodstvom cerkvene oblasti, ki jo omenja kan. 312, § 1.

Kan. 316 — § 1. Kdor bi javno zavrgel katoliško vero ali izstopil iz cerkvenega občestva ali bi ga zadeло naloženo ali razglašeno izobčenje, ga ni mogoče veljavno sprejeti v javna združenja.

§ 2. Če bi za koga izmed zakonito vpisanih nastopil primer, ki se omenja v § 1, naj se po predhodnem opominu odslovi iz združenja, ravnati pa se je treba po njegovem statutu in upoštevati pravico pričožbe na cerkveno oblast, ki jo omenja kan. 312, § 1.

Kan. 317 — § 1. Če ni v statutu predvideno kaj drugega, cerkvena oblast, ki jo omenja kan. 312, § 1, voditelja javnega združenja, ki ga je javno združenje samo izvolilo, potrdi, ali predlaganega umešti ali s svojo oblastjo imenuje; kaplana ali cerkvenega asistenta pa imenuje ista cerkvena oblast po posvetu, kjer je to primerno, z višjimi uslužbeni združenja.

§ 2. Določba § 1 velja tudi za združenja, ki jih ustanovijo izven svojih cerkva ali hiš članji redovnih ustanov po apostolskem privi-

ecclesias vel domos erectis; in consociationibus vero a sodalibus institutorum religiosorum in propria ecclesia vel domo erectis, nominatio aut confirmatio moderatoris et cappellani pertinet ad Superiorum instituti, ad normam statutorum.

§ 3. In consociationibus quae non sunt clericales, laici exercere valent munus moderatoris; cappellanus seu assistens ecclesiasticus ad illud munus ne assumatur, nisi aliud in statutis caveatur.

§ 4. In publicis christifidelium consociationibus quae directe ad apostolatum exercendum ordinantur, moderatores ne ii sint, qui in factionibus politicis officium directionis adimplent.

Can. 318 — § 1. In specialibus adiunctis, ubi graves rationes id requirant, potest ecclesiastica auctoritas, de qua in can. 312, § 1, designare commissarium, qui eius nomine consociationem ad tempus moderetur.

§ 2. Moderatorem consociationis publicae iusta de causa removere potest qui eum nominavit aut confirmavit, auditis tamen tum ipso moderatore tum consociationis officialibus maioribus ad normam statutorum; cappellatum vero removere potest, ad normam cann. 192—195, qui eum nominavit.

Can. 319 — § 1. Consociatio publica legitime erecta, nisi aliud cautum sit, bona quae possidet ad normam statutorum administrat sub superiori directione auctoritatis ecclesiasticae de qua in can. 312, § 1, cui quotannis administrationis rationem reddere debet.

§ 2. Oblationum quoque et eleemosynarum, quas collegerit, eidem auctoritati fidelem erogationis rationem reddere debet.

Can. 320 — § 1. Consociationes a Sancta Sede erectae nonnisi ab eadem supprimi possunt.

§ 2. Ob graves causas ab Episcoporum conferentia supprimi possunt consociationes ab eadem erectae; ab Episcopo dioecesano consociationes a se erectae, et etiam consociationes ex apostolico indulto a sodalibus institutorum religiosorum de consensu Episcopi dioecesani erectae.

§ 3. Consociatio publica ab auctoritate competenti ne supprimatur, nisi auditis eius moderatore aliquis officialibus maioribus.

Caput III

DE CHRISTIFIDELIUM CONSOCIATIONIBUS PRIVATIS

Can. 321 — Consociationes privatas christifideles secundum statutorum praescripta dirigunt et moderantur.

legiju; v združenjih, ki jih ustanovijo člani redovne ustanove v svojih cerkvah ali hišah, pa je za imenovanje ali potrditev voditelja in kaplana po določbi statuta pristojen predstojnik ustanove.

§ 3. V združenjih, ki niso kleriška, lahko laiki opravljajo službo voditelja; za to službo naj se ne privzame kaplan ali cerkveni asistent, razen če je v statutu določeno kaj drugega.

§ 4. V javnih združenjih vernikov, ki so neposredno namenjena apostolatu, naj tisti, ki vodijo politične stranke, ne bodo voditelji.

Kan. 318 — § 1. V posebnih razmerah, kjer to zahtevajo tehtni razlogi, lahko cerkvena oblast, ki jo omenja kan. 312, § 1, določi upravitelja, ki bo v njenem imenu začasno vodil združenje.

§ 2. Voditelja javnega združenja sme iz upravičenega razloga odstraniti tisti, ki ga je imenoval ali potrdil, vendar ko se je po določbi statuta posvetoval s samim voditeljem in tudi višjimi uslužbencami združenja; kaplana pa more odstraniti po določbi kan. 192—195 tisti, ki ga je imenoval.

Kan. 319 — § 1. Zakonito ustanovljeno združenje upravlja svoje premoženje po določbi statuta pod višjim vodstvom cerkvene oblasti, ki jo omenja kan. 312, § 1, če ni določeno kaj drugega; njej mora vsako leto predložiti obračun o upravljanju.

§ 2. O darovih in tudi o miloščini, ki jo zbere, mora isti oblasti dajati točen obračun izdatkov.

Kan. 320 — § 1. Združenja, ki jih je ustanovil sveti sedež, more samo ta razpustiti.

§ 2. Škofovská konferenca more iz tehničnih razlogov razpustiti združenja, ki jih je sama ustanovila; krajevni škofov pa združenja, ki jih je on ustanovil, in tudi združenja, ki so jih s privolitvijo krajevnega škofa z apostolskim dovoljenjem ustanovili člani redovnih ustanov.

§ 3. Pristojna oblast naj ne razpusti javnega združenja, razen če se je posvetovala z njegovim voditeljem in drugimi višjimi uslužbenci.

Tretje poglavje

ZASEBNA ZDRUŽENJA VERNIKOV

Kan. 321 — Verniki upravljajo in vodijo zasebna združenja po predpisih statuta.

Can. 322 — § 1. Consociatio christifidelium privata personalitatem iuridicam acquirere potest per decretum formale auctoritatis ecclesiasticae competentis, de qua in can. 312.

§ 2. Nulla christifidelium consociatio privata personalitatem iuridicam acquirere potest, nisi eius statuta ab auctoritate ecclesiastica, de qua in can. 312, § 1, sint probata; statutorum vero probatio consociationis naturam privatam non immutat.

Can. 323 — § 1. Licet christifidelium consociationes privatae autonomia gaudeant ad normam can. 321, subsunt vigilantiae auctoritatis ecclesiasticae ad normam can. 305, itemque eiusdem auctoritatis regimini.

§ 2. Ad auctoritatem ecclesiasticam etiam spectat, servata quidem autonomia consociationibus privatis propria, invigilare et curare ut virium dispersio vitetur, earumque apostolatus exercitium ad bonum commune ordinetur.

Can. 324 — § 1. Christifidelium consociatio privata libere sibi moderatorum et officiales designat, ad normam statutorum.

§ 2. Christifidelium consociatio privata consiliarium spiritualem, si quemdam exoptet, libere sibi eligere potest inter sacerdotes ministerium legitime in dioecesi exercentes; qui tamen indiget confirmatione Ordinarii loci.

Can. 325 — § 1. Christifidelium consociatio privata ea bona quae possidet libere administrat, iuxta statutorum praescripta, salvo iure auctoritatis ecclesiasticae competentis vigilandi ut bona in fines associationis adhibeantur.

§ 2. Eadem subest loci Ordinarii auctoritati ad normam can. 1301 quod attinet ad administrationem erogationemque bonorum, quae ipsi ad pias causas donata aut relictam sint.

Can. 326 — § 1. Extinguitur christifidelium consociatio privata ad normam statutorum; supprimi etiam potest a competenti auctoritate, si eius actio in grave damnum cedit doctrinae vel disciplinae ecclesiasticae, aut scandalo est fidelium.

§ 2. Destinatio bonorum consociationis extinctae ad normam statutorum determinanda est, salvis iuribus quae sitis atque oblitorum voluntate.

Caput IV

NORMAE SPECIALES DE LAICORUM CONSOCIATIONIBUS

Can. 327 — Christifideles laici magni faciant consociationes ad spirituales fines, de quibus in can. 298, constitutas, eas speciatim quae

Kan. 322 — § 1. Zasebno združenje vernikov lahko dobi pravno osebnost s formalno odločbo pristojne cerkvene oblasti, ki jo omenja kan. 312.

§ 2. Nobeno zasebno združenje vernikov ne more dobiti pravne osebnosti, če ni njegovega statuta odobrila cerkvena oblast, ki jo omenja kan. 312, § 1; odobritev statuta pa ne spremeni zasebnega značaja združenja.

Kan. 323 — § 1. Četudi so zasebna združenja vernikov po določbi kan. 321 samostojna, spadajo pod nadzorstvo cerkvene oblasti po določbi kan. 305 in tudi pod njeno vodstveno oblast.

§ 2. Ta cerkvena oblast ima tudi, upoštevajoč seveda lastno samostojnost zasebnih združenj, naloge nadzorovati in skrbeti, da se prepreči razsipavanje moči in njihov apostolat usmeri v skupni blagor.

Kan. 324 — § 1. Zasebno združenje vernikov si svobodno določa voditelja in uslužbence po določbi statuta.

§ 2. Zasebno združenje vernikov si lahko svobodno izbere za duhovnega svetovalca, če si ga želi, koga izmed duhovnikov, ki zakonito opravlja službo v škofiji; mora pa ga potrditi krajevni ordinarij.

Kan. 325 — § 1. Premoženje, ki ga ima, zasebno združenje vernikov svobodno upravlja po predpisih statuta, upoštevajoč pravico pristojne cerkvene oblasti nadzorovati, da se premoženje uporablja v namene združenja.

§ 2. Oblasti krajevnega ordinarija je po določbi kan. 1301 podrejeno upravljanje in uporaba premoženja, ki je bilo združenju dano ali prepuščeno v pobožne namene.

Kan. 326 — § 1. Zasebno združenje vernikov preneha po določbi statuta; razpusti ga lahko tudi pristojna oblast, če je njegovo delovanje v veliko škodo cerkvenega nauka ali discipline ali v pohujšanje vernikov.

§ 2. Kako naj se uporabi premoženje združenja, ki je prenehalo obstajati, je treba določiti po določbi statuta, upoštevajoč pridobljenne pravice in voljo darovalcev.

Četrto poglavje

POSEBNE DOLOČBE O LAIŠKIH ZDRUŽENJIH

Kan. 327 — Verniki laiki naj zelo cenijo v duhovne namene ustanovljena združenja, ki jih omenja kan. 298, zlasti tista, ki imajo za

rerum temporalium ordinem spiritu christiano animare sibi propo-nunt atque hoc modo intimam inter fidem et vitam magnopere fovent unionem.

Can. 328 — Qui praesunt consociationibus laicorum, iis etiam quae vi privilegii apostolici erectae sunt, curent ut sua cum aliis christi-fidelium consociationibus, ubi id expediat, cooperentur, utque variis operibus christianis, praesertim in eodem territorio exsistentibus, li-benter auxilio sint.

Can. 329 — Moderatores consociationum laicorum curent, ut sodales consociationis ad apostolatum laicis proprium exercendum debite efformentur.

Pars II DE ECCLESIAE CONSTITUTIONE HIERARCHICA

Sectio I DE SUPREMA ECCLESIAE AUCTORITATE

Caput I

DE ROMANO PONTIFICE DEQUE COLLEGIO EPISCOPORUM

Can. 330 — Sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apo-stoli unum Collegium constituant, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur.

Art. 1 DE ROMANO PONTIFICE

Can. 331 — Ecclesiae Romanae Episcopus, in quo permanet mu-nus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum, Collegii Episcoporum est caput, Vicarius Christi atque universae Ecclesiae his in terris Pastor; qui ideo vi muneris sui suprema, plena, immediata et universalis in Eccle-sia gaudet ordinaria potestate, quam semper libere exercere valet.

cilj časno ureditev stvari prepojiti s krščanskim duhom in tako moč-no gojijo tesnejšo povezanost med vero in življenjem.

Kan. 328 — Voditelji v laiških združenjih, tudi v tistih, ki so ustanovljena z apostolskim privilegijem, naj skrbijo, da bodo njihova združenja sodelovala z drugimi združenji vernikov, kjer je to primerno, in da bodo rada pomagala raznim krščanskim dejavno-stim, zlasti na istem ozemlju.

Kan. 329 — Voditelji v laiških združenjih naj skrbijo, da se bodo člani združenja ustrezno pripravili na izvrševanje laikom lastnega apostolata.

Drugi del HIERARHIČNA UREDITEV CERKVE

Prvi oddelek VRHOVNA CERKVENA OBLAST

Prvo poglavje RIMSKI PAPEŽ IN ŠKOFOVSKI ZBOR

Kan. 330 — Kakor po Gospodovi določitvi sveti Peter in drugi apostoli sestavljajo en sam zbor, tako so na podoben način povezani med seboj rimski papež, Petrov naslednik, in škofje, nasledniki apostolov.

Prvi člen RIMSKI PAPEŽ

Kan. 331 — Škof rimske Cerkve, v katerem namreč ostane služba, ki jo je Gospod posebej podelil Petru, prvaku apostolov, in se mora prenašati na njegove naslednike, je glava škofovskega zpora, Kri-stusov namestnik in tu na zemlji pastir vesoljne Cerkve; zato ima v moči svoje službe vrhovno, polno, neposredno in splošno redno oblast v Cerkvi in jo more vedno svobodno izvrševati.

Can. 332 — § 1. Plenam et supremam in Ecclesia potestatem Romanus Pontifex obtinet legitima electione ab ipso acceptata una cum episcopali consecratione. Quare, eandem potestatem obtinet a momento acceptationis electus ad summum pontificatum, qui episcopali charactere insignitus est. Quod si charactere episcopali electus careat, statim ordinetur Episcopus.

§ 2. Si contingat ut Romanus Pontifex muneri suo renuntiet, ad validitatem requiritur ut renuntiatio libere fiat et rite manifestetur, non vero ut a quopiam acceptetur.

Can. 333 — § 1. Romanus Pontifex, vi sui muneris, non modo in universam Ecclesiam potestate gaudet, sed et super omnes Ecclesias particulares earumque coetus ordinariae potestatis obtinet principatum, quo quidem insimul roboratur atque vindicatur potestas propria, ordinaria et immediata, qua in Ecclesias particulares sua curae commissas Episcopi pollent.

§ 2. Romanus Pontifex, in munere supremi Ecclesiae Pastoris exemplendo, communione cum ceteris Episcopis immo et universa Ecclesia semper est coniunctus; ipsi ius tamen est, iuxta Ecclesiae necessitates, determinare modum, sive personalem sive collegialem, huius muneris exercendi.

§ 3. Contra sententiam vel decretum Romani Pontificis non datur appellatio neque recursus.

Can. 334 — In eius munere exercendo, Romano Pontifici praesto sunt Episcopi, qui eidem cooperatricem operam navare valent variis rationibus, inter quas est synodus Episcoporum. Auxilio praeterea ei sunt Patres Cardinales, necnon aliae personae itemque varia secundum temporum necessitates instituta; quae personae omnes et instituta, nomine et auctoritate ipsius, munus sibi commissum explent, in bonum omnium Ecclesiarum, iuxta normas iure definitas.

Can. 335 — Sede romana vacante aut prorsus impedita, nihil innovetur in Ecclesiae universae regimine: serventur autem leges speciales pro iisdem adiunctis latae.

Art. 2

DE COLLEGIO EPISCOPORUM

Can. 336 — Collegium Episcoporum, cuius caput est Summus Pontifex cuiusque membra sunt Episcopi vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii capite et membris, et in quo

Kan. 332 — § 1. Rimski papež prejme polno in vrhovno oblast v Cerkvi z zakonito izvolitvijo, ki jo je sprejel, hkrati s škofovskim posvečenjem. Zato tisti, ki je zaznamovan s škofovskim neizbrisnim znamenjem, dobi to oblast od trenutka, ko sprejme izvolitev za papeža. Če pa izvoljeni nima škofovskega neizbrisnega znamenja, naj se takoj posveti za škofa.

§ 2. Če se zgodi, da se rimski papež odpove svoji službi, se za veljavnost zahteva, da je odpoved svobodna in pravilno izražena, ne pa, da jo kdorkoli sprejme.

Kan. 333 — § 1. Rimski papež ima v moči svoje službe oblast ne le nad vesoljno Cerkvio, ampak dobi prvenstvo redne oblasti nad vsemi delnimi Cerkvami in nad njihovo stalno skupnostjo, s katerim se hkrati krepi in varuje lastna, redna in neposredna oblast, ki jo imajo škofje nad svojimi delnimi Cerkvami, ki so jim zaupane.

§ 2. V izpolnjevanju službe najvišjega pastirja Cerkve je rimski papež vedno občestveno povezan z drugimi škofi in celo z vesoljno Cerkvio; ima pa pravico, da glede na potrebe Cerkve določi način, ali bo to službo izvrševal osebno ali zborno.

§ 3. Zoper sodbo, odlok ali odločbo rimskega papeža ni ne priziva ne pritožbe.

Kan. 334 — Rimskemu papežu so pri izvrševanju njegove službe v pomoč škofje, ki mu morejo pomagati s svojim sodelovanjem na različne načine, med katere spada škofovskva sinoda. Poleg tega mu pomagajo očetje kardinali, druge osebe in po potrebah časa različne ustanove; vse te osebe in ustanove opravljajo zaupano jim službo v papeževem imenu in z njegovo oblastjo v blagor vseh Cerkva po določbah, ki jih opredeljuje pravo.

Kan. 335 — Kadar je rimski sedež izpraznjen ali povsem oviran, naj se v vodstvu vesoljne Cerkve ne uvede nič novega; upoštevajo naj se pa posebni zakoni, ki so dani za te razmere.

Drugi člen

ŠKOFOVSKI ZBOR

Kan. 336 — Škofovski zbor, katerega glava je papež, in katerega udje so škofje v moči zakrumentalnega posvečenja in hierarhičnega občestva z glavo in udi zpora in v katerem se nenehno nadaljuje

corpus apostolicum continuo perseverat, una cum capite suo, et numquam sine hoc capite, subiectum quoque supremae et plena potestatis in universam Ecclesiam exsistit.

Can. 337 — § 1. Potestatem in universam Ecclesiam Collegium Episcoporum sollemni modo exercet in Concilio Oecumenico.

§ 2. Eandem potestatem exercet per unitam Episcoporum in mundo dispersorum actionem, quae uti talis a Romano Pontifice sit indicta aut libere recepta, ita ut verus actus collegialis efficiatur.

§ 3. Romani Pontificis est secundum necessitates Ecclesiae silegere et promovere modos, quibus Episcoporum Collegium munus suum quoad universam Ecclesiam collegialiter exerceat.

Can. 338 — § 1. Unius Romani Pontificis est Concilium Oecumenicum convocare, eidem per se vel per alios praesidere, item Concilium transfere, suspendere vel dissolvere, eiusque decreta approbare.

§ 2. Eiusdem Romani Pontificis est res in Concilio tractandas determinare atque ordinem in Concilio servandum constituere; propositis a Romano Pontifice quaestionibus Patres Concilii alias addere possunt, ab eodem Romano Pontifice probandas.

Can. 339 — § 1. Ius est et officium omnibus et solis Episcopis qui membra sint Collegii Episcoporum, ut Concilio Oecumenico cum suffragio deliberativo intersint.

§ 2. Ad Concilium Oecumenicum insuper ali iungi, qui episcopali dignitate non sint insigniti, vocari possunt a suprema Ecclesiae auctoritate, cuius est eorum partes in Concilio determinare.

Can. 340 — Si contingat Apostolicam Sedem durante Concilii celebrazione vacare, ipso iure hoc intermittitur, donec novus Summus Pontifex illud continuari iusserit aut dissolverit.

Can. 341 — § 1. Concilii Oecumenici decreta vim obligandi non habent nisi una cum Conciliis Patribus a Romano Pontifice approbata, ab eodem fuerint confirmata et eius iussu promulgata.

§ 2. Eadem confirmatione et promulgatione, vim obligandi ut habeant, egent decreta quae ferat Collegium Episcoporum, cum actionem proprie collegiale ponit iuxta alium a Romano Pontifice inductum vel libere receptum modum.

Caput II DE SYNODO EPISCOPORUM

Can. 342 — Synodus Episcoporum coetus est Episcoporum qui, ex diversis orbis regionibus selecti, statutis temporibus una conveniunt ut arctam coniunctionem inter Romanum Pontificem et Episcopos

apostolski zbor, je skupaj s svojo glavo in nikoli brez nje, tudi nosilec vrhovne in polne oblasti nad vso Cerkvio.

Kan. 337 — § 1. Oblast nad vso Cerkvio izvršuje škofovski zbor na slovesen način na vesoljnem cerkvenem zboru.

§ 2. Isto oblast izvršuje z enotnim delovanjem škofov, razkropljenih po svetu, ki ga kot takšnega označi ali svobodno sprejme rimski papež, tako da nastane pravo zborni dejanje.

§ 3. Rimski papež ima pravico glede na potrebe Cerkve izbirati in pospeševati načine, kako naj škofovski zbor zorno izvršuje svojo nalogo glede vse Cerkve.

Can. 338 — § 1. Samo rimski papež ima pravico sklicati vesoljni cerkveni zbor, mu sam ali po drugih predsedovati, prav tako cerkveni zbor prenesti, prekiniti ali razpustiti in potrditi njegove odloke.

§ 2. Rimski papež ima prav tako pravico določiti zadeve, o katertih je treba na cerkvenem zboru razpravljati, in določiti red, ki naj se ga na cerkvenem zboru držijo; vprašanjem, ki jih je predložil rimski papež, morejo koncilski očetje dodati druga, ki jih mora rimski papež potrditi.

Can. 339 — § 1. Vsi škofovi in samo škofovi, ki so udje škofovskega zabora, imajo pravico in dolžnost udeležiti se vesoljnega cerkvenega zabora, na katerem imajo odločajoč glas.

§ 2. Vrhovna cerkvena oblast more na vesoljni cerkveni zbor povabiti še nekatere druge, ki nimajo škofovskega dostojanstva, in določiti način njihove udeležbe na cerkvenem zboru.

Can. 340 — Če se zgodi, da se med vesoljnimi cerkvenimi zborom izprazni apostolski sedež, se ta po samem pravu prekine, dokler novi papež ne ukaže, da se nadaljuje ali razpusti.

Can. 341 — § 1. Odloki vesoljnega cerkvenega zabora nimajo obvezne moći, dokler jih rimski papež skupaj s koncilskimi očetji ne odobri, jih on ne potrdi in se na njegov ukaz ne razglasijo.

§ 2. Enaka potrditev in razglasitev je potrebna, da imajo obvezno moč odloki, ki jih izda škofovski zbor, kadar zorno deluje na drug način, ki ga je rimski papež uvedel ali svobodno sprejel.

Drugo poglavje ŠKOFOVSKA SINODA

Can. 342 — Škofovsko sinodo je zborovanje iz različnih delov sveta izbranih škofov, ki se ob določenih časih zberejo, da pospešujejo tesno povezanost med rimskim papežem in škofi in z nasveti

foveant, utque eidem Romano Pontifici ad incolumitatem incrementumque fidei et morum, ad disciplinam ecclesiasticam servandam et firmandam consiliis adiutricem operam praestent, neconon quaestiones ad actionem Ecclesiae in mundo spectantes perpendant.

Can. 343 — Synodi Episcoporum est de quaestionibus pertractandis disceptare atque expromere optata, non vero easdem dirimere de iisque ferre decreta, nisi certis in casibus potestate deliberativa eandem instruxerit Romanus Pontifex, cuius est in hoc casu decisiones synodi ratas habere.

Can. 344 — Synodus Episcoporum directe subest auctoritati Romani Pontificis, cuius quidem est:

1^o synodum convocare, quotiescumque id ipsi opportunum videatur, locumque designare ubi coetus habendi sint;

2^o sodalium, qui ad normam iuris peculiaris eligendi sunt, electionem ratam habere aliosque sodales designare et nominare;

3^o argumenta quaestionum pertractandarum statuere opportuno tempore ad normam iuris peculiaris ante synodi celebrationem;

4^o rerum agendarum ordinem definire;

5^o synodo per se aut per alias praeesse;

6^o synodum ipsam concludere, transferre, suspendere et dissolvere.

Can. 345 — Synodus Episcoporum congregari potest aut in coetum generale, in quo scilicet res tractantur ad bonum Ecclesiae universae directe spectantes, qui quidem coetus est sive ordinarius sive extraordinarius, aut etiam in coetum speciale, in quo nempe aguntur negotia quae directe ad determinatam determinatasve regiones attinent.

Can. 346 — § 1. Synodus Episcoporum quae in coetum generale ordinarium congregatur, constat sodalibus quorum plerique sunt Episcopi, electi pro singulis coetibus ab Episcoporum conferentiis secundum rationem iure peculiaris synodi determinatam; alii vi eiusdem iuris deputantur; alii a Romano Pontifice directe nominantur; quibus accedunt aliqui sodales institutorum religiosorum clericalium, qui ad normam eiusdem iuris peculiaris eliguntur.

§ 2. Synodus Episcoporum in coetum generale extraordinarium congregata ad negotia tractanda quae expeditam requirant definitiōnem, constat sodalibus quorum plerique, Episcopi, a iure peculiaris synodi deputantur ratione officii quod adimplent, alii vero a Romano Pontifice directe nominantur; quibus accedunt aliqui sodales institutorum religiosorum clericalium ad normam eiusdem iuris electi.

pomagajo rimskemu papežu pri skrbi za ohranjanje in rast vere in nрави, pri ohranjevanju in utrjevanju cerkvene discipline pa tudi pri pretresanju vprašanj, ki se tičejo delovanja Cerkve v svetu.

Kan. 343 — Škofovská sinoda ima pravico razpravljati o vprašanjih, ki jih je treba premisliti, in izraziti želje, ne pa o njih odločiti ali o njih izdati odloke, razen če jim je za določene primere rimski papež dal oblast odločiti, in mora v tem primeru sklepne sinode potrditi.

Kan. 344 — Škofovská sinoda je neposredno pod oblastjo rimskega papeža, ki ima pravico:

1. sklicati sinodo, kolikorkrat se to njemu zdi primerno, in določiti kraj, kjer naj bodo zborovanja;

2. potrditi izvolitev članov, ki jih je po določbi posebnega prava treba izvoliti, ter določiti in imenovati druge člane;

3. po določbi posebnega prava pravočasno pred sinodo določiti vsebino vprašanj, ki jih je treba obravnavati;

4. določiti vrstni red razpravljanja;

5. sam ali po drugih predsedovati sinodi;

6. samo sinodo zaključiti, premestiti, prekiniti in razpustiti.

Kan. 345 — Škofovská sinoda se more zbrati na splošnem rednem ali izrednem zborovanju, na katerem se namreč razpravlja o stvareh, ki se neposredno tičejo blagra vse Cerkve, ali tudi na posebnem zborovanju, na katerem pa se razpravlja o stvareh, ki se neposredno tičejo določene ali določenih regij.

Kan. 346 — § 1. Škofovsko sinodo, ki se zbore na splošnem rednem zborovanju, sestavljajo člani, od katerih je večina škofov, ki jih za posamezna zborovanja izvolijo škofovské konference na način, ki ga določa posebno pravo o sinodi; nekateri so določeni v moči istega prava; druge imenuje neposredno rimski papež; tem se pridruži nekaj članov kleričkih redovnih ustanov, ki se izvolijo po določbi istega posebnega prava.

§ 2. Škofovsko sinodo, ki se zbore na splošnem izrednem zborovanju, da bi razpravljala o stvareh, ki zahtevajo hitro rešitev, sestavljajo člani, katerih večina so škofje, ki se določijo po posebnem pravu sinode zaradi službe, ki jo opravlajo, druge pa neposredno imenuje rimski papež; tem članom se pridružijo nekateri člani kleričkih redovnih ustanov, ki se izvolijo po določbi istega prava.

§ 3. Synodus Episcoporum, quae in coetum specialem congregatur, constat sodalibus delectis praecipue ex iis regionibus pro quibus convocata est, ad normam iuris peculiaris, quo synodus regitur.

Can. 347 — § 1. Cum synodi Episcoporum coetus a Romano Pontifice concluditur, explicit munus in eadem Episcopis aliisque sodalibus commissum.

§ 2. Sede Apostolica post convocatam synodum aut inter eius celebrationem vacante, ipso iure suspenditur synodi coetus, itemque munus sodalibus in eodem commissum, donec novus Pontifex coetum aut dissolvendum aut continuandum decreverit.

Can. 348 — § 1. Synodi Episcoporum habetur secretaria generalis permanens, cui praeest Secretarius generalis, a Romano Pontifice nominatus, cuique praesto est consilium secretariae, constans Episcopis, quorum alii, ad normam iuris peculiaris, ab ipsa synodo Episcoporum eliguntur, alii a Romano Pontifice nominantur, quorum vero omnium munus explicit, ineunte novo coetu generali.

§ 2. Pro quolibet synodi Episcoporum coetu praeterea unus aut plures secretarii speciales constituantur qui a Romano Pontifice nominantur, atque in officio ipsis commisso permanent solum usque ad expletum synodi coetum.

Caput III

DE SANCTAE ROMANAEC ECCLESIAE CARDINALIBUS

Can. 349 — S. R. E. Cardinales peculiare Collegium constituunt, cui competit ut electioni Romani Pontificis provideat ad normam iuris peculiaris; Cardinales item Romano Pontifici adsunt sive collegialiter agendo, cum ad quaestiones maioris momenti tractandas in unum convocantur, sive ut singuli, scilicet variis officiis, quibus funguntur. eidem Romano Pontifici operam praestando in cura praesertim cotidiana universae Ecclesiae.

Can. 350 — § 1. Cardinalium Collegium in tres ordines distribuitur: episcopalem, ad quem pertinent Cardinales quibus a Romano Pontifice titulus assignatur Ecclesiae suburbicariae, necnon Patriarchae orientales qui in Cardinalium Collegium relati sunt; presbyteralem et diaconalem.

§ 2. Cardinalibus ordinis presbyteralis ac diaconalis suus cuique titulus aut diaconia in Urbe assignatur a Romano Pontifice.

§ 3. Patriarchae orientales in Cardinalium Collegium assumpti in titulum habent suam patriarchalem sedem.

§ 3. Škofovsko sinodo, ki se zbere na posebno zborovanje, sestavljači člani, ki so odbrani predvsem iz tistih regij, za katere je bila sklicana, po določbi posebnega prava, ki velja za sinodo.

Kan. 347 — § 1. Ko rimskega papeža zaključi zborovanje škofovsko sinode, preneha naloga, ki je bila na njej zaupana škofov in drugim članom.

§ 2. Če se po sklicu sinode ali v času trajanja sinode izprazni apostolski sedež, se po samem pravu zborovanje sinode prekine, in enako naloga, ki je bila članom na njej zaupana, dokler novi papež ne odloči, ali naj se zborovanje razpusti ali nadaljuje.

Kan. 348 — § 1. Škofovsko sinodo ima stalno glavno tajništvo, ki mu predseduje od rimskega papeža imenovani glavni tajnik, temu pa pomaga svet tajništva, sestavljen iz škofov, izmed katerih nekatere po določbi posebnega prava izvoli sama škofovsko sinoda, druge pa imenuje rimskega papeža; vsem pa preneha služba, ko se začne novo splošno zborovanje.

§ 2. Za katerokoli zborovanje škofovsko sinode se poleg tega postavi eden ali več posebnih tajnikov, ki jih imenuje rimskega papeža in ostanejo v službi, ki jim je zaupana, samo do konca zborovanja sinode.

Tretje poglavje

KARDINALI SVETE RIMSKE CERKVE

Can. 349 — Kardinali svete rimske Cerkve sestavljajo poseben zbor, ki je pristojen za izvolitev rimskega papeža po določbi posebnega prava; kardinali tudi pomagajo rimskemu papežu, kadar so sklicani, da razpravljajo o pomembnejših vprašanjih kot zbor, ali kot posamezniki opravljajo različne službe in so rimskemu papežu v pomoč predvsem pri vsakodnevni skrbi za vso Cerkev.

Can. 350 — § 1. Kardinalski zbor se deli na tri redove: škofovskega, ki mu pripadajo kardinali, katerim rimskega papeža podeli v naslov rimske okoliške cerkve, in vzhodni patriarhi, ki so pridruženi kardinalskemu zboru; duhovniškega in diakonskega.

§ 2. Kardinalom duhovniškega in diakonskega reda dodeli rimskega papeža vsakemu svoj naslov ali diakonijo v mestu Rimu.

§ 3. Vzhodni patriarhi, ki so prizvani v kardinalski zbor, imajo v naslov svoj patriarchatski sedež.

§ 4. Cardinalis Decanus in titulum habet dioecesim Ostiensem, una cum alia Ecclesia quam in titulum iam habebat.

§ 5. Per optionem in Consistorio factam et a Summo Pontifice approbatam, possunt, servata prioritate ordinis et promotionis, Cardinales ex ordine presbyterali transire ad alium titulum et Cardinales ex ordine diaconali ad aliam diaconiam et, si per integrum decenium in ordine diaconali permanserint, etiam ad ordinem presbyteralem.

§ 6. Cardinalis ex ordine diaconali transiens per optionem ad ordinem presbyteralem, locum obtinet ante omnes illos Cardinales presbyteros, qui post ipsum ad Cardinalatum assumpti sunt.

Can. 351 — § 1. Qui Cardinales promoveantur, libere a Romano Pontifice seliguntur viri, saltem in ordine presbyteratus constituti, doctrina, moribus, pietate necnon rerum agendarum prudentia egregie praestantes; qui nondum sunt Episcopi, consecrationem episcopalem recipere debent.

§ 2. Cardinales creantur Romani Pontificis decreto, quod quidem coram Cardinalium Collegio publicatur; inde a publicatione facta officiis tenentur atque iuribus gaudent lege definitis.

§ 3. Promotus ad cardinalitiam dignitatem, cuius creationem Romanus Pontifex annuntiaverit, nomen autem in pectore sibi reservans, nullis interim tenetur Cardinalium officiis nullisque eorum gaudet iuribus; postquam autem a Romano Pontifice eius nomen publicatum fuerit, iisdem tenetur officiis fruiturque iuribus, sed iure praecedentiae gaudet a die reservationis in pectore.

Can. 352 — § 1. Cardinalium Collegio praeest Decanus, eiusque impediti vices sustinet Subdecanus; Decanus, vel Subdecanus, nulla in ceteros Cardinales gaudet potestate regiminis, sed ut primus inter pares habetur.

§ 2. Officio Decani vacante, Cardinales titulo Ecclesiae suburbicariae decorati, iisque soli, praesidente Subdecano si adsit, aut antiquiore ex ipsis, e coetus sui gremio unum eligant qui Decanum Collegii agat; eius nomen ad Romanum Pontificem deferant, cui competit electum probare.

§ 3. Eadem ratione de qua in § 2, praesidente ipso Decano, eligitur Subdecanus; Subdecani quoque electionem probare Romano Pontifici competit.

§ 4. Decanus et Subdecanus, si in Urbe domicilium non habeant, illud ibidem acquirant.

Can. 353 — § 1. Cardinales collegiali actione supremo Ecclesiae Pastori praecipue auxilio sunt in Consistoriis, in quibus iussu Roma-

§ 4. Kardinal dekan ima v naslov ostijsko škofijo skupaj z drugo Cerkvio, ki jo je že imel v naslov.

§ 5. Po opciji, izraženi v konzistoriju in potrjeni od papeža, morejo, upoštevajoč prednost reda in imenovanja, kardinali iz duhovniškega reda preiti k drugemu naslovu, kardinali iz diakonskega reda pa k drugi diakoniji in, če so že polnih deset let bili v diakonskem redu, morejo ti preiti tudi k duhovniškemu redu.

§ 6. Kardinal iz diakonskega reda, ki po opciji preide k duhovniškemu redu, dobi mesto pred vsemi tistimi kardinali duhovniki, ki so za njim postali kardinali.

Kan. 351 — § 1. Rimski papež svobodno izbira može, ki naj bi postali kardinali in so vsaj duhovniki, ki se izredno odlikujejo po znanju, hravnosti, pobožnosti in preudarnem delovanju; tisti, ki še niso škofje, morajo prejeti škofovsko posvečenje.

§ 2. Kardinale imenuje rimski papež z odlokom, ki ga razglasí vpričo kardinalskega zpora; ed razglasitve dalje jih vežejo dolžnosti in imajo pravice, ki jih določa zakon.

§ 3. Tistega, ki je bil povzdignjen v kardinalsko čast in je njegovo imenovanje rimski papež razglasil, imena pa ni povedal, v tem času ne vežejo nobene dolžnosti in nima nobenih pravic kardinalov; ko pa rimski papež pozneje njegovo ime objavi, ima iste dolžnosti in pravice, prednostni red pa mu gre od dneva, ko je bil v srcu izbran.

Kan. 352 — § 1. Kardinalskemu zboru predseduje dekan, ki ga, kadar je oviran, nadomešča poddekan; dekan ali poddekan nima nobene vodstvene oblasti nad drugimi kardinali, ampak velja za prvega med enakimi.

§ 2. Ko je dekanova služba izpraznjena, naj kardinali, ki imajo v naslov okoliške cerkve in samo ti, pod predsedstvom poddekanu, če je navzoč, ali najstarejšega izmed njih, izvolijo iz svoje srede enega, ki naj opravlja službo dekana; njegovo ime naj sporočijo rimskemu papežu, ki je pristojen za potrditev izvoljenega.

§ 3. Na isti način, kot ga določa § 2, se pod predsedstvom samega dekana izvoli poddekan; tudi za potrditev izvolitve poddekanu je pristojen rimski papež.

§ 4. Če dekan in poddekan nimata v Rimu domovališča, ga tam dobita.

Kan. 353 — § 1. Kardinali z zbornim delovanjem pomagajo vrhovnemu pastirju Cerkve predvsem v konzistorijih, na katere se

ni Pontificis coque praesidente congregantur; Consistoria habentur ordinaria aut extraordinaria.

§ 2. In Consistorium ordinarium, convocantur omnes Cardinales, saltem in Urbe versantes, ad consultationem de quibusdam negotiis gravibus, communius tamen contingentibus, aut ad actus quosdam maxime sollemnes peragendos.

§ 3. In Consistorium extraordinarium, quod celebratur cum pecunia Ecclesiae necessitates vel graviora negotia tractanda id suadeant, convocantur omnes Cardinales.

§ 4. Solum Consistorium ordinarium, in quo aliquae sollemnitates celebrantur, potest esse publicum, cum scilicet praeter Cardinales admittuntur Praelati, legati societatum civilium aliive ad illud invitiati.

§ 2. Vacante sede episcopali, nisi aliud a competenti auctoritate statutum fureit, Episcopus auxiliaris, donec novus Episcopus possessionem sedis ceperit, omnes et solas servat potestates et facultates quibus sede plena, tamquam Vicarius generalis vel tamquam Vicarius episcopalis, gaudebat; quod si ad munus Administratoris dioecesani non fuerit designatus, eandem suam potestatem, a iure quidem collatam, exerceat sub auctoritate Administratoris dioecesani, qui regimini dioecesis praeest.

Can. 410 — Episcopus coadjutor et Episcopus auxiliaris obligatione tenentur, sicut et ipse Episcopus dioecesanus, residendi in dioecesi; a qua, praeterquam ratione alicuius officii extra dioecesim implendi aut feriarum causa, quae ultra mensem ne protrahantur, nonnisi ad breve tempus discedant.

Can. 411 — Episcopo coadjutori et auxiliari, ad renuntiationem ab officio quod attinet, applicantur praescripta cann. 401 et 402, § 2.

Caput III

DE SEDE IMPEDITA ET DE SEDE VACANTE

Art. 1

DE SEDE IMPEDITA

Can. 412 — Sedes episcopalis impedita intellegitur, si captivitate, relegatione, exilio aut inhabilitate Episcopus dioecesanus plane a munere pastorali in dioecesi procurando praepediatur, ne per litteras quidem valens cum dioecesatis communicare.

Can. 413 — § 1. Sede impedita, regimen dioecesis, nisi aliter Sancta Sedes providerit, competit Episcopo coadjutori, si adsit; eo deficiente aut impedito, alicui Episcopo auxiliari aut Vicario generali vel episcopali aliive sacerdoti, servato personarum ordine statuto in elenco ab Episcopo dioecesano quam primum a capta dioecesis possessione componendo; qui elenches cum Metropolita communicandus singulis saltem trienniis renovetur atque a cancellario sub secreto servetur.

§ 2. Si deficiat aut impediatur Episcopus coadjutor atque elenches, de quo in § 1, non suppetat, collegii consultorum est sacerdotem eligere, qui dioecesim regat.

Kan. 409 — § 1. Kadar je izpraznjen škofovski sedež, škof pomočnik takoj postane škof škofije, za katero je bil postavljen, samo da jo vzame zakonito v posest.

§ 2. Kadar je izpraznjen škofovski sedež, pomožni škof, dokler novi škof ne vzame sedeža v posest, ohrani vse in samo tiste oblasti in pooblastila, ki jih je imel kot generalni ali škofov vikar v času, ko je bil sedež zaseden, če ni pristojna oblast določila kaj drugega; če ni bil določen za škofijskega upravitelja, naj svojo oblast, ki mu jo daje pravo, izvršuje pod oblastjo škofijskega upravitelja, ki vodi škofijo.

Kan. 410 — Škof pomočnik in pomožni škof, kakor tudi sam krajevni škof, so dolžni bivati v škofiji, katere naj, razen iz razlogov kakšne uradne dolžnosti, ki jo morajo opraviti zunaj škofije, ali zaradi počitnic, ki naj se ne zavlečajo čez mesec dni, ne zavrejo, razen za kratek čas.

Kan. 411 — Kar zadeva odpoved službe, se tudi za škofa pomočnika in pomožnega škofa uporablajo predpisi kan. 401 in 402, § 2.

Tretje poglavje

OVIRAN IN IZPRAZNEN SEDEŽ

Prvi člen

OVIRAN SEDEŽ

Kan. 412 — Škofovski sedež je oviran, če je krajevnemu škofu zaradi ujetništva, izgnanstva, begunstva ali nezmožnosti popolnoma onemogočena pastoralna služba v skrbi za škofijo, tako da s škofljani ne more niti pismeno občevati.

Kan. 413 — § 1. Če je sedež oviran, prevzame vodstvo škofije škof pomočnik, če je, razen če sveti sedež ukrene drugače; če tega ni ali je oviran, potem pomožni škof ali generalni ali škofov vikar ali kak drug duhovnik, upoštevajoč določen vrstni red v seznamu oseb, ki ga mora krajevni škof sestaviti, brž ko je vzel škofijo v posest; ta seznam mora sporočiti metropolitu, ga vsaj vsaka tri leta obnoviti, kancler pa ga mora hraniti v tajnosti.

§ 2. Če ni škofa pomočnika ali je oviran in tudi ni seznama, o katerem govori § 1, mora zbor svetovalcev izvoliti duhovnika, ki naj vodi škofijo.

§ 3. Qui dioecesis regimen, ad norman §§ 1 vel 2, suscepit, quam primum Sanctam Sedem moneat de sede impedita ac de suscep-to munere.

Can. 414 — Quilibet ad normam can. 413 vocatus ut ad interim dioecesis curam pastoralem gerat pro tempore quo sedes impeditur tantum, in cura pastorali dioecesis exercenda tenetur obligationibus atque potestate gaudet, quae iure Administratori dioecesano competunt.

Can. 415 — Si Episcopus dioecesanus poena ecclesiastica a munere exercendo prohibeatur, Metropolita aut, si is deficiat vel de eodem agatur, suffraganeus antiquior promotione ad Sanctam Sedem statim recurrat, ut ipsa provideat.

Art. 2

DE SEDE VACANTE

Can. 416 — Sedes episcopalnis vacat Episcopi dioecesani morte, renuntiatione a Romano Pontifice acceptata, translatione ac privatione Episcopo intimata.

Can. 417 — Vim habent omnia quae gesta sunt a Vicario generali aut Vicario episcopali, donec certam de obitu Episcopi dioecesani notitiam iidem acceperint, itemque quae ab Episcopo dioecesano aut a Vicario generali vel episcopali gesta sunt, donec certam de memoratis actibus pontificis notitiam receperint.

Can. 418 — § 1. A certa translationis notitia, Episcopus intra duos menses debet dioecesim *ad quam* petere eiusque canonicam possessionem capere; die autem captae possessionis dioecesis novae, dioecesis *a qua* vacat.

§ 2. A certa translationis notitia usque ad canonicam novae dioecesis possessionem, Episcopus translatus in dioecesi *a qua*:

1º Administratoris dioecesani potestatem obtinet eiusdemque obligationibus tenetur, cessante qualibet Vicarii generalis et Vicarii episcopalis potestate, salvo tamen can. 409, § 2;

2º integrum percipit remunerationem officio propriam.

Can. 419 — Sede vacante, regimen dioecesis, usque ad constitutio-nem Administratoris dioecesani, ad Episcopum auxiliarem, et si plures sint, ad eum qui promotione sit antiquior devolvitur; deficiente autem Episcopo auxiliari, ad collegium consultorum, nisi a Sancta Sede aliter provisum fuerit. Qui ita regimen dioecesis assumit, sine mora convocet collegium competens ad deputandum Administratorem dioecesanum.

§ 3. Kdor prevzame vodstvo škofije po določbi §§ 1 in 2, mora čimprej sporočiti svetemu sedežu, da je sedež oviran in da je pre-vzel službo.

Kan. 414 — Vsakogar, ki je po določbi kan. 413 poklican, da za-časno prevzame pastoralno skrb za škofijo, ko je sedež oviran, v opravljanju pastirske službe škofije vežejo dolžnosti in ima oblast, ki gre po pravu škofijskemu upravitelju.

Kan. 415 — Če krajevnemu škofu cerkvena kazen prepoveduje opravljati službo, se mora metropolit, če pa tega ni ali je ta kazen samega zadela, najstarejši po posvečenju izmed podrejenih škofov, takoj obrniti na sveti sedež, da ta ukrepa.

Drugi člen

IZPRAZNJEN SEDEŽ

Kan. 416 — Škofovski sedež se izprazni s smrto krajevnega ško-fa, z odpovedjo, ki jo je rimski papež sprejel, s premestitvijo in z od-vzemom, ko je škofu sporočen.

Kan. 417 — Vsa opravila generalnega ali škofovega vikarja so veljavna, dokler nista prejela zanesljivega sporočila o smrti krajevnega škofa; prav tako je veljavno vse, kar so opravili krajevni škof, generalni ali škofov vikar, dokler ni dospelo k njim zanesljivo spo-ročilo o omenjenih papeških ukrepih.

Kan. 418 — § 1. Ko škof zagotovo zve, da je premeščen, mora v dveh mesecih oditi v novo škofijo in jo vzeti v kanonično posest; od dne, ko vzame novo škofijo v posest, pa je prejšnja izpraznjena.

§ 2. Od zanesljivega sporočila o premestitvi do kanoničnega pre-vzema nove škofije v posest premeščeni škof v prejšnji škofiji:

1. dobi oblast in dolžnosti škofijskega upravitelja, preneha pa vsakršna oblast generalnega in škofovega vikarja, vendar velja pred-pis kan. 409, § 2;

2. prejema ves dohodek, ki pripada službi.

Kan. 419 — Če je sedež izpraznjen, se vodstvo škofije do posta-vitve škofijskega upravitelja prenese na pomožnega škofa, če pa jih je več, na starejšega po posvečenju med njimi; če ni pomožnega škofa, pa na zbor svetovalcev, ako sveti sedež ni ukrenil drugače. Kdor tako prevzame vodstvo škofije, naj brez odlašanja skliče zbor, ki je pristojen, da določi škofijskega upravitelja.

Can. 420 — In vicariatu vel praefectura apostolica, sede vacante, regimen assumit Pro-Vicarius vel Pro-Praefectus ad hunc tantum effectum a Vicario vel a Praefecto immediate post captam possessio-nem nominatus, nisi aliter a Sancta Sede statutum fuerit.

Can. 421 — § 1. Intra octo dies ab accepta vacationis sedis episco-palis notitia, Administrator dioecesanus, qui nempe dioecesim ad inter-im regat, eligendus est a collegio consultorum, firmo praescripto can. 502, § 3.

§ 2. Si intra praescriptum tempus Administrator dioecesanus, quavis de causa, non fuerit legitime electus, eiusdem deputatio devolvitur ad Metropolitam, et si vacans sit ipsa Ecclesia metropolitana aut metropolitana simul et suffraganea, ad Episcopum suffraganeum promotione antiquorem.

Can. 422 — Episcopus auxiliaris et, si is deficiat, collegium consul-torum quantocius de morte Episcopi, itemque electus in Administra-torem dioecesanum de sua electione Sedem Apostolicam certiorem faciant.

Can. 423 — § 1. Unus deputetur Administrator dioecesanus, re-probata contraria consuetudine; secus electio irrita est.

§ 2. Administrator dioecesanus ne simul sit oeconomus; quare si oeconomus dioecesis in Administratorem electus fuerit, aliud pro tempore oeconomum eligat consilium a rebus oeconomicis.

Can. 424 — Administrator dioecesanus eligatur ad normam cann. 165-178.

Can. 425 — § 1. Valide ad munus Administratoris dioecesani de-putari tantum potest sacerdos qui trigesimum quintum aetatis annum expleverit et ad eandem vacantem sedem non fuerit iam electus. no-minatus vel praesentatus.

§ 2. In Administratorem dioecesanum eligatur sacerdos, qui sit doctrina et prudentia praestans.

§ 3. Si praescriptae in § 1 condiciones posthabitae fuerint, Metro-polita aut, si ipsa Ecclesia metropolitana vacans fuerit, Episcopus suffraganeus promotione antiquior, agnita rei veritate, Administratorem pro ea vice deputet; actus autem illius qui contra praescripta § 1 sit electus, sunt ipso iure nulli.

Can. 426 — Qui, sede vacante, ante deputationem Administratoris dioecesani, dioecesim regat, potestate gaudet quam ius Vicario gene-rali agnoscit.

Can. 427 — § 1. Administrator dioecesanus tenetur obligationibus et gaudet potestate Episcopi dioecesani, iis exclusis quae ex rei natura aut ipso iure excipiuntur.

Kan. 420 — Če je izpraznjen sedež v apostolskem vikariatu ali prefekturi, prevzame vodstvo provikar ali proprefekt, ki ga je vikar ali prefekt neposredno po prevzemu v posest imenoval samo za to nalogu, razen če je sveti sedež določil drugače.

Kan. 421 — § 1. V osmih dneh po prejemu sporočila o izpraznitvi škofovskega sedeža mora zbor svetovalcev izvoliti škofijškega upravitelja, ki naj začasno vodi škoфijo, velja pa predpis kan. 502, § 3.

§ 2. Če v predpisanim roku iz kakršnegakoli razloga škofijški upravitelj ni zakonito izvoljen, preide ta določitev na metropolita, če pa je izpraznjena metropolitanska Cerkev ali hkrati metropolitan-ska in podrejena škofija, na podrejenega škofa, ki je starejši po posvečenju.

Kan. 422 — Pomožni škof, če tega ni, pa zbor svetovalcev, naj o škofov smrti, izvoljeni za škofijškega upravitelja pa prav tako o svoji izvolitvi, čimprej obvestijo apostolski sedež.

Kan. 423 — § 1. Določi naj se le en škofijški upravitelj, sicer je izvolitev neveljavna; nasproten običaj je s tem zavržen.

§ 2. Škofijški upravitelj naj ne bo hkrati ekonom; če je bil škofijški ekonom izbran za upravitelja, naj gospodarski svet izvoli začasno drugega ekonoma.

Kan. 424 — Škofijški upravitelj naj se izvoli po določbi kan. 165 do 178.

Kan. 425 — § 1. Veljavno more biti določen za službo škofijškega upravitelja le duhovnik, ki je dopolnil petintrideset let starosti in ni bil za isti izpraznjeni sedež že izvoljen, imenovan ali pred-lagan.

§ 2. Za škofijškega upravitelja naj bo izbran duhovnik, ki se odlikuje po nauku in razsodnosti.

§ 3. Če se niso upoštevali v § 1 predpisani pogoji, naj metro-polit, ali če je izpraznjena metropolitanska Cerkev, po posvečenju starejši podrejeni škof določi za ta primer upravitelja, ko se je pre-pričal o resničnosti dejanskega stanja; dejanja tistega, ki je bil iz-voljen proti predpisu § 1, pa so po samem pravu nična.

Kan. 426 — Če je sedež izpraznjen, ima tisti, ki pred določitvijo škofijškega upravitelja vodi škoфijo, oblast, ki jo pravo priznava generalnemu vikarju.

Kan. 427 — § 1. Škofijški upravitelj ima dolžnosti in oblast krajevnega škofa, razen v primerih, ki so po naravi stvari ali po pravu izvzeti.

§ 2. Administrator dioecesanus, acceptata electione, potestatem obtinet, quin requiratur ullius confirmatio, firma obligatione de qua in can. 833, n. 4.

Can. 428 — § 1. Sede vacante nihil innovetur.

§ 2. Illi qui ad interim dioecesis regimen curant, vetantur quidam agere quod vel dioecesi vel episcopalibus iuribus praeiudicium aliquod afferre possit; speciatim prohibentur ipsi, ac proinde alii quicumque, quominus siver per se sive per alium curiae dioecesanae documenta quaelibet subtrahant vel destruant, aut in iis quidquam immutent.

Can. 429 — Administrator dioecesanus obligatione tenetur residendi in dioecesi et applicandi Missam pro populo ad normam can. 388.

Can. 430 — § 1. Munus Administratoris dioecesani cessat per capitam a novo Episcopo dioecesis possessionem.

§ 2. Administratoris dioecesani remotio Sanctae Sedi reservatur; renuntiatio quae forte ab ipso fiat, authentica forma exhibenda est collegio ad electionem competenti, neque acceptance egat; remoto aut renuntiante Administratore dioecesano, aut eodem defuncto, alias eligatur Administrator dioecesanus ad normam can. 421.

Titulus II

DE ECCLESIARUM PARTICULARIUM COETIBUS

Caput I

DE PROVINCIIS ECCLESIASTICIS ET DE REGIONIBUS ECCLESIASTICIS

Can. 431 — § 1. Ut communis diversarum dioecesium vicinarum, iuxta personarum et locorum adiuncta, actio pastoralis promoveatur, utque Episcoporum dioecesanorum inter se relationes aptius foveantur, Ecclesiae particulares viciniores componantur in provincias ecclesiasticas certo territorio circumscriptas.

§ 2. Dioeceses exemptae deinceps pro regula ne habeantur; itaque singulæ dioeceses aliaeque Ecclesiae particulares intra territorium alicuius provinciae ecclesiasticae existentes huic provinciae ecclesiasticae adscribi debent.

§ 3. Unius supremæ Ecclesiae auctoritatis est, auditis quorum interest Episcopis, provincias ecclesiasticas constituere, suppressimere aut innovare.

§ 2. Ko je škofijski upravitelj sprejel izvolitev, dobi oblast, ne da bi se zahtevala potrditev kogarkoli, velja pa obveznost iz kan. 833, št. 4.

Kan. 428 — § 1. Dokler je sedež izpraznjen, se ne sme uvesti nič novega.

§ 2. Tistim, ki začasno upravljajo škofijo, je prepovedano storiti vse, kar bi moglo škodovati škofiji ali škofovskim pravicam; posebej pa je prepovedano, da bi ti ali kdo drug, bodisi sam ali po kom drugem, odnesli ali uničili kakršnekoli listine škofijske kurije ali v njih kaj spremenili.

Kan. 429 — Škofijski upravitelj je dolžan bivati v škofiji in məševati za ljudstvo po določbi kan. 388.

Kan. 430 — § 1. Služba škofijskega upravitelja prenega, ko novi škof vzame škofijo v posest.

§ 2. Odstranitev škofijskega upravitelja je pridržana svetuemu sedežu; svojo morebitno odpoved mora v verodostojni obliki izročiti zboru, pristojnemu za izvolitev, in sprejetje ni potrebno. Če je bil škofijski upravitelj odstranjen ali se je odpovedal ali umrl, naj se izvoli drug škofijski upravitelj po določbi kan. 421.

Drugi naslov

ZBORI DELNIH CERKVA

Prvo poglavje

CERKVENE POKRAJINE IN REGIJE

Kan. 431 — § 1. Da bi se glede na osebne in krajevne razmere pospeševala skupna pastoralna dejavnost različnih sosednjih škofij in da bi krajevni škofje bolj prilagojeno gojili medsebojne odnose, naj se sosednje delne Cerkve določenega ozemlja združujejo v cerkvene pokrajine.

§ 2. Praviloma naj odslej ne bo več izvzetih škofij; zato morajo biti posamezne škofije in druge delne Cerkve, ki so na ozemlju kake cerkvene pokrajine, pridružene tej cerkveni pokrajini.

§ 3. Samo vrhovna cerkvena oblast ima po posvetovanju s škofi, ki se jih to tiče, pravico ustanoviti, razpustiti ali obnoviti cerkvene pokrajine.

Can. 432 — § 1. In provincia ecclesiastica auctoritate, ad normam iuris, gaudent concilium provinciale atque Metropolita.

§ 2. Provincia ecclesiastica ipso iure personalitate iuridica gaudet.

Can. 433 — § 1. Si utilitas id suadeat, praesertim in nationibus ubi numerosiores adsunt Ecclesiae particulares, provinciae ecclesiasticae viciniores, proponente Episcoporum conferentia, a Sancta Sede in regiones ecclesiasticas coniungi possunt.

§ 2. Regio ecclesiastica in personam iuridicam erigi potest.

Can. 434 — Ad conventum Episcoporum regionis ecclesiasticae pertinet cooperationem et actionem pastoralem communem in regione fovere; quae tamen in canonibus huius Codicis conferentiae Episcoporum tribuuntur potestates, eidem conventui non competunt, nisi quaedam specialiter a Sancta Sede ei concessa fuerint.

Caput II DE METROPOLITIS

Can. 435 — Provinciae ecclesiasticae praeest Metropolita, qui est Archiepiscopus dioecesis cui praeficitur; quod officium cum sede episcopali, a Romano Pontifice determinata aut probata, coniunctum est.

Can. 436 — § 1. In dioecesibus suffraganeis Metropolitae competit:

1^o vigilare ut fides et disciplina ecclesiastica accurate serventur, et deabusibus, si qui habeantur, Romanum Pontificem certiore facere;

2^o canonicam visitationem peragere, causa prius ab Apostolica Sede probata, si eam suffraganeus neglexerit;

3^o deputare Administratorem dioecesanum, ad normam cann. 421, § 2 et 425, § 3.

§ 2. Ubi adiuncta id postulent, Metropolita ab Apostolica Sede instrui potest peculiaribus muneribus et potestate in iure particulari determinandis.

§ 3. Nulla alia in dioecesibus suffraganeis competit Metropolitis potestas regiminis; potest vero in omnibus ecclesiis, Episcopo dioecesano praemonito, si ecclesia sit cathedralis, sacras exercere functiones, uti Episcopus in propria dioecesi.

Can. 437 — § 1. Metropolita obligatione tenetur, intra tres menses a recepta consecratione episcopali, aut, si iam consecratus fuerit, a provisione canonica, per se aut per procuratorem a Romano Pontifice petendi pallium, quo quidem significatur potestas qua, in communione cum Ecclesia Romana, Metropolita in propria provincia iure instruitur.

Kan. 432 — § 1. Po določbi prava imata v pokrajini cerkveno oblast pokrajinski cerkveni zbor in metropolit.

§ 2. Cerkvena pokrajina je po samem pravu pravna oseba.

Kan. 433 — § 1. Zlasti pri narodih, kjer so delne Cerkve bolj številne, more, če je to koristno, na predlog škofovsko konference sveti sedež sosednje cerkvene pokrajine združiti v cerkvene regije.

§ 2. Cerkveno regijo je mogoče povzdigniti v pravno osebo.

Kan. 434 — Zborovanju škofov cerkvene regije pripada pospeševanje skupnega pastoralnega sodelovanja in dejavnosti v regiji; pravice, ki jih kanoni tega zakonika dajejo škofovski konferenci, pa to zborovanje nima, razen če mu je sveti sedež katere posebej podelil.

Drugo poglavje METROPOLITI

Kan. 435 — Na čelu cerkvene pokrajine je metropolit, ki je nadškof škofije, katero vodi; ta služba je povezana s škofovskim sedežem, ki ga določi ali potrdi rimskega papeža.

Kan. 436 — § 1. V podrejenih škofijah ima metropolit pravico:

1. nadzorovati, da se natančno ohranjata vera in cerkvena disciplina, in rimskega papeža obveščati o morebitnih zlorabah;

2. opraviti kanonično vizitacijo, če jo je podrejeni škof zanemaril, ko apostolski sedež to prej odobri;

3. določiti škofijskoga upravitelja po določbi kan. 421, § 2 in 425, § 3.

§ 2. Kjer razmere to zahtevajo, more apostolski sedež metropolitu dati posebne naloge in oblast, ki jih mora opredeliti območno pravo.

§ 3. V podrejenih škofijah metropolit nima nobene druge vodstvene oblasti; more pa v vseh cerkvah opraviti svete obrede kakor škof v lastni škofiji, ko je prej obvestil krajevnega škofa, če je cerkev stolnica.

Kan. 437 — § 1. Metropolit je dolžan v treh mesecih po prejemu škofovskega posvečenja, ali če je bil že posvečen, po kanoničnem prevzemu škofije, osebno ali po pooblaščencu rimskega papeža prosi za palij, ki je znamenje oblasti, katero ima metropolit po pravu v lastni pokrajini v občestvu z rimske Cerkvijo.

§ 2. Metropolita, ad normam legum liturgicarum, pallio uti potest intra quamlibet ecclesiam provinciae ecclesiasticae cui praeest, minime vero extra eandem, ne accidente quidam Episcopi dioecesani assensu.

§ 3. Metropolita, si ad aliam sedem metropolitanam transferatur, novo indiget pallio.

Can. 438 — Patriarchae et Primatis titulus, praeter praerogativam honoris, nullam in Ecclesia latina secum fert regiminis potestatem, nisi de aliquibus ex privilegio apostolico aut probata consuetudine aliud constet.

Caput III DE CONCILIIS PARTICULARIBUS

Can. 439 — § 1. Concilium plenarium, pro omnibus scilicet Ecclesiis particularibus eiusdem conferentiae Episcoporum, celebretur quoties id ipsi Episcoporum conferentiae, approbante Apostolica Sede, necessarium aut utile videatur.

§ 2. Norma in § 1 statuta valet etiam de concilio provinciali celebrando in provincia ecclesiastica, cuius termini cum territorio nationis coincidunt.

Can. 440 — § 1. Concilium provinciale, pro diversis Ecclesiis particularibus eiusdem provinciae ecclesiasticae, celebretur quoties id, de iudicio maioris partis Episcoporum dioecesanorum provinciae, opportunum videatur, salvo can. 439, § 2.

§ 2. Sede metropolitana vacante, concilium provinciale ne convocetur.

Can. 441 — Episcoporum conferentiae est:

1^o convocare concilium plenarium;

2^o locum ad celebrandum concilium intra territorium conferentiae Episcoporum eligere;

3^o inter Episcopos dioecesanos concili plenarii eligere praesidem, ab Apostolica Sede approbandum;

4^o ordinem agendi et quaestiones tractandas determinare, concili plenarii initium ac periodum indicere, illud transferre, prorogare et absolvere.

Can. 442 — § 1. Metropolitae, de consensu maioris partis Episcoporum suffraganeorum, est:

1^o convocare concilium provinciale;

2^o locum ad celebrandum concilium provinciale intra provinciae territorium eligere;

§ 2. Metropolit more po določbi liturgičnih zakonov uporablji palij v vsakteri cerkvi cerkvene pokrajine, ki jo vodi, nikakor pa zunaj nje, razen v soglasju s krajevnim škofom.

§ 3. Če je metropolit premeščen na drug metropolitanski sedež, mora prositi za nov palij.

Kan. 438 — Naslov patriarha in primasa poleg znamenja časti v latinski Cerkvi ne daje nobene vodstvene oblasti, razen če je pri katerih iz apostolskega privilegia ali potrjenega običaja razvidno kaj drugega.

Tretje poglavje

OBMOČNI CERKVENI ZBORI

Kan. 439 — § 1. Plenarni cerkveni zbor, ki je zbor za vse delne Cerkve iste škofovske konference, naj se obhaja, kadar se to sami škofovski konferenci z odobritvijo apostolskega sedeža zdi potrebno ali koristno.

§ 2. Določba v § 1 velja tudi za obhajanje pokrajinskega cerkvenega zбора v cerkveni pokrajini, katere meje se krijejo z narodnim ozemljem.

Kan. 440 — § 1. Pokrajinski cerkveni zbor naj se za različne delne Cerkve iste cerkvene pokrajine obhaja, kadar se to po presoji večine krajevnih škofov pokrajine zdi primerno, velja pa kan. 439, § 2.

§ 2. Kadar je metropolitanski sedež izpraznjen, naj se pokrajinski cerkveni zbor ne skliče.

Kan. 441 — Škofovska konferenca ima pravico:

1. sklicati plenarni cerkveni zbor;

2. izbrati kraj za obhajanje cerkvenega zбора na ozemlju škofovske konference;

3. izvoliti izmed krajevnih škofov plenarnega cerkvenega zбора predsednika, ki ga mora potrditi apostolski sedež;

4. določiti dnevni red in vprašanja, o katerih je treba razpravljati, določiti začetek in čas trajanja plenarnega cerkvenega zбора, ga premestiti, podaljšati in zaključiti.

Kan. 442 — § 1. Metropolit ima ob privolitvi večine podrejenih škofov pravico:

1. sklicati pokrajinski cerkveni zbor;

2. izbrati kraj za obhajanje pokrajinskega cerkvenega zбора na ozemlju pokrajine;

3^o ordinem agendi et quaestiones tractandas determinare, concilii provincialis initium et periodum indicere, illud transferre, prorogare et absolvere.

§ 2. Metropolitae, eoque legitime impedito, Episcopi suffraganei ab aliis Episcopis suffraganeis electi est concilio provinciali praeesse.

Can. 443 — § 1. Ad concilia particularia convocandi sunt atque in eisdem ius habent suffragii deliberativi:

1^o Episcopi dioecesani;

2^o Episcopi coadiutores et auxiliares;

3^o alii Episcopi titulares qui peculiari munere sibi ab Apostolica Sede aut ab Episcoporum conferentia demandato in territorio funguntur.

§ 2. Ad concilia particularia vocari possunt alii Episcopi titulares etiam emeriti in territorio degentes; qui quidem ius habent suffragii deliberativi.

§ 3. Ad concilia particularia vocandi sunt cum suffragio tantum consultivo:

1^o Vicarii generales et Vicarii episcopales omnium in territorio Ecclesiarum particularium;

2^o Superiores maiores institutorum religiosorum et societatum vitae apostolicae numero tum pro viris tum pro mulieribus ab Episcoporum conferentia aut a provinciae Episcopis determinando, respective electi ab omnibus Superioribus maioribus institutorum et societatum, quae in territorio sedem habent;

3^o Rectores universitatum ecclesiasticarum et catholicarum atque decani facultatum theologiae et iuris canonici, quae in territorio sedem habent;

4^o Rectores aliqui seminariorum maiorum, numero ut in n. 2 determinando, electi a rectoribus seminariorum quae in territorio sita sunt.

§ 4. Ad concilia particularia vocari etiam possunt, cum suffragio tantum consultivo, presbyteri aliquique christifideles, ita tamen ut eorum numerus non excedat dimidiam partem eorum de quibus in §§ 1-3.

§ 5. Ad concilia provincialia praeterea invitentur capitula cathedralia, itemque consilium presbyterale et consilium pastorale uniuscuiusque Ecclesiae particularis, ita quidem ut eorum singula duos ex suis membris mittant, collegialiter ab iisdem designatos; qui tamen votum habent tantum consultivum.

§ 6. Ad concilia particularia, si id iudicio Episcoporum conferentiae pro concilio plenario aut Metropolitae una cum Episcopis suffra-

3. določiti dnevni red in vprašanja, o katerih je treba razpravljati, določiti začetek in čas trajanja pokrajinskega cerkvenega zboru, ga premestiti, podaljšati in zaključiti.

§ 2. Pravico predsedovati pokrajinskemu cerkvenemu zboru ima metropolit, kadar pa je on zakonito oviran, od drugih podrejenih škofov izvoljeni podrejeni škof.

Kan. 443 — § 1. Na območne cerkvene zbole je mogoče poklicati in imajo na njih odločajoč glas:

1. krajevni škofje;

2. škofje pomočniki in pomožni škofje;

3. drugi naslovni škofje, ki opravljajo na ozemlju od apostolskega sedeža ali škofovskie konference poverjeno posebno nalogu.

§ 2. Na območne cerkvene zbole je mogoče povabiti druge naslovne škofe, ki bivajo na ozemlju, tudi upokojene; ti imajo pravico do odločajočega glasu.

§ 3. Na območne cerkvene zbole je treba povabiti, a imajo samo posvetovalen glas:

1. generalne in škofove vikarje vseh delnih Cerkva na ozemlju;

2. višje predstojnike redovnih ustanov in družb apostolskega življenja v številu, ki ga mora tako za moške kot za ženske določiti škofovskie konference ali škofje pokrajine in jih izvolijo vsi višji predstojniki ustanov in družb, ki imajo sedež na ozemlju;

3. rektorje cerkvenih in katoliških univerz in dekanje fakultet teologije in cerkvenega prava, ki imajo sedež na ozemlju;

4. nekaj ravnateljev velikih semenišč v številu, ki ga je treba določiti kakor v št. 2, izvoljenih od ravnateljev semenišč, ki so na ozemlju.

§ 4. Na območni cerkveni zbor je mogoče povabiti tudi duhovnike in druge vernike, ki pa imajo le posvetovalen glas, vendar tako, da njihovo število ne presega polovico tistih, o katerih govorijo §§ 1-3.

§ 5. Poleg tega naj se na pokrajinske cerkvene zbole povabijo stolni kapitli in tudi duhovniški in pastoralni svet vsake delne Cerkve, tako da vsak od njih pošlje po dva svoja člana, ki ju le-ti zborno določijo; vendar imajo ti samo posvetovalen glas.

§ 6. Kot goste je mogoče na območne cerkvene zbole povabiti tudi druge, če je po presoji škofovskie konference to koristno za ple-

ganeis pro concilio provinciali expediat, etiam alii ut hospites invitiari poterunt.

Can. 444 — § 1. Omnes qui ad concilia particularia convocantur, eisdem interesse debent, nisi iusto detineantur impedimento, de quo concilii praesidem certiorem facere tenentur.

§ 2. Qui ad concilia particularia convocantur et in eis suffragium habent deliberativum, si iusto detineantur impedimento, procuratorem mittere possunt; qui procurator votum habet tantum consultum.

Can. 445 — Concilium particulare pro suo territorio curat ut necessitatibus pastoralibus populi Dei provideatur atque potestate gaudet regiminis, praesertim legislativa, ita ut, salvo semper iure universalis Ecclesiae, decernere valeat quae ad fidei incrementum, ad actionem pastoralem communem ordinandam et ad moderandos mores et disciplinam ecclesiasticam communem servandam, inducendam aut tuendam opportuna videantur.

Can. 446 — Absoluto concilio particulari, praeses curet ut omnia acta concilii ad Apostolicam Sedem transmittantur; decreta a concilio edicta ne promulgentur, nisi postquam ab Apostolica Sede recognita fuerint; ipsius concilii est definire modum promulgationis decretorum et tempus quo decreta promulgata obligare incipient.

Caput IV

DE EPISCOPORUM CONFERENTIIS

Can. 447 — Episcoporum conferentia, institutum quidem permanens, est coetus Episcoporum alicuius nationis vel certi territorii, munera quaedam pastoralia coniunctim pro christifidelibus sui territorii exercentium, ad maius bonum provehendum, quod hominibus praebet Ecclesia, praesertim per apostolatus formas et rationes temporis et loci adiunctis apte accommodatas, ad normam iuris.

Can. 448 — § 1. Episcoporum conferentia regula generali comprehendit praesules omnium Ecclesiarum particularium eiusdem nationis, ad normam can. 450.

§ 2. Si vero, de iudicio Apostolicae Sedis, auditis quorum interest Episcopis dioecesanis, personarum aut rerum adiuncta id suadeant, Episcoporum conferentia erigi potest pro territorio minoris aut maioris amplitudinis, ita ut vel tantum comprehendat Episcopos aliquarum Ecclesiarum particularium in certo territorio constitutarum vel

narni cerkveni zbor ali po presoji metropolita skupaj s podrejenimi škofi za pokrajinski cerkveni zbor.

Kan. 444 — § 1. Vsi, ki so poklicani na območne cerkvene zbole, morajo biti na njih navzoči, razen če so upravičeno ovrani, o čemer so dolžni obvestiti predsednika cerkvenega zbora.

§ 2. Tisti, ki so poklicani na območne cerkvene zbole in imajo na njih odločajoč glas, morejo, če so upravičeno ovrani, poslati namestnika; ta namestnik ima samo posvetovalen glas.

Can. 445 — Območni cerkveni zbor naj skrbi, da bo na njegovem ozemlju poskrbljeno za pastoralne potrebe božjega ljudstva, in ima vodstveno, zlasti zakonodajno oblast, tako da more, vedno upoštevajoč splošno pravo Cerkve, odločiti, kar se mu zdi primerno uvesti ali varovati za rast vere, urejenost skupne pastoralne dejavnosti, usmerjanje nravi in ohranitev skupne cerkvene discipline.

Kan. 446 — Ko je območni cerkveni zbor zaključen, naj predsednik poskrbi, da se vse listine cerkvenega zpora pošljejo apostolskemu sedežu; odloki, ki jih je izdal cerkveni zbor, naj se ne razglasijo, dokler jih ni apostolski sedež pregledal; sam cerkveni zbor ima pravico določiti način razglasitve odlokov in čas, kdaj razglašeni odloki začnejo veljati.

Četrto poglavje ŠKOFOVSKIE KONFERENCE

Can. 447 — Škofovská konferencia, ktorá je traja ustanova, je zbor škofov kakego naroda alebo določeného ozemlia, ktorí po določení práva spolu izvrsujejo niektoré pastoralné náleže za verníkov svojeho ozemlia v pospeševanie večjego dobreho, ktoré ga ľudom skazuje Cerkve, zlasti v oblikoch a načinov apostolátu, ktorí sú časovními a krajevnými rozmerami primierne prilagojeni.

Can. 448 — § 1. Po splošnom praviliu sestavljajo škofovskú konferencu predstojníci všetkých delnich Cerkva istega naroda po določení kan. 450.

§ 2. Če pa po presoji apostolskeho sedeža po posvetovanju s krajevnymi škofi, ktorí sa jih to tieč, okoliščine glede ľudu alebo stvari to svetujú, je možné ustanoviť škofovskú konferencu taktiež za manj alebo obsežnejšie ozemlie, takže sa zajme sám škof nekaterih del-

praesules Ecclesiarum particularium in diversis nationibus exstantium; eiusdem Apostolicae Sedis est pro earundem singulis peculiares normas statuere.

Can. 449 — § 1. Unius supremae Ecclesiae auctoritatis est, auditis quorum interest Episcopis, Episcoporum conferentias erigere, suppri- mere aut innovare.

§ 2. Episcoporum conferentia legitime erecta ipso iure personalitate iuridica gaudet.

Can. 450 — § 1. Ad Episcoporum conferentiam ipso iure pertinent omnes in territorio Episcopi dioecesani eisque iure aequiparati, itemque Episcopi coadiutores, Episcopi auxiliares atque ceteri Episcopi titulares peculiari munere, sibi ab Apostolica Sede vel ab Episcoporum conferentia demandato, in eodem territorio fungentes; invitari quoque possunt Ordinarii alterius ritus, ita tamen ut votum tantum consultivum habeant, nisi Episcoporum conferentiae statuta aliud decernant.

§ 2. Ceteri Episcopi titulares neconon Legatus Romani Pontificis non sunt de iure membra Episcoporum conferentiae.

Can. 451 — Quaelibet Episcoporum conferentia sua conficiat statuta, ab Apostolica Sede recognoscenda, in quibus, praeter alia, ordinentur conferentiae conventus plenarii habendi, et provideantur consilium Episcoporum permanens et secretaria generalis conferentiae, atque alia etiam officia et commissiones quae iudicio conferentiae fini consequendo efficacius consulant.

Can. 452 — § 1. Quaelibet Episcoporum conferentia sibi eligat praesidem, determinet quisnam, praeside legitimate impedito, munere propraesidis fungatur, atque secretarium generale designet, ad normam statutorum.

§ 2. Praeses conferentiae, atque eo legitimate impedito pro-praeses, non tantum Episcoporum conferentiae conventibus generalibus, sed etiam consilio permanenti praeest.

Can. 453 — Conventus plenarii Episcoporum conferentiae habentur semel saltem singulis annis, et praeterea quoties id postulent peculiaria adjuncta, secundum statutorum praescripta.

Can. 454 — § 1. Suffragium deliberativum in conventibus plenariis Episcoporum conferentiae ipso iure competit Episcopis dioecesani eisque qui iure ipsis aequiparantur, necnon Episcopis coadiutoribus.

nih Cerkva določenega ozemlja ali predstojnike delnih Cerkva različnih narodov; apostolski sedež ima pravico za vsako izmed teh izdati posebne določbe.

Kan. 449 — § 1. Samo vrhovna cerkvena oblast ima po posvetovanju s škofi, ki se jih to tiče, pravico ustanoviti, razpustiti ali obnoviti škofovsko konferenco.

§ 2. Zakonito ustanovljena škofovsko konferenco je po samem pravu pravna oseba.

Can. 450 — § 1. Po samem pravu pripadajo škofovski konferenci vsi krajevni škofje na ozemlju in tisti, ki so jim po pravu enaki, in tudi škofje pomočniki, pomožni škofje in drugi naslovni škofje, ki jim je apostolski sedež ali škofovsko konferenco poverila posebno nalogu, da jo opravlajo na tem ozemlju; povabiti je mogoče tudi ordinarije drugega obreda, vendar tako, da imajo samo posvetovalen glas, razen če statut škofovsko konference odloča kaj drugega.

§ 2. Drugi naslovni škofje in tudi odposlanec rimskega papeža po pravu niso člani škofovsko konference.

Can. 451 — Vsaka škofovsko konferenco naj izdela svoj statut, ki mora biti pregledan od apostolskega sedeža, in se v njem poleg drugega urejajo plenarna zasedanja, ki jih mora imeti konferenco, in poskrbi za stalni svet škofov in glavno tajništvo konference pa tudi za druge službe in komisije, ki po presoji konference zagotavljajo učinkovitejše doseganje cilja.

Can. 452 — § 1. Vsaka škofovsko konferenco naj si po določbi statuta izvoli predsednika, določi, kdo opravlja nalogu namestnika predsednika, kadar je predsednik zakonito oviran, in določi glavnega tajnika.

§ 2. Predsednik konference, če je ta zakonito oviran, pa podpredsednik, predseduje ne le glavnim zasedanjem škofovsko konference, ampak tudi stalnemu svetu.

Can. 453 — Plenarna zasedanja škofovsko konference naj bodo vsako leto vsaj enkrat, poleg tega pa, kadar po predpisih statuta to zahtevajo posebne razmere.

Can. 454 — § 1. Po samem pravu imajo na plenarnih zasedanjih škofovsko konferenco odločajoč glas krajevni škofje in tisti, ki so jim po pravu enaki, pa tudi škofje pomočniki.

§ 2. Episcopis auxiliaribus ceterisque Episcopis titularibus qui ad Episcoporum conferentiam pertinent, suffragium competit deliberativum aut consultivum, iuxta statutorum conferentiae praescripta; firmum tamen sit eis solis, de quibus in § 1, competere suffragium deliberativum, cum agitur de statutis conficiendis aut immutandis.

Can. 455 — § 1. Episcoporum conferentia decreta generalia ferre tantummodo potest in causis, in quibus ius universale id praescribit aut peculiare Apostolicae Sedis mandatum sive motu proprio sive ad petitionem ipsius conferentiae id statuerit.

§ 2. Decreta de quibus in § 1, ut valide ferantur in plenario conventu, per duas saltem ex tribus partibus suffragiorum Praesulum, qui voto deliberativo fruentes ad conferentiam pertinent, proferri debent, atque vim obligandi non obtinent, nisi ab Apostolica Sede recognita, legitime promulgata fuerint.

§ 3. Modus promulgationis et tempus a quo decreta vim suam exserunt, ab ipsa Episcoporum conferentia determinantur.

§ 4. In casibus in quibus nec ius universale nec peculiare Apostolicae Sedis mandatum potestatem, de qua in § 1, Episcoporum conferentiae concessit, singuli Episcopi dioecesani competentia integra manet, nec conferentia eiusve praeses nomine omnium Episcoporum agere valet, nisi omnes et singuli Episcopi consensum dederint.

Can. 456 — Absoluto conventu plenario Episcoporum conferentiae, relatio de actis conferentiae necnon eius decreta a praeside ad Apostolicam Sedem transmittantur, tum ut in eiusdem notitiam acta perforantur, tum ut decreta, si quae sint, ab eadem recognosci possint.

Can. 457 — Consilii Episcoporum permanentis est curare, ut res in plenario conventu conferentiae agendae praeparentur et decisiones in conventu plenario statutae debite executioni mandentur; eiusdem etiam est alia negotia peragere, quae ipsi ad normam statutorum committuntur.

Can. 458 — Secretariae generalis est:

1º relationem componere actorum et decretorum conventus plenarii conferentiae necnon actorum consilii Episcoporum permanentis, et eadem cum omnibus conferentiae membris communicare itemque alia acta conscribere, quae ipsi a conferentiae praeside aut a consilio permanenti componenda committuntur;

2º communicare cum Episcoporum conferentiis finitimus acta et documenta quae a conferentia in plenario conventu aut a consilio Episcoporum permanenti ipsis transmitti statuantur.

§ 2. Pomožni škofje in drugi naslovni škofje, ki so člani škofovske konference, imajo odločajoč ali posvetovalen glas, kakor predpisuje statut konference; kadar gre za pripravo ali spremenitev statuta, pa naj vendar imajo odločajoč glas samo tisti, o katerih govorí § 1.

Kan. 455 — § 1. Škofovska konferenca more izdati odloke le v primerih, za katere to predpisuje splošno pravo ali je to določilo posebno naročilo apostolskega sedeža ali iz lastnega nagiba ali na prošnjo same konference.

§ 2. Da so odloki, o katerih govorí § 1, na plenarnem zasedanju veljavno sprejeti, morajo dobiti vsaj dve tretjini glasov predstojnikov, ki so člani konference in imajo odločajoč glas, obvezujočo moč pa dobijo le, ko jih pregleda apostolski sedež in so zakonito razglašeni.

§ 3. Način razglasitve in čas, ko odloki začno veljati, določi škofovska konferenca sama.

§ 4. V primerih, za katere ne splošno pravo ne posebno naročilo apostolskega sedeža ni podelilo škofovski konferenci oblasti, ki jo omenja § 1, ostane pravica posameznega krajevnega škofa neokrnjena in konferenca ali njen predsednik v imenu vseh škofov ne more ukrepati, razen če so vsi in posamezni škofje dali privolitev.

Kan. 456 — Po končanem plenarnem zasedanju škofovske konference naj predsednik pošlje poročilo o delu konference in tudi njene odloke apostolskemu sedežu, da ga obvesti o njenem delu in da more pregledati odloke, če kakšni so.

Kan. 457 — Stalni svet škofov mora skrbeti, da se pripravi vse, kar bo obravnavalo plenarno zasedanje konference in da se odločitve, ki jih je plenarno zasedanje določilo, ustrezno izvršujejo; skrbeti mora tudi, da se izvršujejo druge zadeve, ki so mu po določbi statuta zaupane.

Kan. 458 — Glavno tajništvo mora:

1. sestaviti poročilo o delu in odlokih plenarnega zasedanja konference in tudi o dejavnostih stalnega sveta škofov ter jih poslati vsem članom konference, prav tako sestaviti druge spise, ki mu jih v sestavo izroči sam predsednik konference ali stalni svet;

2. pošiljati sosednjim škofovskim konferencam spise in listine, ki jim jih konferenca na plenarnem zasedanju ali stalni svet škofov skleneta poslati.

Can. 459 — § 1. Foveantur relationes inter Episcoporum conferentias, praesertim viciniores, ad maius bonum promovendum ac tuendum.

§ 2. Quoties vero actiones aut rationes a conferentiis ineuntur formam internationalem praeseferentes, Apostolica Sedes audiatur oportet.

Titulus III

DE INTERNA ORDINATIONE ECCLESiarum PARTICULARIUM

Caput I

DE SYNODO DIOECESANA

Can. 460 — Synodus dioecesana est coetus delectorum sacerdotum aliorumque christifidelium Ecclesiae particularis, qui in bonum totius communilitatis dioecesanae Episcopo dioecesano adiutricem operam praestant, ad normam canonum qui sequuntur.

Can. 461 — § 1. Synodus dioecesana in singulis Ecclesiis particularibus celebretur cum, iudicio Episcopi dioecesani et auditu consilio presbyterali, adiuncta id suadeant.

§ 2. Si Episcopus plurium dioecesium curam habet, aut unius curam habet uti Episcopus proprius, alterius vero uti Administrator, unam synodum dioecesanam ex omnibus dioecesibus sibi commissis convocare potest.

Can. 462 — § 1. Synodum dioecesanam convocat solus Episcopus dioecesanus, non autem qui ad interim dioecesi praeest.

§ 2. Synodo dioecesanae praeest Episcopus dioecesanus, qui tamen Vicarium generalem aut Vicarium episcopalem pro singulis sessionibus synodi ad hoc officium implendum delegare potest.

Can. 463 — § 1. Ad synodum dioecesanam vocandi sunt uti syndici sodales eamque participandi obligatione tenentur:

1^o Episcopus coadiutor atque Episcopi auxiliares;

2^o Vicarii generales et Vicarii episcopales, necnon Vicarius iudicialis;

3^o canonici ecclesiae cathedralis;

4^o membra consilii presbyteralis;

5^o christifideles laici, etiam sodales institutorum vitae consecratae, a consilio pastorali eligendi, modo et numero ab Episcopo dioecesano determinandis, aut, ubi hoc consilium non exstet, ratione ab Episcopo dioecesano determinata;

Kan. 459 — 1. Med škofovskimi, zlasti sosednjimi konferencami, naj se gojijo stiki za pospeševanje in varovanje večjega blagra.

§ 2. Kadar pa konference obravnavajo dejavnosti ali zadeve, ki imajo mednarodni značaj, se je treba posvetovati z apostolskim sedežem.

Tretji naslov

NOTRANJA UREDITEV DELNIH CERKVA

Prvo poglavje

ŠKOFIJSKA SINODA

Kan. 460 — Škofijska sinoda je zbor izvoljenih duhovnikov in drugih vernikov delne Cerkve, ki je krajevnemu škofu v pomoci za dobro vsega škofijskega občestva po določbi naslednjih kanonov.

Kan. 461 — § 1. Škofijska sinoda naj se izvede v posameznih delnih Cerkvah, kadar po presoji krajevnega škofa in po posvetovanju z duhovniškim svetom razmere to svetujojo.

§ 2. Če ima škof na skrbi več škofij ali skrbi za eno kot lastni škof, za drugo pa kot upravitelj, more sklicati eno škofijsko sinodo iz vseh njemu zaupanih škofij.

Kan. 462 — § 1. Škofijsko sinodo skliče samo krajevni škof, ne pa tisti, ki začasno vodi škofijo.

§ 2. Škofijski sinodi predseduje krajevni škof, ki pa more za to službo za posamezne sinodalne seje pooblastiti generalnega ali škofovega vikarja.

Kan. 463 — § 1. Na škofijsko sinodo morajo biti poklicani kot člani in se je morajo udeležiti:

1. škof pomočnik in pomožni škofje;

2. generalni in škofovi vikarji pa tudi sodni vikar;

3. stolni kanoniki;

4. člani duhovniškega sveta;

5. verniki laiki, tudi člani ustanov posvečenega življenja, ki jih izvoli pastoralni svet na način in po številu, ki ju mora določiti krajevni škof ali, kjer tega sveta ni, na način, ki ga določi krajevni škof;

6º rector seminarii dioecesani maioris;

7º vicarii foranei;

8º unus saltem presbyter ex unoquoque vicariatu foraneo eligendus ab omnibus qui curam animarum inibi habeant; item eligendus est alius presbyter qui, eodem impedito, in eius locum substituatur;

9º aliqui Superiores institutorum religiosorum et societatum vitae apostolicae, quae in dioecesi domum habent, eligendi numero et modo ab Episcopo dioecesano determinatis.

§ 2. Ad synodum dioecesanam ab Episcopo dioecesano vocari uti synodi sodales possunt alii quoque, sive clerici, sive institutorum vitae consecratae sodales, sive christifideles laici.

§ 3. Ad synodum dioecesanam Episcopus dioecesanus, si id opportunum duxerit, invitare potest uti observatores aliquos ministros aut sodales Ecclesiarum vel communitatum ecclesialium, quae non sunt in plena cum Ecclesia catholica communione.

Can. 464 — Synodi sodalis, si legitimo detineatur impedimento, non potest mittere procuratorem qui ipsius nomine eidem intersit; Episcopum vero dioecesanan de hoc impedimento certiorem faciat.

Can. 465 — Propositae quaestiones omnes liberae sodalium disceptationi in synodi sessionibus subiciantur.

Can. 466 — Unus in synodo dioecesana legislator est Episcopus dioecesanus, alius synodi sodalibus voto tantummodo consultivo gaudentibus; unus ipse synodalibus declarationibus et decretis subscriptit, quae eius auctoritate tantum publici iuris fieri possunt.

Can. 467 — Episcopus dioecesanus textus declarationum ac decretorum synodalium communicet cum Metropolita necnon cum Episcoporum conferentia.

Can. 468 — § 1. Episcopo dioecesano competit pro suo prudenti iudicio synodum dioecesana suspendere necnon dissolvere.

§ 2. Vacante vel impedita sede episcopali, synodus dioecesana ipso iure intermittitur, donec Episcopus dioecesanus, qui succedit, ipsam continuari decreverit aut eandem extinctam declaraverit.

Caput II DE CURIA DIOECESANA

Can. 469 — Curia dioecesana constat illis institutis et personis, quae Episcopo operam praestant in regimine universae dioecesis, praesertim in actione pastorali dirigenda, in administratione dioecesis curanda, necnon in potestate judiciali exercenda.

6. ravnatelj velikega škofijskega semenišča;

7. dekan;

8. vsaj en duhovnik iz vsake dekanije, ki ga morajo izvoliti vsi, ki tam opravljajo pastoralno delo; prav tako mora biti izvoljen še drug duhovnik, ki naj tega nadomesti, če je zadržan;

9. nekaj predstojnikov redovnih ustanov in družb apostolskega življenja, ki imajo hiše v škofiji; izvoliti jih je treba v številu in na način, ki ju določi krajevni škof.

§ 2. Na škofijsko sinodo more krajevni škof poklicati kot sinodalne člane tudi druge, bodisi klerike bodisi člane ustanov posvečenega življenja bodisi vernike laike.

§ 3. Na škofijsko sinodo lahko krajevni škof, če se mu zdi primerno, povabi kot opazovalce nekaj služabnikov ali članov Cerkva in cerkvenih skupnosti, ki niso v polnem občestvu s katoliško Cerkvio.

Kan. 464 — Če je član sinode zakonito zadržan, ne more poslati namestnika, ki bi bil na njej navzoč v njegovem imenu; krajevnega škofa pa naj obvesti o tem zadržku.

Kan. 465 — O vseh predloženih vprašanjih naj člani na sinodalnih sejah svobodno razpravljajo.

Kan. 466 — Edini zakonodajalec na škofijski sinodi je krajevni škof, drugi člani sinode imajo le posvetovalen glas; samo on podpisuje sinodalne izjave in odloke, ki se lahko objavijo le z njegovo oblastjo.

Kan. 467 — Krajevni škof naj pošlje besedilo sinodalnih izjav in odkrov metropolitu in tudi škofovski konferenci.

Kan. 468 — § 1. Krajevni škof ima pravico, da po pametni presoji prekine in tudi razpusti škofijsko sinodo.

§ 2. Če je škofijski sedež izpraznjen ali oviran, se škofijska sinoda prekine po samem pravu, dokler krajevni škof naslednik ne odloči, da se nadaljuje, ali izjavi, da je ukinjena.

Drugo poglavje ŠKOFIJSKA KURIJA

Can. 469 — Škofijska kurija obsegata tiste ustanove in osebe, ki pomagajo škofu pri vodstvu celotne škofije, posebno pri vodstvu pastoralnega dela, upravi škofije in izvajanju sodne oblasti.

Can. 470. — Nominatio eorum, qui officia in curia dioecesana exercent, spectat ad Episcopum dioecesanum.

Can. 471 — Omnes qui ad officia in curia admittuntur debent:

1º promissionem emittere de munere fideliter adimplendo, secundum rationem iure vel ab Episcopo determinatam;

2º secretum servare intra fines et secundum modum iure aut ab Episcopo determinatos.

Can. 472 — Circa causas atque personas quae in curia ad exercitium potestatis iudicialis pertinent, serventur praescripta Libri VII *De processibus*; de iis autem quae ad administrationem dioecesis spectant, serventur praescripta canonum qui sequuntur.

Can. 473 — § 1. Episcopus dioecesanus curare debet ut omnia negotia quae ad universae dioecesis administrationem pertinent, debite coordinentur et ad bonum portionis populi Dei sibi commissae aptius procurandum ordinentur.

§ 2. Ipsius Episcopi dioecesani est coordinare actionem pastoralem Vicariorum sive generalium sive episcopalium; ubi id expediat, nominari potest Moderator curiae, qui sacerdos sit oportet, cuius est sub Episcopi auctoritate ea coordinare quae ad negotia administrativa tractanda attinent, itemque curare ut ceteri curiae addicti officium sibi commissum rite adimpleant.

§ 3. Nisi locorum adiuncta iudicio Episcopi aliud suadeant, Moderator curiae nominetur Vicarius generalis aut, si plures sint, unus ex Vicariis generalibus.

§ 4. Ubi id expedire iudicaverit, Episcopus, ad actionem pastoralem aptius fovendam, constituere potest consilium episcopale, constans scilicet Vicariis generalibus et Vicariis episcopalibus.

adiuvet, eos sollicite sacramentis reficiendo eorumque animas Deo commendando; peculiari diligentia prosequatur pauperes, afflicti, solitarios, e patria exsules itemque peculiaribus difficultatibus gravatos; allaboret etiam ut coniuges et parentes at officia propria implenda sustineantur et in familiae vitae christianaee incrementum foveat.

§ 2. Partem quam christifideles laici in missione Ecclesiae propriam habent, parochus agnoscat et promoveat, consociationes eorumdem ad fines religionis fovendo. Cum proprio Episcopo et cum dioecesis presbyterio cooperetur, allaborans etiam ut fideles communionis paroecialis curam habeant, iidemque tum dioecesis tum Ecclesiae universae membra se sentiant operaque ad eandem communionem promovendam participant vel sustineant.

Can. 530 — Functiones specialiter parocho commissae sunt quae sequuntur:

1^o administratio baptismi;

2^o administratio sacramenti confirmationis iis qui in periculo mortis versantur, ad norman can. 883, n. 3;

3^o administratio Viatici necnon unctionis infirmorum, firmo praescripto can. 1003, §§ 2 et 3, atque apostolicae benedictionis impertitio;

4^o assistentia matrimoniis et benedictio nuptiarum;

5^o persolutio funerum;

6^o fontis baptismalis tempore paschali benedictio, ductus processionum extra ecclesiam, necnon benedictiones extra ecclesiam sollemnes;

7^o celebratio eucharistica sollemnior diebus dominicis et festis de praecepto.

Can. 531 — Licet paroeciale quoddam munus alias expleverit, oblationes quas hac occasione a christifidelibus recipit ad massam paroeciale deferat, nisi de contraria offerentis voluntate constet quoad oblationes voluntarias; Episcopo dioecesano, auditio consilio presbyterali, competit statuere praescripta, quibus destinationi harum oblationum necnon remunerationi clericorum idem munus impletum provideatur.

Can. 532 — In omnibus negotiis iuridicis parochus personam gerit paroeciae, ad normam iuris; curet ut bona paroeciae administrentur ad normam cann. 1281-1288.

Can. 533 — § 1. Parochus obligatione tenetur residendi in domo paroeciali prope ecclesiam; in casibus tamen particularibus, si iusta adsit causa, loci Ordinarius permittere potest ut alibi commoretur,

smrti, jih skrbno krepča z zakramenti in njihove duše priporoča Bogu; posebno pozornost naj skazuje revežem, prizadetim, osamljenim, iz domovine izgnanim in pa obremenjenim s posebnimi težavami; naj se trudi, da bodo zakonci in starši imeli oporo v izpolnjevanju lastnih dolžnosti, in naj pospešuje rast krščanskega življenja v družinah.

§ 2. Župnik naj priznava in pospešuje lastni delež, ki ga imajo verniki laiki v poslanstvu Cerkve, ko goji njihova združenja v verske namene. Naj sodeluje z lastnim škofom in s škofijskim zborom duhovnikov, se trudi, da bodo tudi verniki skrbeli za župnijsko občestvo in se čutili kot udje škofije in vesoljne Cerkve ter se pridružili delom, ki pospešujejo to občestvo, in jih podpirali.

Kan. 530 — Župniku so posebej zaupana naslednja opravila:

1. krščevanje;

2. birmovanje tistih, ki so v smrtni nevarnosti, po določbi kan. 883, št. 3;

3. delitev popotnice in bolniškega maziljenja, ostane pa v vljavi predpis kan. 1003, §§ 2 in 3, in podelitev apostolskega blagoslova;

4. prisostvovanje sklepanju zakona in poročni blagoslov;

5. pokopavanje;

6. blagoslov krstne vode v velikonočnem času, vodstvo procesij zunaj cerkve in tudi slovesni blagoslovi zunaj cerkve;

7. slovesnejše obhajanje evharistije ob nedeljah in zapovedanih praznikih.

Kan. 531 — Čeprav je kako župnijsko nalogo opravil kdo drug, naj darove, ki jih pri tej priložnosti sprejme od vernikov, pridruži župnijskim dohodkom, razen če je jasno, da je volja darovalca glede prostovoljnih darov nasprotna; krajevni škof pa je po posvetovanju z duhovniškim svetom pristojen, da določi predpise, ki uravnavajo namen teh darov in povračilo klerikom, ki opravijo to nalogo.

Kan. 532 — V vseh pravnih poslih po določbi prava zastopa župnijo župnik; skrbi naj, da se premoženje župnije upravlja po določbi kan. 1281—1288.

Kan. 533 — § 1. Župnik je dolžan bivati v župnišču blizu cerkve; v posebnih primerih in iz upravičenega razloga more krajevni ordinarij dovoliti, da biva drugje, zlasti v hiši, ki je skupna več duhovni-

praesertim in domo pluribus presbyteris communi, dummodo paroecialium perfunctioni munerum rite apteque sit provisum.

§ 2. Nisi gravis obstet ratio, parocho, feriarum gratia, licet quotannis a paroecia abesse ad summum per unum mensem continuum aut intermissum; quo in feriarum tempore dies non computantur, quibus semel in anno parochus spirituali recessui vacat; parochus autem, ut ultra hebdomadam a paroecia absit, tenetur de hoc loci Ordinarium monere.

§ 3. Episcopi dioecesani est normas statuere quibus prospiciatur ut, parochi absentia durante, curae provideatur paroeciae per sacerdotem debitum facultatibus instructum.

Can. 534 — § 1. Parochus, post captam paroeciae possessionem, obligatione tenetur singulis diebus dominicis atque festis in sua dioecesi de pracepto Missam pro populo sibi commisso applicandi; qui vero ab hac celebratione legitime impediatur, iisdem diebus per alium aut aliis diebus per se ipse applicet.

§ 2. Parochus, qui plurimum paroeciarum curam habet, diebus de quibus in § 1, unam tantum Missam pro universo sibi commisso populo applicare tenetur.

§ 3. Parochus qui obligationi de qua in §§ 1 et 2 non satisfecerit, quam primum pro populo tot Missas applicet, quot omiserit.

Can. 535 — § 1. In unaquaque paroecia habeantur libri paroeciales, liber scilicet baptizatorum, matrimoniorum, defunctorum, aliquique secundum Episcoporum conferentiae aut Episcopi dioecesani praescripta; prospiciat parochus ut iidem libri accurate conscribantur atque diligenter asserventur.

§ 2. In libro baptizatorum adnotentur quoque confirmatio, necnon quae pertinent ad statum canonicum christifidelium, ratione matrimoni, salvo quidem praescripto can. 1133, ratione adoptionis, itemque ratione suscepti ordinis sacri, professionis perpetuae in instituto religioso emissae necnon mutati ritus; eaeque adnotationes in documento accepti baptismi semper referantur.

§ 3. Unicuique paroeciae sit proprium sigillum; testimonia quae de statu canonico christifidelium dantur, sicut et acta omnia quae momentum iuridicum habere possunt, ab ipso parocho eiusve delegato subscribantur et sigillo paroeciali muniantur.

§ 4. In unaquaque paroecia habeatur tabularium seu archivum, in quo libri paroeciales custodiantur, una cum Episcoporum epistulis aliasque documentis, necessitatis utilitatisve causa servandis; quae omnia, ab Episcopo dioecesano eiusve delegato, visitationis vel alio opportuno tempore inspicienda, parochus caveat ne ad extraneorum manus perveniant.

kom, samo da je pravilno in primerno poskrbljeno za opravljanje župnijskih nalog.

§ 2. Če ne nasprotuje tehten razlog, sme župnik zaradi dopusta biti vsako leto odsoten iz župnije največ en mesec neprekinjeno ali s presledki; v ta čas dopusta se ne štejejo dnevi, ki jih župnik enkrat na leto preživi na duhovnih vajah; župnik mora o tem, da bo odsoten iz župnije več kot teden dni, obvestiti krajevnega ordinarija.

§ 3. Krajevni škof mora izdati določbe, da bo v času župnikove odsotnosti poskrbljeno za župnijo po duhovniku, ki dobi potrebna pooblastila.

Kan. 534 — § 1. Po prevzemu župnije v posest je župnik dolžan vsako nedeljo in praznik, ki je v škofiji zapovedan, maševati za sebi izročeno ljudstvo; kdor pa je glede tega opravila zakonito oviran, naj ga opravi v istih dneh po kom drugem ali v drugih dneh on sam.

§ 2. Župnik, ki skrbi za več župnij, je dolžan v dneh, omenjenih v § 1, opraviti le eno mašo za vse sebi zaupano ljudstvo.

§ 3. Župnik, ki ni izpolnil obveznosti, o kateri govorita §§ 1 in 2, naj čimprej opravi za ljudstvo toliko maš, kolikor jih je opustil.

Kan. 535 — § 1. V vsaki župniji morajo imeti župnijske knjige, namreč krstno, poročno, mrlisko in druge, od škofovsko konference in krajevnega škofa predpisane knjige; župnik naj skrbi, da se te knjige natančno spisujojo in vestno hranijo.

§ 2. V krstni knjigi naj se zaznamuje tudi birma in kar zadeva cerkvenopravni položaj vernikov glede poroke, velja pa predpis kan. 1133, glede posvojitve, sprejetega reda, večnih zaobljub v redovni ustanovi in spremenjenega obreda; te zaznamke je vedno treba vnesti v krstni list.

§ 3. Vsaka župnija mora imeti lasten pečat; potrdila, ki se izdaja o cerkvenopravnem položaju vernikov, kot tudi vse listine, ki morejo biti pravno pomembne, naj sam župnik ali njegov pooblaščenec podpiše in opremi z župnijskim pečatom.

§ 4. V vsaki župniji morajo imeti shrambo za listine ali arhiv, v katerem naj se hranijo župnijske knjige skupaj s pismi škofov in drugimi listinami, ki se morajo shranjevati zaradi potrebe in koristnosti; vse to naj krajevni škof ali njegov pooblaščenec pregleda ob vizitaciji ali drugem primernem času, župnik pa mora skrbeti, da to ne pride nepoklicanim v roke.

§ 5. Libri paroeciales antiquiores quoque diligenter custodiantur, secundum praescripta iuris particularis.

Can. 536 — § 1. Si, de iudicio Episcopi dioecesani, auditio consilio presbyterali, opportunum sit, in unaquaque paroecia constituatur consilium pastorale, cui parochus praeest et in quo christifideles una cum illis qui curam pastoralem vi officii sui in paroecia participant, ad actionem pastoralem fovendam suum adiutorium praeistent.

§ 2. Consilium pastorale voto gaudet tantum consultivo et regitur normis ab Episcopo dioecesano statutis.

Can. 537 — In unaquaque paroecia habeatur consilium a rebus oeconomicis, quod praeterquam iure universalis, regitur normis ab Episcopo dioecesano latis et in quo christifideles, secundum easdem normas selecti, parocho in administratione bonorum paroeciae adiutorio sint, firmo praescripto can. 532.

Can. 538 — § 1. Parochus ab officio cessat amotione aut translatione ab Episcopo dioecesano ad normam iuris peracta, renuntiatione iusta de causa ab ipso parocho facta et, ut valeat, ab eodem Episcopo acceptata, necnon lapsu temporis si, iuxta iuris particularis de quo in can. 522 praescripta, ad tempus determinatum constitutus fuerit.

§ 2. Parochus, qui est sodalis instituti religiosi aut in societate vitae apostolicae incardinatus, ad normam can. 682, § 2 amovetur.

§ 3. Parochus, expleto septuagesimo quinto aetatis anno, rogatur ut renuntiationem ab officio exhibeat Episcopo dioecesano, qui, omnibus personae et loci inspectis adjunctis, de eadem acceptanda aut differenda decernat; renuntiantis congruae sustentationi et habitationi ab Episcopo dioecesano providendum est, attentis normis ab Episcoporum conferentia statutis.

Can. 539 — Cum vacat paroecia aut cum parochus ratione captivitatis, exsili vel relegationis, inhabilitatis vel infirmitatis aliasve causae a munere pastorali in paroecia exercendo praepeditur, ab Episcopo dioecesano quam primum deputetur administrator paroecialis, sacerdos scilicet qui parochi vicem suppleat ad normam can. 540.

Can. 540 — § 1. Administrator paroecialis iisdem adstringitur officiis iisdemque gaudet iuribus ac parochus, nisi ab Episcopo dioecesano aliter statuatur.

§ 2. Administratori paroeciali nihil agere licet, quod praeiudicium afferat iuribus parochi aut damno esse possit bonis paroecialibus.

§ 3. Administrator paroecialis post expletum munus parocho rationem reddat.

§ 5. Starejše župnijske knjige naj se tudi skrbno čuvajo po predpisih območnega prava.

Kan. 536 — § 1. Če se zdi krajevnemu škofu po posvetovanju z duhovniškim svetom primerno, naj se v vsaki župniji ustanovi pastoralni svet, ki mu predseduje župnik in v katerem verniki skušaj s tistimi, ki imajo v župniji delež pri pastoralni skrbi po svoji službi, pomagajo pri pospeševanju pastoralne dejavnosti.

§ 2. Pastoralni svet ima le posvetovalen glas in se ravna po določbah, ki jih izda krajevni škof.

Kan. 537 — V vsaki župniji naj bo gospodarski svet, ki deluje po splošnem pravu in po določbah, ki jih je izdal krajevni škof, in so v njem verniki, izbrani po istih določbah, župniku v pomoč pri upravljanju župnijskega premoženja, ostane pa v veljavi predpis kan. 532.

Kan. 538 — § 1. Župniku preneha služba z odstranitvijo ali premestitvijo, ki jo odredi krajevni škof po določbi prava, z odpovedjo, ki jo iz upravičenega razloga da sam župnik in jo za veljavnost sprejme isti škof, in tudi po preteku časa, če je bil župnik postavljen za določen čas po predpisih območnega prava, o katerem govori kan. 522.

§ 2. Župnik, ki je član redovne ustanove ali inkardiniran v družbo apostolskega življenja, se odstrani po določbi kan. 682, § 2.

§ 3. Ko župnik izpolni petinsedemdeseto leto starosti, je naprošen, naj da odpoved službe krajevnemu škofu, ki pretehta vse osebne in krajevne razmere in odloči, ali jo sprejme ali pa odloži; krajevni škof mora poskrbeti za ustrezno vzdrževanje in stanovanje tistega, ki je dal odpoved, po določbah, ki jih je izdala škofovskva konferenca.

Kan. 539 — Kadar je župnija izpraznjena ali je župnik zaradi ujetništva, begunstva ali pregnanstva, nezmožnosti ali slabega zdravja ali iz kakega drugega razloga oviran pri opravljanju pastoralne službe v župniji, naj krajevni škof čimprej določi župnijskega upravitelja, to je duhovnika, ki bo nadomeščal župnika po določbi kan. 540.

Kan. 540 — § 1. Župnijskega upravitelja vežejo iste dolžnosti in uživa iste pravice kot župnik, razen če krajevni škof določi drugače.

§ 2. Župnijski upravitelj ne sme ničesar storiti, kar bi omejevalo župnikove pravice ali škodovalo župnijskemu premoženju.

§ 3. Župnijski upravitelj naj po končani službi župniku predloži račune.

Can. 541 — § 1. Vacante paroecia itemque parocho a munere pastorali exercendo impedito, ante administratoris paroecialis constitutionem, paroeciae regimen interim assumat vicarius paroecialis; si plures sint, is qui sit nominatione antiquior, et si vicarii desint, parochus iure particulari definitus.

§ 2. Qui paroeciae regimen ad normam § 1 assumpserit, loci Ordinarium de paroeciae vacatione statim certiorem faciat.

Can. 542 — Sacerdotes quibus in solidum, ad normam can. 517, § 1, alicuius paroeciae aut diversarum simul paroeciarum cura pastoralis committitur:

1^o praediti sint oportet qualitatibus, de quibus in can. 521;

2^o nominentur vel instituantur ad normam praescriptorum cann. 522 et 524;

3^o curam pastoralem obtinent tantum a momento captae possessionis; eorundem moderator in possessionem mittitur ad normam praescriptorum can. 527, § 2; pro ceteris vero sacerdotibus fidei professio legitime facta locum tenet captae possessionis.

Can. 543 — § 1. Si sacerdotibus in solidum cura pastoralis aliquius paroeciae aut diversarum simul paroeciarum committatur, singuli eorum, iuxta ordinationem ab iisdem statutam, obligatione tenent munera et functiones parochi persolvendi de quibus in cann. 528, 529 et 530; facultas matrimonii assistendii, sicuti et potestates omnes dispensandi ipso iure parocho concessae, omnibus competunt, exercendae tamen sunt sub directione moderatoris.

§ 2. Sacerdotes omnes qui ad coetum pertinent:

1^o obligatione tenentur residentiae;

2^o communi consilio ordinationem statuant, qua eorum unus Missam pro populo celebret, ad normam can. 534;

3^o solus moderator in negotiis iuridicis personam gerit paroeciae aut paroeciarum coetui commissarum.

Can. 544 — Cum cesset ab officio aliquis sacerdos e coetu, de quo in can. 517, § 1, vel coetus moderator, itemque cum eorundem aliquis inhabilis fiat ad munus pastorale exercendum, non vacat paroecia vel paroeciae, quarum cura coetui committitur; Episcopi autem dioecesani est alium nominare moderatorem; antequam vero ab Episcopo alius nominetur, hoc munus adimpleat sacerdos eiusdem coetus nominatione antiquior.

Can. 545 — § 1. Quoties ad pastoralem paroeciae curam debite adimplendam necesse aut opportunum sit, parocho adiungi possunt unus aut plures vicarii paroeciales, qui, tamquam parochi cooperatores eiusque sollicitudinis participes, communi cum parocho consilio

Kan. 541 — § 1. Kadar je župnija izpraznjena ali je župnik oviran pri opravljanju pastoralne službe, naj pred postavitvijo župnijskega upravitelja začasno prevzame vodstvo župnije župnijski kaplan; če pa jih je več, starejši po imenovanju, in če ni župnijskih kapelanov, župnik, kakor ga določa območno pravo.

§ 2. Tisti, ki bo prevzel vodstvo župnije po določbi § 1, naj takoj obvesti krajevnega ordinarija, da je župnija izpraznjena.

Kan. 542 — Duhovniki, ki se jim kot skupini po določbi kan. 517, § 1, zaupa pastoralna skrb za kako župnijo ali več župnij hkrati:

1. morajo imeti lastnosti, omenjene v kan. 521;

2. naj se imenujejo ali postavijo po določbi predpisov v kan. 522 in 524;

3. prevzamejo pastoralno skrb šele od trenutka prevzema v posest; njihov moderator se uvede v posest po določbah predpisov kan. 527, § 2; za druge duhovnike pa nadomesti prevzem v posest zakonito opravljenia izpoved vere.

Kan. 543 — § 1. Če se skupini duhovnikov zaupa pastoralna skrb za kako župnijo ali več župnij hkrati, je vsak od njih po ureditvi, ki so jo sami določili, dolžan opravljati naloge in opravila župnika, o katerih govorijo kan. 528, 529 in 530; pravico prisostvovati poroki kot tudi vsa pooblastila za spreglede, ki so pravno dovoljena župniku, imajo vsi, vendar jih morajo izvrševati pod vodstvom moderatorja.

§ 2. Vsi duhovniki, ki pripadajo skupini:

1. so vezani na dolžnost rezidence;

2. naj v skupnem posvetu določijo, kdo izmed njih mašuje za ljudstvo po določbi kan. 534;

3. samo moderator zastopa v pravnih poslih župnijo ali več zaupanih župnij.

Kan. 544 — Če kakemu duhovniku iz skupine, ki jo omenja kan. 517, § 1, ali moderatorju skupine preneha služba ali če kdo izmed njih postane nesposoben za opravljanje pastoralne službe, župnija ali župnije, katerih skrb je izročena skupini, niso izpraznjene; krajevni škof pa mora imenovati drugega moderatorja; preden pa škof imenuje drugega, naj to službo opravlja duhovnik skupine, ki je po imenovanju najstarejši.

Kan. 545 — § 1. Kadar je za dobro opravljanje pastoralne skrbi za župnijo potrebno ali primerno, se lahko župniku doda eden ali več župnijskih kapelanov, ki naj kot župnikovi sodelavci in udele-

et studio, atque sub eiusdem auctoritate operam in ministerio pastorali praestent.

§ 2. Vicarius paroecialis constitui potest sive ut opem ferat in universo ministerio pastorali explendo, et quidem aut pro tota paroecia aut pro determinata paroeciae parte aut pro certo paroeciae christifidelium coetu, sive etiam ut operam impendat in certum ministerium in diversis simul paroeciis persolvendum.

Can. 546 — Ut quis valide vicarius paroecialis nominetur, oportet sit in sacro presbyteratus ordine constitutus.

Can. 547 — Vicarium paroeciale libere nominat Episcopus dioecesanus, auditis, si opportunum id iudicaverit, parocho aut parochis paroeciarum pro quibus constituitur, necnon vicario foraneo, firmo praescripto can. 682, § 1.

Can. 548 — § 1. Vicarii paroecialis obligationes et iura, praeterquam canonibus huius capituli, statutis dioecesanis necnon litteris Episcopi dioecesani difiniuntur, specialius autem mandato parochi determinantur.

§ 2. Nisi aliud expresse litteris Episcopi dioecesani caveatur, vicarius paroecialis ratione officii obligatione tenetur parochum in universo paroeciali ministerio adiuvandi, excepta quidem applicatione Missae pro populo, itemque, si res ferat ad normam iuris, parochi vicem supplendi.

§ 3. Vicarius paroecialis regulariter de inceptis pastoralibus prospectis et susceptis ad parochum referat, ita ut parochus et vicarius aut vicarii, coniunctis viribus, pastorali curae providere valeant paroeciae, cuius simul sunt sponsores.

Can. 549 — Absente parocho, nisi aliter Episcopus dioecesanus providerit ad normam can. 533, § 3, et nisi Administrator paroecialis constitutus fuerit, serventur praescripta can. 541 § 1; vicarius hoc in casu omnibus etiam obligationibus tenetur parochi, excepta obligatione applicandi Missam pro populo.

Can. 550 — § 1. Vicarius paroecialis obligatione tenetur residendi in paroecia aut, si pro diversis simul paroeciis constitutus est, in earum aliqua; loci tamen Ordinarius, iusta de causa, permittere potest ut alibi resideat, praesertim in domo pluribus presbyteris communis, dummodo pastoralium perfunctio munera nullum exinde detrimentum capiat.

§ 2. Curet loci Ordinarius ut inter parochum et vicarios aliqua vitae communis consuetudo in domo paroeciali, ubi id fieri possit, provehatur.

ženci pri njegovi skrbi po skupnem posvetovanju in prizadevanju z župnikom in pod njegovo oblastjo delujejo v pastoralni službi.

§ 2. Župnijski kaplan more biti postavljen, da pomaga bodisi pri opravljanju celotne pastoralne službe, in sicer za vso župnijo ali za določen del župnije ali za določeno skupino vernikov župnije, bodisi da deluje pri opravljanju določene službe hkrati v različnih župnjah.

Kan. 546 — Da je kdo veljavno imenovan za župnijskega kaplana, mora biti posvečen za duhovnika.

Kan. 547 — Župnijskega kaplana svobodno imenuje krajevni škof, ko se je, če sodi, da je primerno, posvetoval z župnikom ali župniki župnij, za katere se postavlja, in tudi z dekanom; ostane pa v veljavi predpis kan. 682, § 1.

Kan. 548 — § 1. Dolžnosti in pravice župnijskega kaplana določajo poleg kanonov tega poglavja škofijske določbe in dekret krajevnega škofa, podrobnejše pa jih določi župnikovo naročilo.

§ 2. Če ni z dekretom krajevnega škofa izrečeno določeno kaj drugega, mora župnijski kaplan zaradi službe pomagati župniku v vsej pastoralni službi in po določbi prava nadomeščati župnika, če to zahtevajo razmere; izvzeto je le maševanje za ljudstvo.

§ 3. Župnijski kaplan praviloma poroča župniku o pastoralnih dejavnostih, ki jih načrtuje ali že opravlja, da bi tako mogli župnik in župnijski kaplan ali župnijski kaplani z združenimi močmi poskrbeti za pastoralno delo v župniji, za katero so tudi hkrati odgovorni.

Kan. 549 — Če je župnik odsoten, naj se upoštevajo predpisi kan. 541, § 1, razen če je krajevni škof za župnijo poskrbel po določbi kan. 533, § 3, in če je bil postavljen župnijski upravitelj; župnijski kaplan ima v tem primeru tudi vse obveznosti župnika, razen maševanja za ljudstvo.

Kan. 550 — § 1. Župnijski kaplan je dolžan bivati v župniji, ali če je postavljen za več župnij hkrati, v eni izmed njih; krajevni ordinarij pa more iz upravičenega razloga dovoliti, da biva kje drugje, zlasti v hiši, ki je skupna več duhovnikom, samo da zaradi tega pastoralno delo ne trpi škode.

§ 2. Krajevni ordinarij naj skrbi, da se, kjer je to mogoče, med župnikom in župnijskimi kaplani v župnijskem domu vpelje kaka oblika skupnega življenja.

§ 3. Ad tempus feriarum quod attinet, vicarius paroecialis eodem gaudet iure ac parochus.

Can. 551 — Ad oblationes quod attinet, quas occasione perfuncti ministerii pastoralis christifideles vicario faciunt, serventur praescripta can. 531.

Can. 552 — Vicarius paroecialis ab Episcopo dioecesano aut ab Administratore dioecesano amoveri potest, iusta de causa, firmo praescripto can. 682, § 2.

Caput VII

DE VICARIIS FORANEIS

Can. 553 — § 1. Vicarius foraneus, qui etiam decanus vel archipresbyter vel alio nomine vocatur, est sacerdos qui vicariatu foraneo praeficitur.

§ 2. Nisi aliud iure particulari statuatur, vicarius foraneus nominatur ab Episcopo dioecesano, auditis pro suo prudenti iudicio sacerdotibus qui in vicariatu de quo agitur ministerium exercent.

Can. 554 — § 1. Ad officium vicarii foranei, quod cum officio parochi certae paroeciae non ligatur, Episcopus seligat sacerdotem quem, inspectis loci ac temporis adiunctis, idoneum iudicaverit.

§ 2. Vicarius foraneus nominetur ad certum tempus, iure particulari determinatum.

§ 3. Vicarium foraneum iusta de causa, pro suo prudenti arbitrio, Episcopus dioecesanus ab officio libere amovere potest.

Can. 555 — § 1. Vicario foraneo, praeter facultates iure particulari ei legitime tributas, officium et ius est:

1^o actionem pastoralem in vicariatu communem promovendi et coordinandi;

2^o prospiciendi ut clerici sui districtus vitam ducant proprio statui congruam atque officiis suis diligenter satisfaciant;

3^o providendi ut religiosae functiones secundum sacrae liturgiae praescripta celebrentur, ut decor et nitor ecclesiarum sacraeque suppliectilis, maxime in celebratione eucharistica et custodia sanctissimi Sacramenti, accurate serventur, ut recte conscribantur et debite custodianter libri paroeciales, ut bona ecclesiastica sedulo administrentur; denique ut domus paroecialis debita diligentia curetur.

§ 2. In vicariatu sibi concredito vicarius foraneus:

1^o operam det ut clerici, iuxta iuris particularis praescripta, statutis temporibus intersint paelectionibus, conventibus theologicis aut conferentiis, ad normam can. 279, § 2;

§ 3. Glede počitnic ima župnijski kaplan iste pravice kot župnik.

Kan. 551 — Glede darov, ki jih dajejo verniki župnijskemu kaplanu pri opravljanju pastoralne službe, naj se upoštevajo predpisi kan. 531.

Kan. 552 — Župnijskega kaplana more krajevni škof ali škofijski upravitelj odstraniti iz upravičenega razloga, v veljavi pa ostane predpis kan. 682, § 2.

Sedmo poglavje

DEKANI

Kan. 553 — § 1. Dekan, ki se imenuje tudi arhiprezbiter ali drugače, je duhovnik, ki je postavljen za voditelja dekanije.

§ 2. Če območno pravo ne določa kaj drugega, imenuje dekana krajevni škof, ki se po svoji pametni presoji posvetuje z duhovniki, ki v tisti dekaniji opravljajo službo.

Kan. 554 — § 1. Za službo dekana, ki ni vezana na službo župnika določene župnije, naj izbere škof glede na krajevne in časovne razmere duhovnika, za katerega sodi, da je primeren.

§ 2. Dekan naj bo imenovan za določen čas, ki ga predpisuje območno pravo.

§ 3. Dekana more krajevni škof iz upravičenega razloga po svoji pametni presoji svobodno odstraniti iz službe.

Kan. 555 — § 1. Dekan ima poleg pooblastil, ki so mu zakonito podeljena po območnem pravu, dolžnost in pravico:

1. pospeševati in usklajevati skupno pastoralno dejavnost v dekaniji;

2. skrbeti, da kleriki njegovega okrožja živijo v skladu s svojim stanom in vestno opravljajo svojo službo;

3. skrbeti, da se verska opravila izvršujejo po predpisih svetega bogoslužja, da je vestno poskrbljeno za lepoto in čistočo cerkva in svete opreme, zlasti pri obhajanju evharistije in shranjevanju najsvetješega zakramenta, da se pravilno spisujojo in vestno hranijo župnijske knjige, da se vestno upravlja cerkveno premoženje in končno, da se s potrebnou vestnostjo skrbi za župnišče.

§ 2. V dekaniji, ki mu je zaupana, mora dekan:

1. truditi se, da se kleriki po predpisih območnega prava v določenih rokih udeležejujo predavanj, teoloških tečajev ali konferenc po določbi kan. 279, § 2;

2º curet ut presbyteris sui districtus subsidia spiritualia praesto sint, itemque maxime sollicitus sit de iis, qui in difficultioribus versantur circumstantiis aut problematibus anguntur.

§ 3. Curet vicarius foraneus ut parochi sui districtus, quos graviter aegrotantes noverit, spiritualibus ac materialibus auxiliis ne careant, utque eorum qui deceaserint, funera digne celebrentur; provideat quoque ne, occasione aegrotationis vel mortis, libri, documenta, sacra supellex aliaque, quae ad Ecclesiam pertinent, depereant aut asportentur.

§ 4. Vicarius foraneus obligatione tenetur secundum determinationem ab Episcopo dioecesano factam, sui districtus paroecias visitare.

Caput VIII DE ECCLESIARUM RECTORIBUS ET DE CAPPELLANIS

Art. 1

DE ECCLESIARUM RECTORIBUS

Can. 556 — Ecclesiarum rectores hic intelleguntur sacerdotes, quibus cura demandatur alicuius ecclesiae, quae nec sit paroecialis nec capitularis, nec adnexa domui communitatis religiosae aut societatis vitae apostolicae, quae in eadem officia celebret.

Can. 557 — § 1. Ecclesiae rector libere nominatur ab Episcopo dioecesano, salvo iure eligendi aut praesentandi, si cui legitime competit; quo in casu Episcopi dioecesani est rectorem confirmare vel instituere.

§ 2. Etiam si ecclesia pertineat ad aliquod clericale institutum religiosum iuris pontificii, Episcopo dioecesano competit rectorem a Superiori praesentatum instituere.

§ 3. Rector ecclesiae, quae coniuncta sit cum seminario aliisque collegio quod a clericis regitur, est rector seminarii vel collegii, nisi aliter Episcopus dioecesanus constituerit.

Can. 558 — Salvo praescripto can. 262, rectori non licet functiones paroeciales de quibus in can. 530, nn. 1-6, in ecclesia sibi commissa peragere, nisi consentiente aut, si res ferat, delegante parocho.

Can. 559 — Potest rector in ecclesia sibi commissa liturgicas celebrationes etiam sollemnes peragere, salvis legitimis fundationis legibus, atque dummodo de iudicio loci Ordinarii nullo modo ministerio paroeciali noceant.

2. skrbeti, da so duhovnikom njegovega okrožja na voljo duhovni pripomočki; zlasti naj skrbi za tiste, ki živijo v težjih razmerah ali jih tarejo težave.

§ 3. Dekan naj skrbi, da ne bi župniki njegovega okrožja, za katere ve, da so hudo bolni, ostali brez duhovne in gmotne pomoči, in da bodo, če umrjejo, imeli dostojen pogreb; poskrbi naj tudi, da se ne bi v času bolezni ali smrti porazgubile ali odnesle knjige, listine, sveta oprema in drugo, kar je last Cerkve.

§ 4. Dekan je dolžan po določitvi, ki jo je izdal krajevni škof, opravljati vizitacije župnij svojega okrožja.

Osmo poglavje REKTORJI CERKVA IN KAPLANI POSEBNIH SKUPNOSTI

Prvi člen

REKTORJI CERKVA

Kan. 556 — Rektorje cerkva tukaj imenujemo duhovnike, katerim je izročena skrb za kako cerkev, ki ni ne župnijska ne kapiteljska ne pridružena hiši redovne skupnosti ali družbe apostolskega življenja, ki bi v njej opravljala bogoslužje.

Kan. 557 — § 1. Rektorja cerkev svobodno imenuje krajevni škof, ostane pa v veljavi pravica izvolitve ali predlaganja, če komu zakonito gre; v takem primeru mora krajevni škof rektora potrditi ali postaviti.

§ 2. Tudi če pripada cerkev kaki kleriški papeškopravni redovni ustanovi, je krajevni škof pristojen, da postavi rektora, ki ga je redovni predstojnik predlagal.

§ 3. Rektor cerkve, ki je pridružena semenišču ali kakemu zavodu, ki ga vodijo kleriki, je ravnatelj semenišča ali zavoda, razen če bi krajevni škof določil drugače.

Kan. 558 — Upoštevajoč predpis kan. 262, rektor v cerkvi, ki mu je izročena, ne sme opravljati župnijskih opravil, ki so navedena v kan. 530, št. 1-6, razen s privolitvijo in, če primer zahteva, s poblastilom župnika.

Kan. 559 — Rektor sme v cerkvi, ki mu je izročena, opravljati tudi slovesna bogoslužna opravila, upoštevajoč zakonito ustanovno listino, in da po presoji krajevnega škofa le nikakor niso v škodo župnijski službi.

Can. 560 — Loci Ordinarius, ubi id opportunum censeat, potest rectori praecipere ut determinatas in ecclesia sua pro populo celebret functiones etiam paroeciales, neconon ut ecclesia pateat certis christifidelium coetibus ibidem liturgicas celebrationes peracturis.

Can. 561 — Sine rectoris aliasve legitimi superioris licentia, nemini licet in ecclesia Eucharistiam celebrare, sacramenta administrare aliasve sacras functiones peragere; quae licentia danda aut deneganda est ad normam iuris.

Can. 562 — Ecclesiae rector, sub auctoritate loci Ordinarii servatisque legitimis statutis et iuribus quaesitis, obligatione tenetur prospiciendi ut sacrae functiones secundum normas liturgicas et canonum praescripta digne in ecclesia celebrentur, onera fideliter adimplentur, bona diligenter administrentur, sacrae supellectilis atque aedium sacrarum conservationi et decori provideatur, neve quidpiam fiat quod sanctitati loci ad reverentiae domui Dei debitae quoquo modo non congruat.

Can. 563 — Rectorem ecclesiae, etsi ab aliis electum aut praesentatum, loci Ordinarius ex iusta causa, pro suo prudenti arbitrio ab officio amovere potest, firmo praescripto can. 682, § 2.

Art. 2 DE CAPPELLANIS

Can. 564 — Cappellanus est sacerdos, cui stabili modo committitur cura pastoralis, saltem ex parte, alicuius communitatis aut peculiaris coetus christifidelium, ad normam iuris universalis et particularis exercenda.

Can. 565 — Nisi iure aliud caveatur aut cuidam specialia iura legitime competant, cappellanus nominatur ab Ordinario loci, cui etiam pertinet praesentatum instituere aut electum confirmare.

Can. 566 — § 1. Cappellanus omnibus facultatibus instructus sit oportet quas recta cura pastoralis requirit. Praeter eas quae iure particulari aut speciali delegatione conceduntur, cappellanus vi officii facultate gaudet audiendi confessiones fidelium suae curae commissorum, verbi Dei eis praedicandi, Viaticum et unctionem infirmorum administrandi necnon sacramentum confirmationis eis conferendi, qui in periculo mortis versentur.

§ 2. In valetudinariis, carceribus et itineribus maritimis, cappellanus praeterea facultatem habet, his tantum in locis exercendam, a

Kan. 560 — Kjer ima krajevni škof za primerno, more ukazati rektorju, da opravlja v svoji cerkvi tudi določena župnijska opravila za ljudstvo, in da je cerkev odprta določenim shodom vernikov, ki nameravajo v njej obhajati bogoslužne slovesnosti.

Kan. 561 — Brez dovoljenja rektora ali drugega zakonitega predstojnika ne sme nihče v cerkvi obhajati evharistije, deliti zakramente ali opravljati druga sveta opravila; to dovoljenje pa je treba dati ali odreči po določbi prava.

Kan. 562 — Rektor cerkve mora pod oblastjo krajevnega ordinarija in upoštevajoč zakonit statut ter pridobljene pravice skrbeti, da se sveta opravila v cerkvi opravljajo dostenjno po določbah in predpisih kanonov, da se obveznosti zvesto spolnjujejo, premoženje vestno upravlja ter skrbno vzdržuje sveta oprema, cerkvena stavba in njena lepota in da se ne zgodi kaj, kar bi se kakorkoli ne skladalo s svetostjo kraja in z dolžnim spoštovanjem do božje hiše.

Kan. 563 — Rektora cerkve, čeprav so ga drugi izvolili ali predlagali, more krajevni ordinarij iz upravičenega razloga po svoji pametni presoji odstraniti iz službe, upoštevajoč kan. 682, § 2.

Drugi člen KAPLANI POSEBNIH SKUPNOSTI

Kan. 564 — Kaplan posebne skupnosti je duhovnik, kateremu se za stalno dodeli vsaj delna pastoralna skrb za kako skupnost ali posebno skupino vernikov, da jo opravlja v skladu s splošnim in območnim pravom.

Kan. 565 — Ako pravo ne določa kaj drugega ali, če nima kdo zakonito posebne pravice, imenuje kaplana posebne skupnosti krajevni ordinarij, ki ima tudi pravico predlaganega postaviti ali izvoljenega potrditi.

Kan. 566 — § 1. Kaplan posebne skupnosti mora imeti vsa pooblastila, ki jih zahteva pravilna pastoralna skrb. Poleg tega, kar je določeno v območnem pravu ali s posebnim pooblastilom, ima ta kaplan po službi pravico spovedovati vernike, ki so zaupani njegovi skrbi, jim oznanjati božjo besedo, podeljevati popotnico in bolniško maziljenje pa tudi podeliti zakrament birme tistim, ki so v smrtni nevarnosti.

§ 2. Nadalje ima kaplan posebne skupnosti v bolnišnicah, zaporih in na potovanjih po morju pravico samo na teh krajih odvezati od

censuris latae sententiae non reservatis neque declaratis absolvendi, firmo tamen praescripto can. 976.

Can. 567 — § 1. Ad nominationem cappellani domus instituti religiosi laicalis, Ordinarius loci ne procedat, nisi consulto Superiore, cui ius est, auditam communitate, quemdam sacerdotem proponere.

§ 2. Cappellani est liturgicas functiones celebrare aut moderari; ipsi tamen non licet in regimine intero instituti sese immiscere.

Can. 568 — Pro iis qui ob vitae condicionem ordinaria parochorum cura frui non valent, uti sunt migrantes, exsules, profugi, nomades, navigantes, constituantur, quatenus fieri possit, cappellani.

Can. 569 — Cappellani militum legibus specialibus reguntur.

Can. 570 — Si communitatis aut coetus sedi adnexa est ecclesia non paroecialis, cappellanus sit rector ipsius ecclesiae, nisi cura communitatis aut ecclesiae aliud exigat.

Can. 571 — In exercitio sui pastoralis munera, cappellanus debet cum parocho servet coniunctionem.

Can. 572 — Quod attinet ad amotionem cappellani, servetur praeceptum can. 563.

Pars III

DE INSTITUTIS VITAE CONSECRATAE ET DE SOCIETATIBUS VITAE APOSTOLICAE

Sectio II

DE INSTITUTIS VITAE CONSECRATAE

Titulus I

NORMAE COMMUNES OMNIBUS INSTITUTIS VITAE CONSECRATAE

Can. 573 — § 1. Vita consecrata per consiliorum evangelicorum professionem est stabilis vivendi forma qua fideles, Christum sub actione Spiritus Sancti pressius sequentes, Deo summe dilecto totaliter

vnaprej izrečenih kazni, ki niso pridržane ali razglašene, ostane pa v veljavi predpis kan. 976.

Kan. 567 — § 1. Krajevni ordinarij naj imenuje kaplana v hiši laičke redovne ustanove samo, če se je posvetoval s predstojnikom, ki ima po posvetu s skupnostjo pravico predlagati kakega duhovnika.

§ 2. Ta kaplan mora opravljati ali urejati bogoslužna opravila, v notranje vodstvo ustanove pa se ne sme vmešavati.

Kan. 568 — Za tiste, ki zaradi življenjskih razmer ne morejo biti deležni redne skrbi župnikov, na primer popotniki, begunci, izgnanci, nomadi, mornarji, naj se, kolikor je mogoče, postavijo kaplani.

Kan. 569 — Za vojaške kaplane dajejo navodila posebni zakoni.

Kan. 570 — Če je skupnosti ali sedežu skupine pridružena cerkev, ki ni župnijska, naj bo kaplan rektor te cerkve, razen če skrb za skupnost ali cerkev zahteva kaj drugega.

Kan. 571 — Kaplan posebne skupnosti naj pri opravljanju svoje pastoralne službe ohranja potrebno povezanost z župnikom.

Kan. 572 — Glede odstranitve kaplana posebne skupnosti naj se upošteva predpis kan. 563.

Tretji del

USTANOVE POSVEČENEGA ŽIVLJENJA IN DRUŽBE APOSTOLSKEGA ŽIVLJENJA

Prvi oddelek

USTANOVE POSVEČENEGA ŽIVLJENJA

Prvi naslov

SKUPNE DOLOČBE ZA USTANOVE POSVEČENEGA ŽIVLJENJA

Kan. 573 — § 1. Z zaobljubami evangeljskih svetov posvečeno življenje je stalna oblika življenja, v kateri verniki po delovanju Svetega Duha izraziteje hodijo za Kristusom, se povsem izročijo

dedicantur, ut, in Eius honorem atque Ecclesiae aedificationem mundique salutem novo et peculiari titulo dediti, caritatis perfectionem in servitio Regni Dei consequantur et, praeclarum in Ecclesia signum effecti, caelestem gloriam praenuntient.

§ 2. Quam vivendi formam in institutis vitae consecratae, a competenti Ecclesiae auctoritate canonice erectis, libere assumunt christifideles, qui per vota aut alia sacra ligamina iuxta proprias institutorum leges, consilia evangelica castitatis, paupertatis et oboedientiae profitentur et per caritatem, ad quam ducunt, Ecclesiae eiusque mysterio speciali modo coniunguntur.

Can. 574 — § 1. Status eorum, qui in huiusmodi institutis consilia evangelica profitentur, ad vitam et sanctitatem Ecclesiae pertinet, et ideo ab omnibus in Ecclesia fovendus et promovendus est.

§ 2. Ad hunc statum quidam christifideles specialiter a Deo vocantur, ut in vita Ecclesiae peculiari dono fruantur et, secundum finem et spiritum instituti, eiusdem missioni salvificae prosint.

Can. 575 — Consilia evangelica in Christi Magistri doctrina et exemplis fundata, donum sunt divinum, quod Ecclesia a Domino accepit Eiusque gratia semper conservat.

Can. 576 — Competentis Ecclesiae auctoritatis est consilia evangelica interpretari, eorundem praxim legibus moderari atque stabiles inde vivendi formas canonica approbatione constituere itemque, pro parte sua, curare ut instituta secundum spiritum fundatorum et sanas traditiones crescent et florent.

Can. 577 — Per multa in Ecclesia sunt instituta vitae consecratae, quae donationes habent differentes secundum gratiam quae data est eis: Christum, enim, pressius sequuntur sive orantem, sive Regnum Dei annuntiantem, sive hominibus benefacientem, sive cum eis in saeculo conversantem, semper autem voluntatem Patris facientem.

Can. 578 — Fundatorum mens atque proposita a competenti auctoritate ecclesiastica sancta circa naturam, finem, spiritum et indolem instituti, necnon eius sanae traditiones, quae omnia patrimonium eiusdem instituti constituunt, ab omnibus fideliter servanda sunt.

Can. 579 — Episcopi dioecesani, in suo quisque territorio, instituta vitae consecratae formaliter decreto erigere possunt, dummodo Sedes Apostolica consulta fuerit.

Can. 580 — Aggregatio alicuius instituti vitae consecratae ad aliud reservatur competenti auctoritati instituti aggregantis, salva semper canonica autonomia instituti aggregati.

v last nadvse ljubljenemu Bogu, tako da so v njegovo čast in za graditev Cerkve in zveličanja sveta z novim in posebnim naslovom določeni za dosega popolne ljubezni v službi božjega kraljestva in kot sijajno znamenje v Cerkvi naznajajo nebeško slavo.

§ 2. V ustanovah posvečenega življenja, ki jih je pristojna cerkvena oblast kanonično ustanovila, se verniki prostovoljno oklenejo te oblike življenja, ko z oblubami ali drugimi svetimi vezmi po lastnih zakonih ustanov javno izpovedo, da bodo spolnjevali evangeljske svete čistosti, uboštva in pokorščine in se po ljubezni, h kateri jih vodijo, na poseben način povežejo s Cerkvio in njenom skrivnostjo.

Kan. 574 — § 1. Stan tistih, ki v ustanovah te vrste javno izpovedo evangeljske svete, spada k življenju in svetosti Cerkve in ga morajo zato v Cerkvi vsi podpirati in pospeševati.

§ 2. V ta stan pa Bog kliče vernike na poseben način z namenom, da so v življenju Cerkve deležni posebnega daru in da po namenu in duhu ustanove prispevajo k njenemu odrešitvenemu poslanstvu.

Kan. 575 — Evangeljski sveti, utemeljeni v nauku in zgledih Kristusa Učitelja, so božji dar, ki ga je Cerkev prejela od Gospoda in ga z njegovo milostjo vedno ohranja.

Kan. 576 — Pristojna cerkvena oblast ima pravico razlagati evangeljske svete, z zakoni urejati njihovo praktično izvajanje in zato s kanonično potrditvijo ustanavljati te trajne oblike življenja in s svoje strani skrbeti, da ustanove rastejo in uspevajo v duhu ustanoviteljev in zdravih izročil.

Kan. 577 — V Cerkvi so mnoge ustanove posvečenega življenja in so obdarjene z različnimi darovi milosti, ki jim je dana; izraziteje namreč hodijo za Kristusom, ko moli, oznanja božje kraljestvo, ljudem skazuje dobrote ali se z njimi druži v življenju, a vedno vrši Očetovo voljo.

Kan. 578 — Vsi naj zvesto ohranjajo voljo in namene ustanoviteljev, ki jih je pristojna cerkvena oblast potrdila glede narave, namena, duha in značaja ustanove, kakor tudi njena zdrava izročila, ki vsa sestavljajo podedovane vrednote iste ustanove.

Kan. 579 — Krajevni škopje morejo vsak na svojem ozemlju s formalnim odlokom ustanoviti ustanove posvečenega življenja, da so le vprašali za svet apostolski sedež.

Kan. 580 — Pridružitev ene ustanove posvečenega življenja drugi je pridržana ustanovi, kateri se druga pridruži, vedno pa je treba upoštevati kanonično samostojnost pridružene ustanove.

Can. 581 — Dividere institutum in partes, quocumque nomine veniant, novas erigere, erectas coniungere vel aliter circumscribere ad competentem instituti auctoritatem pertinet, ad normam constitutionum.

Can. 582 — Fusiones et uniones institutorum vitae consecratae uni Sedi Apostolicae reservantur; eidem quoque reservantur confederationes et foederations.

Can. 583 — Immutationes in institutis vitae consecratae ea affientes, quae a Sede Apostolica approbata fuerunt, absque eiusdem licentia fieri nequeunt.

Can. 584 — Institutum supprimere ad unam Sedem Apostolicam spectat, cui etiam reservatur de eius bonis temporalibus statuere.

Can. 585 — Instituti partes supprimere ad auctoritatem competenter eiusdem instituti pertinet.

Can. 586 — § 1. Singulis institutis iusta autonomia vitae, praesertim regiminis, agnoscitur, qua gaudeant in Ecclesia propria disciplina atque integrum servare valeant suum patrimonium, de quo in can. 578.

§ 2. Ordinariorum locorum est hanc autonomiam servare ac tueri.

Can. 587 — § 1. Ad propriam singulorum institutorum vocacionem et identitatem fidelius tuendam, in cuiusvis instituti codice fundamentali seu constitutionibus contineri debent, praeter ea quae in can. 578 servanda statuuntur, normae fundamentales circa instituti regimen et sodalium disciplinam, membrorum incorporationem atque institutionem, necnon proprium sacrorum ligaminum obiectum.

§ 2. Codex huiusmodi a competenti auctoritate Ecclesiae approbatur et tantummodo cum eiusdem consensu mutari potest.

§ 3. In hoc codice elementa spiritualia et iuridica apte componantur; normae tamen absque necessitate ne multiplicentur.

§ 4. Ceterae normae a competenti instituti auctoritate statutae apte in aliis codicibus colligantur, quae tamen iuxta exigentias locorum et temporum congrue recognosci et aptari possunt.

Can. 588 — § 1. Status vitae consecratae, suapte natura, non est nec clericalis nec laicalis.

§ 2. Institutum clericale illud dicitur quod, ratione finis seu propositi a fundatore intenti vel vi legitimae traditionis, sub moderamine est clericorum, exercitium ordinis sacri assumit, et qua tale ab Ecclesiae auctoritate agnoscitur.

Kan. 581 — Deliti ustanovo na dele, naj bo iz kakršnegakoli razloga, nove ustanavljiati, ustanovljene združevati ali drugače razmejevati gre pristojni oblasti ustanove po določbi konstitucij.

Kan. 582 — Zedinitve in združitve ustanov posvečenega življenja so pridržane samo apostolskemu sedežu; pridržane so mu tudi ssozvezne in zvezne.

Kan. 583 — Sprememb v ustanovah posvečenega življenja, ki se nanašajo na tisto, kar je potrdil apostolski sedež, ni mogoče izvesti brez njegovega dovoljenja.

Kan. 584 — Samo apostolski sedež sme razpustiti ustanovo; letemu je pridržana tudi odločitev o njenem premoženju.

Kan. 585 — Razpustitev delov ustanove sodi v pristojnost ustanove same.

Kan. 586 — § 1. Vsaki ustanovi se priznava upravičena samostojnost življenja, zlasti vodstva, zaradi katere imajo v Cerkvi lastno ureditev in morejo tudi ohranjati svoje podedovane vrednote, ki jih omenja kan. 578.

§ 2. Krajevni ordinariji morajo to samostojnost ohranjati in varovati.

Kan. 587 — § 1. Da bi bilo mogoče zvesteje varovati lastno poklicanost in istovetnost posameznih ustanov, morajo temeljna vodila ali konstitucije vsake ustanove, razen tistega, kar določa ohranjati kan. 578, vsebovati temeljne določbe o vodstvu ustanove in disciplini članov, o inkorporaciji in vzgoji članov kakor tudi o posebnem predmetu svetih vezi.

§ 2. To vodilo potrdi pristojna cerkvena oblast in ga je mogoče spremeniti samo z njeno privolitvijo.

§ 3. V tem vodilu naj bodo duhovne in pravne prvine primerno usklajene, določbe pa naj se brez potrebe ne množijo.

§ 4. Druge določbe, ki jih je izdala pristojna oblast ustanove, naj se primerno zberejo v drugih vodilih, ki pa jih je mogoče krajevnim in časovnim zahtevam primerno presojati in prilagajati.

Kan. 588 — § 1. Stan posvečenega življenja po svoji naravi ni ne kleriški ne laiški.

§ 2. Kleriška je tista ustanova, ki jo zaradi cilja ali namena, ki ga je imel pred očmi ustanovitelj, ali po zakonitem izročilu vodijo kleriki, opravlja službo svetega reda in jo kot tako prizna cerkvena oblast.

§ 3. Institutum vero laicale illud appellatur quod, ab Ecclesiae auctoritate qua tale agnitus, vi eius naturae, indolis et finis munus habet proprium, a fundatore vel legitima traditione definitum, exercitium ordinis sacri non includens.

Can. 589 — Institutum vitae consecratae dicitur iuris pontificii, si a Sede Apostolica erectum aut per eiusdem formale decretum approbatum est; iuris vero dioecesani, si ab Episcopo dioecesano erectum, approbationis decretum a Sede Apostolica non est consecutum.

Can. 590 — § 1. Instituta vitae consecratae, utpote ad Dei totiusque Ecclesiae servitium speciali modo dicata, supremae eiusdem auctoritati peculiari ratione subduntur.

§ 2. Singuli sodales Summo Pontifici, tamquam supremo eorum Superiori, etiam ratione sacri vinculi oboedientiae parere tenentur.

Can. 591 — Quo melius institutorum bono atque apostolatus necessitatibus provideatur, Summus Pontifex, ratione sui in universam Ecclesiam primatus, intuitu utilitatis communis, instituta vitae consecratae ab Ordinariorum loci regimine eximere potest sibique soli vel alii ecclesiasticae auctoritati subicere.

Can. 592 — § 1. Quo melius institutorum communio cum Sede Apostolica foveatur, modo et tempore ab eadem statutis, quilibet supremus Moderator brevem conspectum status et vitae instituti eidem Apostolicae Sedi mittat.

§ 2. Cuiuslibet instituti Moderatores promoveant notitiam documentorum Sanctae Sedis, quae sodales sibi concreditos respiciunt, eorumque observantiam carent.

Can. 593 — Firmo praescripto can. 586, instituta iuris pontificii quoad regimen internum et disciplinam immediate et exclusive potestati Sedis Apostolicae subiciuntur.

Can. 594 — Institutum iuris dioecesani, firmo can. 586, permanet sub speciali cura Episcopi dioecesani.

Can. 595 — § 1. Episcopi sedis principis est constitutiones approbare et immutationes in eas legitime introductas confirmare, salvis iis in quibus Apostolica Sedes manus apposuerit, necnon negotia maiora totum institutum respicientia tractare, quae potestatem internae auctoritatis superent, consultis tamen ceteris Episcopis dioecesanis, si institutum ad plures dioeceses propagatum fuerit.

§ 2. Episcopus dioecesanus potest dispensationes a constitutionibus concedere in casibus particularibus.

§ 3. Laiška pa je tista ustanova, ki jo cerkvena oblast kot tako prizna in ima po svoji naravi, značaju in namenu lastno nalogu, kakor jo je določil ustanovitelj ali zakonito izročilo, ne vključuje pa izvrševanja svetega reda.

Kan. 589 — Ustanova posvečenega življenja je papeškopravna, če jo je ustanovil ali jo s formalnim odlokom potrdil apostolski sedež; škofijskopravna pa, če jo je ustanovil krajevni škof in od apostolskega sedeža še nima odloka o potrditvi.

Kan. 590 — § 1. Ker so ustanove posvečenega življenja na poseben način posvečene za službo Bogu in vsej Cerkvi, so iz posebnega razloga podrejene njeni vrhovni oblasti.

§ 2. Posamezni člani morajo biti poslušni papežu kot svojemu vrhovnemu predstojniku tudi zaradi svete vezi pokorščine.

Kan. 655 — Začasne zaobljube se naredijo za dobo, določeno v lastnem pravu, ki pa naj ne bo krajša od treh in ne daljša od šestih let.

Kan. 656 — Za veljavnost začasnih zaobljub se zahteva:

1. vsaj izpolnjeno osemnajsto leto starosti tistega, ki jih bo naredil;

2. veljavno opravljen noviciat;

3. dovoljenje pristojnega predstojnika po priporočilu njegovega sveta, svobodno opravljenim po določbi prava;

4. da se opravijo izrečno in brez sile, hudega strahu ali prevare;

5. da jih sprejme zakoniti predstojnik sam ali po kom drugem.

Kan. 657 — § 1. Ko mine čas, za katerega so narejene začasne zaobljube, naj se redovniku, ki prostovoljno prosi in velja za sposobnega, dovoli obnoviti zaobljube ali narediti večne zaobljube, sicer naj odide.

§ 2. Če se pa zdi primerno, more podaljšati dobo začasnih zaobljub pristojni predstojnik po lastnem pravu, toda tako, da celotna doba, za katero se član veže z zaobljubami, ne presega devet let.

§ 3. Večne zaobljube je mogoče iz upravičenega razloga narediti prej, toda ne več kot tri mesece.

Can. 658 — Praeter condiciones de quibus in can. 656, nn. 3, 4 et 5 aliasque iure proprio appositas, ad validitatem professionis perpetuae requiritur:

1^o vigesimus primus saltem aetatis annus completus;

2^o praevia professio temporaria saltem per triennium, salvo praescripto can. 657, § 3.

Art. 4

DE RELIGIOSORUM INSTITUTIONE

Can. 659 — § 1. In singulis institutis, post primam professionem omnium sodalium instituto perficiatur ad vitam instituti propriam plenius ducendam et ad eius missionem aptius prosequendam.

§ 2. Quapropter ius proprium rationem definire debet huius institutionis eiusdemque durationis, attentis Ecclesiae necessitatibus atque hominum temporumque condicionibus, prout a fine et indole instituti exigitur.

§ 3. Institutio sodalium, qui ad sacros ordines suscipiendos prae- parantur, iure universalis regitur et propria instituti ratione studiorum.

Can. 660 — § 1. Institutio sit systematica, captui sodalium accommodata, spiritualis et apostolica, doctrinalis simul ac practica, titulis etiam congruentibus, tam ecclesiasticis quam civilibus, pro opportunitate obtentis.

§ 2. Perdurante tempore huius institutionis, sodalibus officia et opera ne committantur, quae eam impedianter.

Can. 661 — Per totam vitam religiosi formationem suam spiritualem, doctrinalem et practicam sedulo prosequantur; Superiores autem eis adiumenta et tempus ad hoc procurent.

Caput IV

DE INSTITUTORUM EORUMQUE SODALIUM OBLIGATIONIBUS ET IURIBUS

Can. 662 — Religiosi sequelam Christi in Evangelio propositam et in constitutionibus proprii instituti expressam tamquam supremam vitae regulam habeant.

Can. 663 — § 1. Rerum divinarum contemplatio et assidua cum Deo in oratione unio omnium religiosorum primum et praecipuum sit officium.

Kan. 658 — Razen pogojev, navedenih v kan. 656, št. 3, 4 in 5 in drugih, dodanih v lastnem pravu, se za veljavnost večnih zaobljub zahteva:

1. vsaj dopolnjeno enaindvajseto leto starosti;

2. predhodne začasne zaobljube vsaj za tri leta, velja pa predpis kan. 657, § 3.

Četrти člen

VZGOJA REDOVNIKOV

Kan. 659 — § 1. V posameznih ustanovah naj se po prvih zaobljubah izpopolnjuje vzgoja vseh članov za popolnejše ustanovi lastno življenje in za primernejše uresničevanje njenega poslanstva.

§ 2. Zaradi tega mora lastno pravo določiti način in trajanje te vzgoje glede na potrebe Cerkve in na razmere ljudi in časa, kakor zahtevata namen in značaj ustanove.

§ 3. Vzgoja članov, ki se pripravljam na prejem svetih redov, se ravna po splošnem pravu in po lastni uredbi o vzgoji.

Kan. 660 — § 1. Vzgoja naj bo načrtna, prilagojena sposobnosti članov, duhovna in apostolska, hkrati znanstvena in praktična, ki daje tudi ustrezne naslove tako cerkvene kakor civilne, če je primerno.

§ 2. V času te vzgoje naj se članom ne zaupajo službe in opravila, ki bi jo ovirala.

Kan. 661 — Redovniki naj vse življenje vneto nadaljujejo svojo duhovno, znanstveno in praktično vzgojo, predstojniki pa naj jim za to oskrbijo pripomočke in čas.

Četrto poglavje

DOLŽNOSTI IN PRAVICE USTANOV IN NJIHOVIH ČLANOV

Kan. 662 — Redovniki naj imajo hojo za Kristusom, kakor jo uči evangelij in je izražena v konstitucijah lastne ustanove, za najvišje življenjsko pravilo.

Kan. 663 — § 1. Prva in najvažnejša služba vseh redovnikov je kontemplacija božjih reči in nenehna povezanost z Bogom v molitvi.

§ 2. Sodales cotidie pro viribus Sacrificium eucharisticum participant, sanctissimum Corpus Christi recipient et ipsum Dominum in Sacramento praesentem adorent.

§ 3. Lectioni sacrae Scripturae et orationi mentali vacent, iuxta iuris propriae praecripta liturgiam horarum digne celebrent, firma pro clericis obligatione de qua in can. 276, § 2, n. 3, et alia pietatis exercitia peragant.

§ 4. Speciali cultu Virginem Deiparam, omnis vitae consecratae exemplum et tutamen, etiam per mariale rosarium prosequantur.

§ 5. Annua sacri recessus tempora fideliter servent.

Can. 664 — In animi erga Deum conversione insistant religiosi, conscientiam etiam cotidie examinent et ad paenitentiae sacramentum frequenter accedant.

Can. 665 — § 1. Religiosi in propria domo religiosa habitent vitam communem servantes, nec ab ea discedant nisi de licentia sui Superioris. Si autem agatur de diuturna a domo absentia, Superior maior, de consensu sui consilii atque iusta de causa, sodali concedere potest ut extra domum instituti degere possit, non tamen ultra annum, nisi causa infirmitatis curandae, ratione studiorum aut apostolatus exercendi nomine instituti.

§ 2. Sodalis, qui e domo religiosa illegitime abest cum animo sese subducendi a potestate Superiorum, sollicite ab eisdem quaeratur et adiuvetur ut redeat et in sua vocatione perseveret.

Can. 666 — In usu mediorum communicationis socialis servetur necessaria discretio atque vitentur quae sunt vocationi propriae nociva et castitati personae consecratae periculosa.

Can. 667 — § 1. In omnibus domibus clausura indoli et missioni instituti accommodata servetur secundum determinationes proprii iuris, aliqua parte domus religiosae solis sodalibus semper reservata.

§ 2. Strictior disciplina clausurae in monasteriis ad vitam contemplativam ordinatis servanda est.

§ 3. Monasteria monialium, quae integre ad vitam contemplativam ordinantur, clausuram *papalem*, iuxta normas scilicet ab Apostolica Sede datas, observare debent. Cetera monialium monasteria clausuram propriae indoli accommodatam et in constitutionibus definitam servent.

§ 4. Episcopus dioecesanus facultatem habet ingrediendi, iusta de causa, intra clausuram monasteriorum monialium, quae sita sunt in sua dioecesi, atque permittendi, gravi de causa et assentiente Antistita, ut alii in clausuram admittantur, ac moniales ex ipsa egrediantur ad tempus vere necessarium.

§ 2. Člani naj se po svojih močeh vsak dan udeležijo evharistične daritve, prejmejo presveto Kristusovo telo in molijo v zakramenu navzočega Gospoda samega.

§ 3. Posvečajo naj se branju svetega pisma in notranji molitvi, vestno opravljajo molitveno bogoslužje po predpisih lastnega prava, ko za klerike velja obveznost kan. 276, § 2, št. 3, in druge pobožne vaje.

§ 4. Na poseben način, tudi z rožnim vencem, naj častijo deviško božjo Mater, zgled in varuhinjo vsakega posvečenega življenja.

§ 5. Vsako leto naj vestno opravijo duhovne vaje.

Kan. 664 — Redovniki naj se trudijo za spreobrnitev duha k Bogu, si tudi vsak dan izprašujejo vest in pogosto pristopajo k zakramenu pokore.

Kan. 665 — § 1. Redovniki naj prebivajo v svoji redovni hiši, držeč se skupnega življenja, in naj je ne zapuščajo, razen z dovoljenjem svojega predstojnika. Če pa gre za daljšo odsotnost iz hiše, more višji predstojnik s privolitvijo svojega sveta in iz upravičenega razloga dovoliti članu, da more bivati zunaj hiše ustanove, vendar ne več kakor eno leto, razen zaradi zdravljenja, bolezni, študija ali opravljanja apostolata v imenu ustanove.

§ 2. Člana, ki je nezakonito odsoten iz redovne hiše z namenom, da se odtegne oblasti predstojnikov, naj le-ti skrbno iščejo in mu pomagajo, da se vrne in vztraja v svojem poklicu.

Kan. 666 — Pri rabi sredstev družbenega obveščanja je treba ohranjati potrebno razločevanje in se izogibati vsega, kar škoduje lastnemu poklicu in je nevarno za čistost posvečene osebe.

Kan. 667 — § 1. V vseh hišah naj se ohranja značaju in namenu ustanove prilagojena klavzura po določilih lastnega prava; določen del redovne hiše naj bo vedno prihranjen samo članom.

§ 2. Strožja pravila klavzure je treba ohranjati v samostanih, namenjenih kontemplativnemu življenju.

§ 3. Nunski samostani, ki so v celoti namenjeni kontemplativnemu življenju, se morajo ravnati po *papeški* klavzuri, po določbah, ki jih je dal apostolski sedež. Drugi nunski samostani naj ohranjajo lastnemu značaju prilagojeno in v konstitucijah določeno klavzuro.

§ 4. Krajevni škof ima pravico iz upravičenega razloga vstopiti v klavzuro nunskega samostana, ki so v njegovi škofiji, in iz tehtnega razloga in s privolitvijo predstojnice dovoliti, da drugi stopijo v klavzuro in da jo nune za zares potreben čas zapustijo.

Can. 668 — § 1. Sodales ante primam professionem suorum bonorum administrationem cedant cui maluerint et, nisi constitutiones aliud ferant, de eorum usu et usufructu libere disponant. Testamentum autem, quod etiam in iure civili sit validum, saltem ante professionem perpetuam condant.

§ 2. Ad has dispositiones iusta de causa mutandas et ad quemlibet actum ponendum circa bona temporalia, licentia Superioris competentis ad normam iuris proprii indigent.

§ 3. Quidquid religiosus propria acquirit industria vel ratione instituti, acquirit instituto. Quae ei ratione pensionis, subventionis vel assecurationis quoquo modo obveniunt, instituto acquiruntur, nisi aliud iure proprio statuatur.

§ 4. Qui ex instituti natura plene bonis suis renuntiare debet, illam renuntiationem, forma, quantum fieri potest, etiam iure civili valida, ante professionem perpetuam faciat a die emissae professionis valituram. Idem faciat professus a votis perpetuis, qui ad normam iuris proprii bonis suis pro parte vel totaliter de licentia supremi Moderatoris renuntiare velit.

§ 5. Professus, qui ob instituti naturam plene bonis suis renuntiaverit, capacitatem acquirendi et possidendi amittit, ideoque actus voto paupertatis contrarios invalide ponit. Quae autem ei post renuntiationem obveniunt, instituto cedunt ad normam iuris proprii.

Can. 669 — § 1. Religiosi habitum instituti deferant, ad normam iuris proprii confectum, in signum suaे consecrationis et in testimonium paupertatis.

§ 2. Religiosi clerici instituti, quod proprium non habet habitum, vestem clericalem ad normam can. 284 assumant.

Can. 670 — Institutum debet sodalibus suppeditare omnia quae ad normam constitutionum necessaria sunt ad suaे vocationis finem consequendum.

Can. 671 — Religiosus munera et officia extra proprium institutum ne recipiat absque licentia legitimi Superioris.

Can. 672 — Religiosi adstringuntur praescriptis cann. 277, 285, 286, 287 et 289, et religiosi clerici insuper praescriptis can. 279 § 2; in institutis laicalibus iuris pontificii, licentia de qua in can. 285, § 4, concedi potest a proprio Superiore maiore.

Kan. 668 — § 1. Člani naj pred prvimi zaobljubami prepustijo upravljanje svojega premoženja, komur želijo, in če konstitucije ne določajo kaj drugega, naj svobodno razpolagajo glede njegove rabe in uživanja. Oporoko, ki naj bo tudi civilnopravno veljavna, naj pa naredijo vsaj pred večnimi zaobljubami.

§ 2. Da bi te odločitve iz upravičenega razloga spremenili ali karkoli uredili glede premoženja, potrebujejo dovoljenje pristojnega predstojnika po določbi lastnega prava.

§ 3. Kar pa redovnik pridobi z lastnim delom ali zaradi ustanove, pridobi ustanovi. Kar na kakršenkoli način dobi iz pokojnine, podpore ali zavarovanja, pridobi za ustanovo, če ni v lastnem pravu določeno kaj drugega.

§ 4. Kdor se mora zaradi narave ustanove popolnoma odpovedati svojemu premoženju, naj to odpoved, kolikor je mogoče, naredi pred večnimi zaobljubami v obliki, ki je tudi po civilnem pravu veljavna in bo začela veljati z dnem, ko naredi zaobljube. Isto naj naredi redovnik z večnimi zaobljubami, ki se želi po določbi lastnega prava z dovoljenjem vrhovnega predstojnika delno ali v celoti odpovedati svojemu premoženju.

§ 5. Redovnik, ki se je zaradi narave ustanove popolnoma odpovedal svojemu premoženju, izgubi sposobnost kaj pridobiti ali imeti, in zato dejanja, ki so zaobljubi uboštva nasprotna, opravi neveljavno. Kar dobi po odpovedi, pa pripada ustanovi po določbi lastnega prava.

Kan. 669 — § 1. Redovniki naj nosijo obleko ustanove, narejeno po določbi lastnega prava, kot znamenje svoje posvetitve in v pričevanje uboštva.

§ 2. Redovniki kleriške ustanove, ki nima posebne obleke, naj sprejmejo kleriško obleko po določbi kan. 284.

Kan. 670 — Ustanova mora članom oskrbeti vse, kar je po določbi konstitucij potrebno, da dosežejo namen svojega poklica.

Kan. 671 — Redovnik naj brez dovoljenja zakonitega predstojnika ne sprejema služb in opravil zunaj svoje ustanove.

Kan. 672 — Redovnike obvezujejo predpisi kan. 277, 285, 286, 287 in 289, in redovne klerike dodatno še predpisi kan. 279, § 2; v laiških papeškopravnih ustanovah more dovoljenje, ki ga omenja kan. 285, § 4, podeliti lastni višji predstojnik.

Caput V
DE APOSTOLATU INSTITUTORUM

Can. 673 — Omnia religiosorum apostolatus primum in eorum vitae consecratae testimonio consistit, quod oratione et paenitentia fovere tenentur.

Can. 674 — Instituta, quae integre ad contemplationem ordinantur, in Corpore Christi mystico paeclarum semper partem obtinent: Deo enim eximium laudis sacrificium offerunt, populum Dei uberrimis sanctitatis fructibus collustrant eumque exemplo movent necnon arcana fecunditate apostolica dilatant. Qua de causa, quantumvis actuosi apostolatus urgeat necessitas, sodales horum institutorum adiuvandi nequeunt ut in variis ministeriis pastoralibus operam adiutrirem praestent.

Can. 675 — § 1. In institutis operibus apostolatus deditis, apostolica actio ad ipsam eorundem naturam pertinet. Proinde, tota vita sodalium spiritu apostolico imbuatur, tota vero actio apostolica spiritu religioso informetur.

§ 2. Actio apostolica ex intima cum Deo unione semper procedat eandemque confirmet et foveat.

§ 3. Actio apostolica, nomine et mandato Ecclesiae exercenda, in eius communione peragatur.

Can. 676 — Laicalia instituta, tum virorum tum mulierum, per misericordiae opera spiritualia et corporalia munus pastorale Ecclesiae participant hominibusque diversissima praestant servitia; quare in suae vocationis gratia fideliter permaneant.

Can. 677 — § 1. Superiores et sodales missionem et opera instituti propria fideliter retineant; ea tamen, attentis temporum et locorum necessitatibus, prudenter accommodent, novis etiam et opportunis mediis adhibitis.

§ 2. Instituta autem, si quas habeant associationes christifidelium sibi coniunctas, speciali cura adiuvent, ut genuino spiritu suae familiæ imbuantur.

Can. 678 — § 1. Religiosi subsunt potestati Episcoporum, quos devoto obsequio ac reverentia prosequi tenentur, in iis quae curam animarum, exercitium publicum cultus divini et alia apostolatus opera respiciunt.

§ 2. In apostolatu externo exercendo religiosi propriis quoque Superioribus subsunt et disciplinae instituti fideles permanere debent; quam obligationem ipsi Episcopi, si casus ferat, urgere ne omittant.

Peto poglavje
APOSTOLAT USTANOV

Kan. 673 — Apostolat vseh redovnikov je najprej v pričevanju njihovega posvečenega življenja, ki ga morajo gojiti z molitvo in pokoro.

Kan. 674 — Ustanove, ki so docela naravnane h kontemplaciji, imajo vedno odlično mesto v Kristusovem skrivnostnem telesu: Bogu namreč darujejo odličen dar hvale, razsvetljujejo božje ljudstvo s prebogatimi sadovi svetosti, ga spodbujajo z zgledom in razširajo s skrivnostno apostolsko rodovitnostjo. Zato članov teh ustanov ni mogoče klicati, da bi pomagali v raznih pastoralnih službah, čeprav k temu sili potreba po dejavnem apostolatu.

Kan. 675 — § 1. V ustanovah, posvečenih apostolskim dejavnostim, spada apostolsko delovanje k njihovi naravi sami. Zato naj duh apostolata preveva vse življenje članov, redovni duh pa naj oblikuje apostolsko delovanje.

§ 2. Apostolsko delovanje naj vedno izvira iz najtesnejše zveze z Bogom, jo utrujuje in pospešuje.

§ 3. Apostolsko delovanje, ki ga je treba opravljati v imenu in po naročilu Cerkve, naj se izvršuje v njenem občestvu.

Kan. 676 — Moške in ženske laiške ustanove imajo z duhovnimi in telesnimi deli usmiljenja delež pri pastirski službi Cerkve in na najrazličnejše načine strežejo ljudem; zato naj zvesto vztrajajo v milosti svojega poklica.

Kan. 677 — § 1. Predstojniki in člani naj zvesto ohranjajo ustanovi lastno poslanstvo in dejavnosti; vendar naj jih, upoštevajoč časovne in krajevne potrebe, pametno prilagajajo, tudi z uporabo novih in primernih pripomočkov.

§ 2. Če imajo ustanove sebi pridružena združenja vernikov, pa naj posebno skrbno pomagajo, da jih prepojijo s pristnim duhom svoje družine.

Kan. 678 — § 1. Redovniki so podrejeni oblasti škofov, katerim morajo skazovati iskreno vdanost in spoštovanje, kar se tiče pastoralnega dela, opravljanja javnega bogočastja in drugih del apostolata.

§ 2. Pri opravljanju zunanjega apostolata so redovniki podrejeni tudi svojim predstojnikom in morajo ostati zvesti disciplini ustanove; če zahteva primer, naj tudi škofje ne opustijo zahtevati to obveznost.

§ 3. In operibus apostolatus religiosorum ordinandis Episcopi dioecesani et Superiorum religiosi collatis consiliis procedant oportet.

Can. 679 — Episcopus dioecesanus, urgente gravissima causa, sodali instituti religiosi prohibere potest quominus in dioecesi commo-
retur, si eius Superior maior monitus prospicere neglexerit, re tamen ad Sanctam Sedem statim delata.

Can. 680 — Inter varia instituta, et etiam inter eadem et clerum saecularem, ordinata foveatur cooperatio necnon, sub moderamine Episcopi dioecesani, omnium operum et actionum apostolicarum coor-
dinatio, salvis indole, fine singulorum institutorum et legibus fundationis.

Can. 681 — § 1. Opera quae ab Episcopo dioecesano committuntur religiosis, eiusdem Episcopi auctoritat et directioni subsunt, firmo iure Superiorum religiosorum ad normam can. 678, §§ 2 et 3.

§ 2. In his casibus ineatur conventio scripta inter Episcopum dioecesanum et competentem instituti Superiorum, qua, inter alia, expresse et accurate definiantur quae ad opus explendum, ad sodales eidem addicendos et ad res oeconomicas spectent.

Can. 682 — § 1. Si de officio ecclesiastico in dioecesi alicui sodali religioso conferendo agatur, ab Episcopo dioecesano religiosus nominatur, praesentante vel saltem assentiente competenti Superiori.

§ 2. Religiosus ab officio commisso amoveri potest ad nutum sive auctoritatis committentis, monito Superiorum religioso, sive Superioris, monito committente, non requisito alterius consensu.

Can. 683 — § 1. Ecclesias et oratoria, quibus christifideles habitualiter accedunt, scholas aliaque opera religionis vel caritatis sive spiritualis sive temporalis religiosis commissa, Episcopus dioecesanus visitare potest, siver per se sive per alium, tempore visitationis pastoralis et etiam in casu necessitatis; non vero scholas, quae exclusive pateant propriis instituti alumnis.

§ 2. Quod si forte abusus deprehenderit, frustra Superiorum religioso monito, propria auctoritate ipse per se providere potest.

§ 3. V razporejanju del apostolata redovnikov se morajo krajevni škofje in redovni predstojniki med seboj posvetovati.

Kan. 679 — Krajevni škof more iz zelo nujnega težkega razloga članu redovne ustanove prepovedati bivanje v škofiji, če njegov višji predstojnik na opomin ni za to poskrbel, vendar mora zadevo takoj sporočiti svetemu sedežu.

Kan. 680 — Med različnimi ustanovami in tudi med njimi in svetnim klerom naj se goji urejeno sodelovanje in pod vodstvom krajevnega škofa usklajevanje celotnega dela in apostolskih dejavnosti, upoštevati pa je treba značaj, namen posameznih ustanov in ustanovne listine.

Kan. 681 — § 1. Dela, ki jih krajevni škof zaupa redovnikom, spadajo pod oblast in vodstvo istega škofa, veljajo pa pravice redovnih predstojnikov po določbi kan. 678, §§ 2 in 3.

§ 2. V teh primerih naj se sklene pismen dogovor med krajevnim škofom in pristojnim predstojnikom ustanove, v katerem naj se med drugim izrečeno in natančno določi, kar zadeva delo, ki ga je treba opraviti, člane, ki se dodelijo za to delo, in gospodarske zadeve.

Kan. 682 — § 1. Če gre za podelitev cerkvene službe v škofiji kakemu redovnemu članu, naj redovnika imenuje krajevni škof na predlog ali s soglasjem pristojnega predstojnika.

§ 2. Redovnika je mogoče odstraniti iz zaupane službe na ukaz oblasti, ki mu je službo podelila, ko je bil obveščen redovni predstojnik, ali na ukaz redovnega predstojnika, ko je obvestil tistega, ki je službo podelil, ne da bi se zahtevala privolitev drugega.

Kan. 683 — § 1. Cerkve in kapele, ki jih verniki redno obiskujejo, sole in druge verske dejavnosti, duhovna in telesna dela krščanske dobrodelnosti, zaupana redovnikom, more krajevni škof vizitirati sam ali po drugem v času pastoralne vizitacije in tudi v primeru potrebe; ne pa sole, ki so izključno namenjene lastnim gojencem ustanove.

§ 2. Kolikor bi morebiti odkril zlorabe in bi zaman opomnil redovnega predstojnika, more sam ukrepati s svojo oblastjo.

Caput VI
DE SEPARATIONE SODALIUM AB INSTITUTO

Art. 1**DE TRANSITU AD ALIUD INSTITUTUM**

Can. 684 — § 1. Sodalis a votis perpetuis nequit a proprio ad aliud institutum religiosum transire, nisi ex concessione supremi Moderatoris utriusque instituti et de consensu sui cuiusque consilii.

§ 2. Sodalis, post peractam probationem quae ad tres saltem annos protrahenda est, ad professionem perpetuam in novo instituto admittit potest. Si autem sodalis hanc professionem emittere renuat vel ad eam emittendam a competentibus Superioribus non admittatur, ad pristinum institutum redeat, nisi indultum saecularizationis obtinuerit.

§ 3. Ut religiosus a monasterio sui iuris ad aliud eiusdem instituti vel foederatis aut confoederatis transire possit, requiritur et sufficit consensus Superioris maioris utriusque monasterii et capituli monasterii recipientis, salvis aliis requisitis ure proprio statutis; nova professio non requiritur.

§ 4. Ius proprium determinet tempus et modum probationis, quae professioni sodalis in novo instituto praemittenda est.

§ 5. Ut ad institutum saeculare aut ad societatem vitae apostolicae vel ex illis ad institutum religiosum fiat transitus, requiritur licentia Sanctae Sedis, cuius mandatis standum est.

Can. 685 — § 1. Usque ad emissionem professionis in novo instituto, manentibus votis, iura et obligationes quae sodalis in priore instituto habebat, suspenduntur; ab incepta tamen probatione, ipse ad observantiam iuris propriae novi instituti tenetur.

§ 2. Per professionem in novo instituto sodalis eidem incorporatur, cessantibus votis, iuribus et obligationibus praecedentibus.

Art. 2**DE EGRESSU AB INSTITUTO**

Can. 686 — § 1. Supremus Moderator, de consensu sui consilii, sodali a votis perpetuis professo, gravi de causa concedere potest indultum excastrationis, non tamen ultra triennium, praevio consensu Ordinarii loci in quo commorari debet, si agitur de clero. Indultum

Šesto poglavje
LOČITEV ČLANOV OD USTANOVE

Prvi člen**PRESTOP V DRUGO USTANOVO**

Kan. 684 — § 1. Član z večnimi zaobljubami more prestopiti iz svoje v drugo redovno ustanovo samo z dovoljenjem vrhovnega predstojnika obeh ustanov in s privolitvijo vsakega od njunih svetov.

§ 2. V novi ustanovi je mogoče članu po opravljeni preizkušnji, ki mora trajati vsaj tri leta, dovoliti večne zaobljube. Če pa član teh zaobljub noče opraviti ali pa pristojni predstojniki ne dovolijo, da bi jih opravil, naj se vrne k prejšnji ustanovi, razen če je dobil dovoljenje za sekularizacijo.

§ 3. Da more redovnik prestopiti iz samopravnega samostana v drugega iste ustanove, zveze ali sozveze, se zahteva in zadostuje privolitev višjega predstojnika vsakega od obeh samostanov in kapitla samostana, ki ga sprejme, veljajo pa druge zahteve, ki jih določa lastno pravo; nove zaobljube se ne zahtevajo.

§ 4. Lastno pravo naj določi čas in način preizkušnje, ki jo mora član opraviti pred zaobljubami v novi ustanovi.

§ 5. Za prestop v svetno ustanovo ali v družbo apostolskega življenja ali iz teh dveh v redovno ustanovo se zahteva dovoljenje svetega sedeža, po čigar naročilih se je treba ravnati.

Kan. 685 — § 1. Do izpovedi zaobljub v novi ustanovi zaobljube ostanejo, pravice in dolžnosti, ki jih je član imel v prejšnji ustanovi, pa se prekinejo; z začetkom preizkušnje pa je dolžan izpolnjevati lastno pravo nove ustanove.

§ 2. Z zaobljubami v novi ustanovi je član vanjo inkorporiran, s tem pa prenehajo prejšnje zaobljube, pravice in dolžnosti.

Drugi člen**IZSTOP IZ USTANOVE**

Kan. 686 — § 1. Vrhovni predstojnik more iz tehtnega razloga in s privolitvijo svojega sveta podeliti članu z večnimi zaobljubami dovoljenje za bivanje zunaj redovne hiše, vendar največ za tri leta, s predhodno privolitvijo ordinarija kraja, kjer mora bivati, če gre

prorogare vel illud ultra triennium concedere Sanctae Sedi vel, si de institutis iuris dioecesani agitur, Episcopo dioecesano reservatur.

§ 2. Pro monialibus indultum excastrationis concedere unius Apostolicae Sedis est.

§ 3. Petente supremo Moderatore de consensu sui consilii, excastratio imponi potest a Sancta Sede pro sodale instituti iuris pontificii vel ab Episcopo dioecesano pro sodale instituti iuris dioecesani, ob graves causas, servata aequitate et caritate.

Can. 687 — Sodalis excastratus exoneratus habetur ab obligatiobus, quae cum nova sua vitae condicione componi nequeunt, itemque sub dependentia et cura manet suorum Superiorum et etiam Ordinarii loci, praesertim si de clero agitur. Habitum instituti daffere potest, nisi aliud in indulto statuatur. Voce tamen activa et passiva caret.

Can. 688 — § 1. Qui expleto professionis tempore ab instituto egredi voluerit, illud derelinquere potest.

§ 2. Qui perdurante professione temporaria, gravi de causa, petit ut institutum derelinquit, indultum discedendi consequi potest in instituto iuris pontificii a supremo Moderatore de consensu sui consilii; in institutis autem iuris dioecesani et in monasteriis, de quibus in can. 615, indultum, ut valeat, confirmari debet ab Episcopo domus assignationis.

Can. 689 — § 1. Sodalis, expleta professione temporaria, si iustae causae affuerint, a competenti Superiore maiore, auditio suo consilio, a subsequenti professione emittenda excludi potest.

§ 2. Infirmitas physica vel psychica, etiam post professionem contracta, quae, de iudicio peritorum, sodalem, de quo in § 1, reddit ineptum ad vitam in instituto ducendam, causam constituit eum non admittendi ad professionem renovandam vel ad perpetuam emittendam, nisi ob neglegentiam instituti vel ob laborem in instituto peractum infirmitas contracta fuerit.

§ 3. Si vero religiosus, perdurantibus votis temporariis, amens evaserit, etsi novam professionem emittere non valeat, ab instituto tamen dimitti non potest.

Can. 690 — § 1. Qui, expleto novitiatu vel post professionem, legitimate ab instituto egressus fuerit, a Moderatore supremo de consensu sui consilii rursus admitti potest sine onere repetendi novitatum; eiusdem autem Moderatoris erit determinare congruam probationem praeviam professioni temporariae et tempus votorum ante professionem perpetuam praemittendum, ad normam cann. 655 et 657.

za klerika. Podaljšati dovoljenje ali ga podeliti za več kot tri leta je pridržano svetemu sedežu ali krajevnemu škofu, če gre za škofijskopopravne ustanove.

§ 2. Nunam ima pravico podeliti dovoljenje za bivanje zunaj redovne hiše samo apostolski sedež.

§ 3. Na prošnjo vrhovnega predstojnika s privolitvijo njegovega sveta more iz tehnih razlogov, upoštevajoč pravšnost in ljubezen, bivanje zunaj redovne hiše naložiti sveti sedež, če gre za člana papeškopravne ustanove, ali krajevni škof članu škofijskopopravne ustanove.

Kan. 687 — Člana, ki tako biva zunaj redovne hiše, ne vežejo obveznosti, ki jih ni mogoče uskladiti z novim načinom življenja, in ostane v odvisnosti in skrbi svojih predstojnikov, pa tudi krajevnega škofa, še zlasti, če gre za klerika. Nositi sme obleko ustanove, razen če je v dovoljenju določeno kaj drugega. Nima pa aktivne in pasivne volilne pravice.

Kan. 688 — § 1. Kdor hoče po izteku časa zaobljub izstopiti iz ustanove, jo more zapustiti.

§ 2. Kdor v času trajanja začasnih zaobljub iz tehnega razloga prosi, da bi zapustil ustanovo, more v papeškopravni ustanovi od vrhovnega predstojnika s privolitvijo njegovega sveta dobiti dovoljenje, da odide; za škofijskopopravne ustanove in samostane, ki jih omenja kan. 615, mora dovoljenje za veljavnost potrditi škof hiše, kateri član pripada.

Kan. 689 — § 1. Člana more po preteku začasnih zaobljub iz upravičenih razlogov pristojni višji predstojnik po posvetu s svojim svetom izključiti od izpovedi naslednjih zaobljub.

§ 2. Fizična ali psihična bolezen, tudi če je nastala po zaobljubah, ki po sodbi izvedencev povzroči, da postane član, ki ga omenja § 1, nesposoben za življenje v ustanovi, je razlog, da se mu ne dovoli obnoviti zaobljube ali narediti večne zaobljube, razen če je zbolel zaradi vnemarnosti ustanove ali opravljenega dela v ustanovi.

§ 3. Če pa redovnik v času trajanja začasnih zaobljub izgubi pamet, ga ni mogoče odpustiti iz ustanove, čeprav ni zmožen narediti novih zaobljub.

Kan. 690 — § 1. Kdor je po opravljenem noviciatu ali po zaobljubah zakonito izstopil iz ustanove, ga more vrhovni predstojnik s privolitvijo svojega sveta zopet sprejeti in mu ni treba ponoviti noviciata; isti predstojnik pa bo določil primerno predhodno preizkušnjo pred začasnimi zaobljubami in čas zaobljub, ki mora preteči pred večnimi zaobljubami, po določbi kan. 655 in 657.

§ 2. Eadem facultate gaudet Superior monasterii sui iuris cum consensu sui consilii.

Can. 691 — § 1. Professus a votis perpetuis indultum discedendi ab instituto ne petat, nisi ob gravissimas causas coram Domino persens; petitionem suam deferat supremo instituti Moderatori, qui eam una cum voto suo suique consilii auctoritati competenti transmittat.

§ 2. Huiusmodi indultum in institutis iuris pontificii Sedi Apostolicae reservatur; in institutis vero iuris docecsani, id etiam Episcopus dioecesis, in qua domus assignationis sita est, concedere potest.

Can. 692 — Indultum discedendi legitime concessum et sodali notificatum, nisi in actu notificationis ab ipso sodale reiectum fuerit, ipso iure secumfert dispensationem a votis necnon ab omnibus obligationibus ex professione ortis.

Can. 693 — Si sodalis sit clericus, indultum non conceditur priusquam inveniat Episcopum qui eum in dioecesi incardinet vel saltem ad experimentum recipiat. Si ad experimentum recipiatur, transacto quinquennio, ipso iure dioecesi incardinatur, nisi Episcopus eum recusaverit.

Art. 3

DE DIMISSIONE SODALIUM

Can. 694 — § 1. Ipso facto dimissus ab instituto habendus est sodalis qui:

1^o a fide catholica notorie defecerit;

2^o matrimonium contraxerit vel, etiam civiliter tantum, attenaverit.

§ 2. His in casibus Superior maior cum suo consilio, nulla mora interposita, collectis probationibus, declarationem facti emittat, ut iuridice constet de dimissione.

Can. 695 — § 1. Sodalis dimitti debet ob delicta de quibus in cann. 1397, 1398 et 1395, nisi in delictis, de quibus in can. 1395, § 2, Superior censeat dimissionem non esse omnino necessariam et emendationi sodalis atque restitutioni iustitiae et reparationi scandali satis alio modo consuli posse.

§ 2. Hisce in casibus, Superior maior, collectis probationibus circa facta et imputabilitatem, sodali dimittendo accusationem atque probationes significet, data eidem facultate sese defendendi. Acta omnia a Superiore maiore et a notario subscripta, una cum responsionibus

§ 2. Isto pravico ima predstojnik samopravnega samostana s privolitvijo svojega sveta.

Kan. 691 — § 1. Redovnik z večnimi zaobljubami naj ne prosi za dovoljenje za izstop iz ustanove, razen iz zelo tehtnih razlogov, ki jih je pretehtal pred Gospodom; svojo prošnjo naj izroči vrhovnemu predstojniku ustanove, ki naj jo s svojim in svojega sveta mnenjem pošlje pristojni oblasti.

§ 2. Takšno dovoljenje je v papeškopravnih ustanovah pridržano apostolskemu sedežu; v škofijskopravnih ustanovah pa ga lahko podeli tudi škof škofije, v kateri je hiša, ki ji član pripada.

Kan. 692 — Zakonito podeljeno in članu sporočeno dovoljenje za izstop po samem pravu vsebuje spregled zaobljub in vseh obveznosti, ki iz zaobljub izhajajo, razen če bi ga bil ob sporočitvi član sam zavrnil.

Kan. 693 — Če je član klerik, se mu ne podeli dovoljenje, dokler ne najde škofa, ki bi ga inkardiniral v škofijo ali sprejel vsaj na preizkušnjo. Če se sprejme na preizkušnjo, je po preteklu petih let po samem pravu inkardiniran v škofijo, razen če ga škof odkloni.

Tretji člen

ODSLOVITEV ČLANOV

Kan. 694 — § 1. S samim dejanjem velja za odslovljenega iz ustanove član, ki:

1. je javno odpadel od katoliške vere;

2. je sklenil ali, tudi samo civilno, poskušal skleniti zakon.

§ 2. V teh primerih naj višji predstojnik s svojim svetom brez kakršnegakoli odlašanja, ko je zbral dokaze, da izjava, da pravno obstaja razlog za odslovitev.

Kan. 695 — § 1. Člana je treba odsloviti zaradi kaznivih dejanj, ki jih omenjajo kan. 1397, 1398 in 1395, razen če gre za kazniva dejanja, ki jih omenja kan. 1395, § 2, in bi predstojnik menil, da odslovitev ni povsem nujna ter je na drug način v zadostni meri mogoče doseči poboljšanje člana, zadostiti pravičnosti ter popraviti pohujšanje.

§ 2. V teh primerih naj višji predstojnik, ko je zbral dokaze o dejanjih in o odgovornosti, članu, ki ga je treba odsloviti, sporoči obtožbo in dokaze ter mu da možnost, da se brani. Vsi spisi, podpisani od višjega predstojnika in notarja, naj se skupaj s pismenimi

sodalis scripto redactis et ab ipso sodale subscriptis, supremo Moderatori transmittantur.

Can. 696 — § 1. Sodalis dimitti etiam potest ob alias causas, dummodo sint graves, externae, imputabiles et iuridice comprobatae, uti sunt: habitualis neglectus obligationum vitae consecratae; iteratae violationes sacrorum vinculorum; pertinax inobedientia legitimis praescriptis Superiorum in materia gravi; grave scandalum ex culpabili modo agendi sodalis ortum; pertinax sustentatio vel diffusio doctrinarum ab Ecclesiae magisterio damnatarum; publica adhaesio ideologiis materialismo vel atheismo infectis; illegitima absentia, de qua in can. 665, § 2, per semestre protracta; aliae causae similis gravitatis iure proprio instituti forte determinatae.

§ 2. Ad dimissionem sodalis a votis temporariis, etiam causae minoris gravitatis in iure proprio statutae sufficiunt.

Can. 697 — In casibus de quibus in can. 696, si Superior maior, auditio suo consilio, censuerit processum dimissionis esse inchoandum:

1^o probationes colligat vel compleat;

2^o sodalem scripto vel coram duobus testibus moneat cum explicita comminatione subsecutuae dimissionis nisi resipiscat, clare significata causa dimissionis et data sodali plena facultate sese defendendi; quod si monitio incassum cedat, ad alteram monitionem, spatio saltem quindecim dierum interposito, procedat;

3^o si haec quoque monitio incassum ceciderit et Superior maior cum suo consilio censuerit de incorrigibilitate satis constare et defensiones sodalis insufficientes esse, post quindecim dies ab ultima monitione frustra elapsos, acta omnia ab ipso Superiore maiore et a notario subscripta una cum responsionibus sodalis ab ipso sodale subscriptis supremo Moderatori transmittat.

Can. 698 — In omnibus casibus, de quibus in cann. 695 et 696, firmum semper manet ius sodalis cum supremo Moderatore communicandi et illi directe suas defensiones exhibendi.

Can. 699 — § 1. Supremus Moderator cum suo consilio, quod ad validitatem saltem quattuor membris constare debet, collegialiter procedat ad probationes, argumenta et defensiones accurate perpendenda, et si per secretam suffragationem id decisum fuerit, decretum dimissionis ferat, expressis ad validitatem saltem summarie motivis in iure et in facto.

§ 2. In monasteriis sui iuris, de quibus in can. 615, dimissionem decernere pertinet ad Episcopum dioecesanum, cui Superior acta a consilio suo recognita submittat.

odgovori člana, ki jih je ta sam podpisal, pošljejo vrhovnemu predstojniku.

Kan. 696 — § 1. Člana je mogoče odsloviti tudi iz drugih razlogov, samo da so tehtni, zunanji, je zanje odgovoren in so pravno dokazani, kot so: trajno zanemarjanje obveznosti posvečenega življenja; ponavljanje kršitev svetih vezi; trdovratna nepokorščina zakonitim predpisom predstojnikov v važnih stvareh; veliko pohujšanje, povzročeno s krivdnim ravnanjem člana; trdovratno podpiranje ali razširjanje naukov, ki jih je cerkveno učiteljstvo obsodilo; javna privrženost ideologijam, ki so zastrupljene z materializmom ali ateizmom; nezakonita odsotnost, ki jo omenja kan. 665, § 2, in je trajala pol leta; drugi podobni tehtni razlogi, ki jih morda določa lastno pravo ustanove.

§ 2. Za odslovitev člana z začasnimi zaobljubami zadostujejo tudi manj tehtni razlogi, ki jih določa lastno pravo.

Kan. 697 — Če bi višji predstojnik po posvetu s svojim svetom menil, da se mora začeti postopek v primerih, ki jih omenja kan. 696:

1. naj zbere ali dopolni dokaze;

2. naj pismeno ali pred dvema pričama z izrečno grožnjo opomni člana, da bo odsavljen, če se ne spameruje, ko jasno navede razlog za odslovitev in da članu vso možnost, da se brani; če opomin ne zadeže, naj ga, toda šele po preteklu vsaj petnajstih dni, drugič opomni;

3. če tudi ta opomin ni zaledel in bi višji predstojnik s svojim svetom menil, da je nepopoljšljivost dovolj razvidna in obramba člana nezadostna, in ko je od zadnjega opomina zaman preteklo petnajst dni, naj vse spise, podpisane od samega višjega predstojnika in notarja, skupaj z odgovori člana, podpisanimi od samega člana, pošlje vrhovnemu predstojniku.

Kan. 698 — V vseh primerih, ki jih omenjata kan. 695 in 696, vedno ostane članu neokrnjena pravica obrniti se na vrhovnega predstojnika in njemu neposredno izročiti svoj zagovor.

Kan. 699 — § 1. Vrhovni predstojnik naj s svojim svetom, ki mora za veljavnost imeti vsaj štiri člane, zborno izvede dokazovanje, natančno pretehta dokazila in zagovore, in, če bi bilo s tajnim glasovanjem tako odločeno, izda odločbo o odslovitvi, za veljavnost pa mora vsaj v povzetku navesti pravne in dejanske razloge.

§ 2. V samopravnih samostanah, ki jih omenja kan. 615, je za odreditev odslovitve pristojen krajevni škof, kateremu naj predstojnik pošlje spise, pregledane od svojega sveta.

Can. 700 — Decretum dimissionis vim non habet, nisi a Sancta Sede confirmatum fuerit, cui decretum et acta omnia transmittenda sunt; si agatur de instituto iuris dioecesani, confirmatio spectat ad Episcopum dioecesis ubi sita est domus, cui religiosus adscriptus est. Decretum vero, ut valeat, indicare debet ius, quo dimissus gaudet, recurrendi intra decem dies a recepta notificatione ad auctoritatem competentem. Recursus effectum habet suspensivum.

Can. 701 — Legitima dimissione ipso facto cessant vota necnon iura et obligationes ex professione pro manantia. Si tamen sodalis sit clericus, sacros ordines exercere nequit, donec Episcopum inveniat qui eum post congruam probationem in dioecesi, ad normam can. 693, recipiat vel saltem exercitium sacrorum ordinum permittat.

Can. 702 — § 1. Qui ex instituto religioso legitime egrediantur vel ab eo legitime dimissi fuerint, nihil ab eodem repeterem possunt ob quilibet operam in eo praestitam.

§ 2. Institutam tamen aequitatem et evangelicam caritatem servet erga sodalem, qui ab eo separatur.

Can. 703 — In casu gravis scandali exterioris vel gravissimi nocimenti instituto imminentis, sodalis statim a Superiore maiore vel, si periculum sit in mora, a Superiore locali cum consensu sui consilii e domo religiosa eici potest. Superior maior, si opus sit, dimissionis processum ad normam iuris instituendum curet, aut rem Sedi Apostolicae deferat.

Can. 704 — De sodalibus, qui ab instituto sunt quoquo modo separati, fiat mentio in relatione Sedi Apostolicae mittenda, de qua in can. 592, § 1.

Caput VII

DE RELIGIOSIS AD EPISCOPATUM EVECTIS

Can. 705 — Religiosus ad episcopatum evictus instituti sui sodalis remanet, sed vi voti oboedientiae uni Romano Pontifici obnoxius est, et obligationibus non adstringitur, quas ipse prudenter iudicet cum sua condicione componi non posse.

Can. 706 — Religiosus de quo supra:

1^o si per professionem dominium bonorum amiserit, bonorum quae ipsi obveniant habet usum, usumfructum et administrationem; proprietatem vero Episcopus dioecesanus aliique, de quibus in can. 381, § 2, acquirunt Ecclesiae particulari; ceteri, instituto vel Sanctae Sedi, prout institutum capax est possidendi vel minus;

Kan. 700 — Odločba o odslovitvi ne velja, če je ni potrdil sveti sedež, kateremu je treba poslati odločbo in vse spise; če gre za škofijskopravno ustanovo, jo potrdi škof kraja, kjer je hiša, kateri redovnik pripada. Da bo odločba veljavna, pa mora biti navedena pravica, ki jo ima odslovljeni, da v desetih dneh, odkar je odločbo sprejel na znanje, vloži pritožbo na pristojno oblast. Pritožba ima odložilni učinek.

Kan. 701 — Z zakonito odslovitvijo takoj prenehajo zaobljube, pa tudi pravice in dolžnosti, ki izhajajo iz zaobljub. Če pa je član klerik, ne more opravljati svetih redov, dokler ne najde škofa, ki ga po primerni preizkušnji v škofiji po določbi kan. 693 sprejme ali mu vsaj dovoli opravljati svete redove.

Kan. 702 — § 1. Tisti, ki so redovno ustanovo zakonito zapustili ali pa so bili iz nje zakonito odslovljeni, ne morejo od nje ničesar zahtevati za kakršenkoli v njej opravljeno delo.

§ 2. Ustanova naj vendor do člana, ki se od nje loči, ohranja pravšnost in evangeljsko ljubezen.

Kan. 703 — Ob velikem zunanjem pohujšanju ali če ustanovi grozi velika škoda, sme višji predstojnik ali, če je nevarno odlašati, tudi krajevni predstojnik s privolitvijo svojega sveta člana takoj izgnati iz redovne hiše. Če je potrebno, naj višji predstojnik poskrbi, da se uvede postopek za odslovitev po določbi prava, ali pa naj zadevo sporociti apostolskemu sedežu.

Kan. 704 — Člani, ki so se na kakršenkoli način ločili od ustanove, naj se omenijo v poročilu, o katerem govori kan. 592, § 1, in ga je treba poslati apostolskemu sedežu.

Sedmo poglavje

REDOVNIKI, POVIŠANI V ŠKOFE

Kan. 705 — Redovnik, ki je povisan v škofa, ostane član svoje ustanove, toda iz zaobljube pokorščine je podrejen samo rimskemu papežu in ga ne vežejo dolžnosti, za katere po pameti sodi, da jih ne more uskladiti s svojim položajem.

Kan. 706 — Za redovnika, ki se omenja zgoraj, velja:

1. če je z zaobljubami izgubil lastninsko pravico na premoženju, premoženje, ki ga dobi, uporablja, uživa in upravlja; lastnino pa krajevni škof in tisti, ki jih omenja kan. 381, § 2, pridobijo delni Cerkvi; drugi pa ustanovi, ali svetemu sedežu, kakor je pač ustanova sposobna imeti posest ali ne;

2º si per professionem dominium bonorum non amiserit, bonorum, quae habebat, recuperat usum, usumfructum et administrationem; quae postea ipsi obveniant, sibi plene acquirit;

3º in utroque autem casu de bonis, quae ipsi obveniant non intuitu personae, disponere debet secundum offerentium voluntatem.

Can. 707 — § 1. Religiosus Episcopus emeritus habitationis sedem sibi eligere potest etiam extra domos sui instituti, nisi aliud a Sede Apostolica provisum fuerit.

§ 2. Quoad eius congruam et dignam sustentationem, si cuidam dioecesi inserviverit, servetur can. 402, § 2, nisi institutum proprium talem sustentationem providere voluerit; secus Sedes Apostolica alter provideat.

Caput VIII

DE CONFERENTIIS SUPERIORUM MAIORUM

Can. 708 — Superiores maiores utiliter in conferentiis seu consiliis consociari possunt ut, collatis viribus, allaborent sive ad finem singularum institutorum plenius assequendum, salvis semper eorum autonomia, indole proprioque spiritu, sive ad communia negotia tractanda, sive ad congruam coordinationem et cooperationem cum Episcoporum conferentiis et etiam cum singulis Episcopis instaurandam.

Can. 709 — Conferentiae Superiorum maiorum sua habeant statuta a Sancta Sede approbata, a qua unice, etiam in personam iuridicam, erigi possunt et sub cuius supremo moderamine manent.

Titulus III

DE INSTITUTIS SAECULARIBUS

Can. 710 — Institutum saeculare est institutum vitae consecratae, in quo christifideles in saeculo viventes ad caritatis perfectionem contendunt atque ad mundi sanctificationem praesertim ab intus conferre student.

Can. 711 — Instituti saecularis sodalis vi suae consecrationis propriam in populo Dei canonicam condicionem, sive laicalem sive clericalem, non mutat, servatis iuris praescriptis quae instituta vitae consecratae respiciunt.

2. če z zaobljubami lastninske pravice ni izgubil, uporablja, uživa in upravlja premoženje, ki ga je imel; kar pozneje pridobi, si pridobi popolnoma;

3. v obeh primerih pa mora s premoženjem, ki ga ne dobi zaradi svoje osebe, razpolagati po volji darovalcev.

Kan. 707 — § 1. Upokojeni redovni škof si more izbrati sedež bivanja tudi zunaj hiš svoje ustanove, razen če je apostolski sedež oskrbel kaj drugega.

§ 2. Če je služil kaki škofiji, naj se za njegovo primerno in dostojno vzdrževanje uporabi kan. 402, § 2, razen če bi lastna ustanova želela poskrbeti za takšno vzdrževanje; sicer naj apostolski sedež za to poskrbi drugače.

Osmo poglavje

KONFERENCE VIŠJIH PREDSTOJNIKOV

Kan. 708 — Višji predstojniki se morejo koristno povezati v konferencah ali svetih, da si z združenimi močmi pomagajo, da bodo posamezne ustanove bolje dosegale svoj namen, pri čemer vedno ohranijo svojo samostojnost, značaj in lastnega duha, razpravljati o skupnih zadevah in vzpostavljalni primerno usklajevanje in sodelovanje s škofovskimi konferencami in tudi posameznimi škofi.

Kan. 709 — Konference višjih predstojnikov naj imajo svoj statut, odobren od svetega sedeža, ki jih more edini povzdigniti tudi v pravno osebo in pod katerega vrhovnim vodstvom ostanejo.

Tretji naslov

SVETNE USTANOVE

Kan. 710 — Svetna ustanova je ustanova posvečenega življenja, v kateri si med svetom živeči verniki prizadevajo za spolnитеv v ljubezni in skušajo zlasti od znotraj prispevati k posvetitvi sveta.

Kan. 711 — Član svetne ustanove s svojo posvetitvijo ne spremeni v božjem ljudstvu lastnega cerkvenopravnega položaja, laiškega ali kleriškega, upoštevajoč pravne predpise glede ustanov posvečenega življenja.

Can. 712 — Firmis praescriptis cann. 598-601, constitutiones statuant vincula sacra, quibus evangelica consilia in instituto assumuntur, et definiunt obligationes quas eadem vincula inducunt, servata tamen in vitae ratione semper propria instituti saecularitate.

Can. 713 — § 1. Sodales horum institutorum propriam consecrationem in actuositate apostolica exprimunt et exercent, iidemque, ad instar fermenti, omnia spiritu evangelico imbuere satagunt ad robur et incrementum Corporis Christi.

§ 2. Sodales laici, munus Ecclesiae evangelizandi, in saeculo et ex saeculo, participant sive per testimonium vitae christiana et fidelitatis erga suam consecrationem, sive per adiutricem quam praebent operam ad ordinandas secundum Deum res temporales atque ad mundum virtute Evangelii informandum. Suam etiam cooperationem, iuxta propriam vitae rationem saecularem, in communitatis ecclesialis servitium offerunt.

§ 3. Sodales clerici per vitae consecratae testimonium, praesertim in presbyterio, peculiari caritate apostolica confratribus adiutorio sunt, et in populo Dei mundi sanctificationem suo sacro ministerio perficiunt.

Can. 714 — Sodales vitam in ordinariis mundi condicionibus vel soli, vel in sua quisque familia, vel in vitae fraternae coetu, ad normam constitutionum ducant.

Can. 715 — § 1. Sodales clerici in dioecesi incardinati ab Episcopo dioecesano dependent, salvis iis quae vitam consecratam in proprio instituto respiciunt.

§ 2. Qui vero ad normam can. 266, § 3 instituto incardinantur, si ad opera instituti propria vel ad regimen instituti destinentur, ad instar religiosorum ab Episcopo dependent.

Can. 716 — § 1. Sodales omnes vitam instituti, secundum ius proprium, actuose participant.

§ 2. Eiusdem instituti sodales communionem inter se servent, sollicite curantes spiritus unitatem et genuinam fraternitatem.

Can. 717 — § 1. Constitutiones proprium regiminis modum praescribant, tempus quo Moderatores suo officio fungantur et modum quo iidem designantur definiunt.

§ 2. Nemo in Moderatorem supremum designetur, qui non sit definitive incorporatus.

§ 3. Qui regimini instituti praepositi sunt, carent ut eiusdem spiritus unitas servetur et actuosa sodalium participatio promoveatur.

Kan. 712 — Ob veljavnosti predpisov kan. 598—601 naj konstitucije določijo svete vezi, s katerimi se v ustanovi sprejmejo evangeljski sveti, in določijo obveznosti, ki jih te vezi vsebujejo, vendar naj v načinu življenja vedno ohranijo lastni svetni značaj ustanove.

Kan. 713 — § 1. Člani teh ustanov izražajo in opravljajo lastno posvetitev v apostolskem delovanju in si prizadevajo kot kvas vse prepojiti z evangeljskim duhom za krepitev in rast Kristusovega telesa.

§ 2. Člani laiki so deležni naloge Cerkve evangelizirati v svetu in iz sveta, bodisi s pričevanjem krščanskega življenja in zvestobe do svoje posvetitve, bodisi z delom, s katerim pomagajo časne zadeve usmerjati k Bogu in svet preobraževati z močjo evangelija. Svoje sodelovanje tudi z lastnim svetnim načinom življenja dajejo na voljo v službi cerkvene skupnosti.

§ 3. Člani kleriki so sobratom v pomoč s pričevanjem posvečenega življenja, zlasti v zboru duhovnikov, s posebno apostolsko ljubeznijo, v božjem ljudstvu pa s svojo sveto službo uresničujejo posvečenje sveta.

Kan. 714 — Člani naj v rednih svetnih razmerah živijo sami ali vsak v svoji družini ali v bratski skupnosti, po določbi konstitucij.

Kan. 715 — § 1. Člani kleriki, ki so inkardinirani v škofijo, so odvisni od krajevnega škofa, razen v tistem, kar se tiče posvečenega življenja v lastni ustanovi.

§ 2. Tisti, ki so po določbi kan. 266, § 3 inkardinirani v ustanovo, pa so odvisni od škofa kakor redovniki, če so določeni za opravila, ki so lastna ustanovi, ali za vodstvo ustanove.

Kan. 716 — § 1. Vsi člani naj se dejavno udeležujejo življenja ustanove po lastnem pravu.

§ 2. Člani iste ustanove naj med seboj ohranjajo občestvo, skrbno gojijo duha edinstvi in pristno bratstvo.

Kan. 717 — § 1. Konstitucije naj predpišejo lastni način vodstva, določijo, koliko časa predstojniki opravljajo svojo službo, in način, kako se odberejo.

§ 2. Nikogar, ki ni dokončno inkorporiran, naj se ne določi za vrhovnega predstojnika.

§ 3. Tisti, ki vodijo ustanovo, naj skrbijo, da se ohrani enotnost njenega duha in pospešuje dejavna udeležba članov.

Can. 718 — Administratio bonorum instituti, quae paupertatem evangelicam exprimere et fovere debet, regitur normis Libri V *De bonis Ecclesiae temporalibus* necnon iure proprio instituti. Item ius proprium definit obligationes praesertim oeconomicas instituti erga sodales, qui pro ipso operam impendunt.

Can. 719 — § 1. Sodales, ut vocationi sua fideliter respondeant eorumque actio apostolica ex ipsa unione cum Christo procedat, sedulo orationi vacent, sacrarum Scripturarum lectioni apto modo incumbant, annua recessus tempora servent atque alia spiritualia exercitia iuxta ius proprium peragant.

§ 2. Eucharistiae celebratio, quantum fieri potest cotidiana, sit totius eorum vitae consecratae fons et robur.

§ 3. Libere ad sacramentum paenitentiae accedant, quod frequenter recipient.

§ 4. Necessarium conscientiae moderamen libere obtineant atque huius generis consilia a suis etiam Moderatoribus, si velint, requirant.

Can. 720 — Ius admittendi in institutum, vel ad probationem vel ad sacra vincula sive temporaria sive perpetua aut definitiva assumenda, ad Moderatores maiores cum suo consilio ad normam constitutionum pertinet.

Can. 721 — § 1. Invalide admittitur ad initialem probationem:

1º qui maiorem aetatem nondum attigerit;

2º qui sacro vinculo in aliquo instituto vitae consecratae actu obstringitur, aut in societate vitae apostolicae incorporatus est;

3º coniux durante matrimonio.

§ 2. Constitutiones possunt alia admissionis impedimenta etiam ad validitatem statuere vel condiciones apponere.

§ 3. Praeterea, ut quius recipiatur, habeat oportet maturitatem, quae ad vitam instituti propriam recte ducendam est necessaria.

Can. 722 — § 1. Probatio initialis eo ordinetur, ut candidati suam divinam vocationem et quidem instituti propriam aptius cognoscant iidemque in spiritu et vivendi modo instituti exerceantur.

§ 2. Ad vitam secundum evangelica consilia ducendam candidati rite instituantur atque ad eandem integre in apostolatum converendum edoceantur, eas adhibentes evangelizationis formas, quae instituti fini, spiritui et indoli magis respondeant.

§ 3. Huius probationis modus et tempus ante sacra vincula in instituto primum suscipienda, biennio non brevius, in constitutionibus definitur.

Kan. 718 — Upravljanje premoženja ustanove, ki mora izražati in gojiti evangelijsko uboštvo, se ravna po določbah pete knjige o cerkvenem premoženju in po lastnem pravu ustanove. Prav tako naj lastno pravo določi obveznosti ustanove, zlasti gospodarske, do članov, ki zanjo opravljajo delo.

Kan. 719 — § 1. Da se bodo člani zvesteje odzivali na svoj poklic in bo njihovo apostolsko delovanje izhajalo iz same povezanosti s Kristusom, naj se vneto posvečajo molitvi, na primeren način zavzeto berejo sveto pismo, opravljajo letne duhovne vaje in še druge vaje duhovnosti po lastnem pravu.

§ 2. Obhajanje evharistije naj bo, če je mogoče, vsak dan vir in moč vsega njihovega posvečenega življenja.

§ 3. Svobodno naj pristopajo k zakramantu pokore, ki naj ga pogosto prejemajo.

§ 4. Svobodno naj si poiščejo potrebno duhovno vodstvo in, če želijo, naj iščejo takšnih nasvetov tudi pri svojih predstojnikih.

Kan. 720 — Pravica koga sprejeti v ustanovo ali na preizkušnjo ali se vezati z začasnimi ali večnimi ali dokončnimi svetimi vezmi, sodi po določbi konstitucij v pristojnost višjih predstojnikov z njihovim svetom.

Kan. 721 — § 1. Neveljavno se sprejme na začetno preizkušnjo:

1. kdor še ni dosegel polnoletnosti;

2. kogar dejansko veže sveta vez v kaki ustanovi posvečenega življenja ali je inkorporiran v družbo apostolskega življenja;

3. zakonec, dokler traja zakon.

§ 2. Konstitucije morejo določiti, tudi za veljavnost, še druge zadržke sprejema ali dodati pogoje.

§ 3. Da se kdo sprejme, mora imeti poleg tega zrelost, ki je potrebna za pravilno življenje, kakor je lastno ustanovi.

Kan. 722 — § 1. Začetna preizkušnja naj bo naravnana v to, da bodo kandidati svoj božji poklic, in sicer lastnega ustanovi, primerneje spoznali in se vadili v duhu in načinu življenja ustanove.

§ 2. Kandidati naj se pravilno vzugajajo za življenje po evangelijskih svetih in se ga naučijo v celoti spremnijati v apostolat z uporabo tistih oblik evangelizacije, ki namenu, duhu in značaju ustanove bolje ustrezajo.

§ 3. Način in čas te najmanj dveletne preizkušnje pred svetimi vezmi, ki naj se v ustanovi kot prve sprejmejo, naj se določita v konstitucijah.

Can. 723 — § 1. Elapso probationis initialis tempore, candidatus qui idoneus iudicetur, tria consilia evangelica, sacro vinculo firmata, assumat vel ab instituto discedat.

§ 2. Quae prima incorporatio, quinquennio non brevior, ad normam constitutionum temporaria sit.

§ 3. Huius incorporationis tempore elapso, sodalis, qui idoneus iudicetur, admittatur ad incorporationem perpetuam vel definitivam, vinculis scilicet temporariis semper renovandis.

§ 4. Incorporatio definitiva, quoad certos effectus iuridicos in constitutionibus statuendos, perpetuae aequiparatur.

Can. 724 — § 1. Institutio post vincula sacra primum assumpta iugiter secundum constitutiones est protrahenda.

§ 2. Sodales in rebus divinis et humanis pari gressu instituantur; de continua vero eorum spirituali formatione seriam habeant curam instituti Moderatores.

Can. 725 — Institutum sibi associare potest, aliquo vinculo in constitutionibus determinato, alios christifideles, qui ad evangelicam perfectionem secundum spiritum instituti contendant eiusdemque missionem participant.

Can. 726 — § 1. Elapso tempore incorporationis temporariae, sodalis institutum libere derelinquere valet vel a sacrorum vinculorum renovatione iusta de causa a Moderatore maiore, auditio suo consilio, excludi potest.

§ 2. Sodalis temporariae incorporationis id sponte petens, indulsum discedendi a supremo Moderatore de consensu sui consilii gravi de causa obtinere valet.

Can. 727 — § 1. Sodalis perpetue incorporatus, qui institutum derelinquere velit, indulsum discedendi, re coram Domino serio perpensa, a Sede Apostolica per Moderatorem supremum petat, si institutum est iuris pontifici; secus etiam ab Episcopo dioecesano, prout in constitutionibus definitur.

§ 2. Si agatur de clero instituto incardinato, servetur praescriptum can. 693.

Can. 728 — Indulto discedendi legitime concesso, cessant omnia vincula necnon iura et obligationes ab incorporatione promanantia.

Can. 729 — Sodalis ab instituto dimittitur ad normam cann. 694 et 695; constitutiones praeterea determinent alias causas dimissionis, dummodo sint proportionate graves, externae, imputabiles et iuridice comprobatae, atque modus procedendi servetur in cann. 697-700 statutus. Dimisso applicatur praescriptum can. 701.

Kan. 723 — § 1. Ko mine čas začetne preizkušnje, naj kandidat, ki velja za sposobnega, sprejme tri evangeljske svete, ki jih potrdi s sveto vezjo, ali pa izstopi iz ustanove.

§ 2. Ta prva inkorporacija, najmanj za pet let, naj bo po določbi konstitucij začasna.

§ 3. Ko mine čas te inkorporacije, naj se članu, ki velja za sposobnega, dovoli trajna ali dokončna inkorporacija, začasne vezi pa mora seveda vedno obnavljati.

§ 4. Dokončna inkorporacija je glede določenih pravnih učinkov, ki jih je treba določiti v konstitucijah, enaka trajni.

Kan. 724 — § 1. Po sprejemu prvih svetih vezi naj se vzgoja trajno nadaljuje, kakor določijo konstitucije.

§ 2. Člani naj se sočasno vzugajajo v božjih in človeških rečeh; za njihovo nenehno duhovno vzgojo naj imajo predstojniki ustanove resno skrb.

Kan. 725 — Ustanova si more pridružiti druge vernike s kako v konstitucijah določeno vezjo, ki si v duhu ustanove prizadevajo za evangeljsko popolnost in se udeležujejo njenega poslanstva.

Kan. 726 — § 1. Po preteklu začasne inkorporacije more član sprovidno zapustiti ustanovo ali pa ga more iz upravičenega razloga od obnovitve svetih vezi izključiti višji predstojnik po posvetovanju s svojim svetom.

§ 2. Če začasno inkorporirani član iz lastnega nagiba prosi za izstop, more to dovoljenje iz tehtnega razloga dobiti od vrhovnega predstojnika s privolitvijo njegovega sveta.

Kan. 727 — § 1. Trajno inkorporirani član, ki želi zapustiti ustanovo, naj potem, ko je zadevo pred Bogom resno pretehtal, prosi sveti sedež za dovoljenje za izstop po vrhovnem predstojniku, če je ustanova papeškopravna; sicer pa krajevnega škofa, kakor je določeno v konstitucijah.

§ 2. Če gre za klerika, ki je inkorporiran v ustanovo, naj se upošteva predpis kan. 693.

Kan. 728 — Z dovoljenjem za izstop, ki je zakonito podeljeno, prenehajo vse vezi in tudi pravice in dolžnosti, ki iz inkorporacije izhajajo.

Kan. 729 — Član se odslovi iz ustanove po določbi kan. 694 in 695; konstitucije naj razen tega določijo druge razloge za odslovitev, da so le sorazmerno tehtni, zunanjji, je zanje odgovoren in so pravno dokazani, in se ohrani način postopka, kakor je določen v kan. 697-700. Glede odslovljenega naj se uporabi predpis kan. 701.

Can. 730 — Ut sodalis instituti saecularis ad aliud institutem saeculare transeat, serventur praescripta cann. 684, §§ 1, 2, 4 et 685; ut vero ad institutum religiosum vel ad societatem vitae apostolicae aut ex illis ad institutum saeculare fiat transitus, licentia requiritur Sedis Apostolicae, cuius mandatis standum est.

Sectio II

DE SOCIETATIBUS VITAE APOSTOLICAE

Can. 731 — § 1. Institutis vitae consecratae accedunt societates vitae apostolicae, quarum sodales, sine votis religiosis, finem apostolicum societatis proprium proseguuntur et, vitam fraternam in communi ducentes, secundum propriam vitae rationem, per observantiam constitutionum ad perfectionem caritatis tendunt.

§ 2. Inter has sunt societates in quibus sodales, aliquo vinculo constitutionibus definito, consilia evangelica assumunt.

Can. 732 — Quae in cann. 578–597, et 606 statuuntur, societatibus vitae apostolicae applicantur, salva tamen uniuscuiusque societatis natura; societatibus vero, de quibus in can. 731, § 2, etiam cann. 598–602 applicantur.

Can. 733 — § 1. Domus erigitur et communitas localis constituitur a competenti auctoritate societatis, praevio consensu Episcopi dioecesani in scriptis dato, qui etiam consuli debet, cum agitur de eius suppressione.

§ 2. Consensus ad erigendam domum secumfert ius habendi saltem oratorium, in quo sanctissima Eucharistia celebretur et asseretur.

Can. 734 — Regimen societatis a constitutionibus determinatur, servatis, iuxta naturam uniuscuiusque societatis, cann. 617–633.

Can. 735 — § 1. Sodalium admissio, probatio, incorporatio et institutio determinantur iure proprio cuiusque societatis.

§ 2. Ad admissionem in societatem quod attinet, serventur condicione in cann. 642–645 statutae.

§ 3. Ius proprium determinare debet rationem probationis et institutionis fini et indoli societatis accommodatam, praesertim doctrinalem, spiritualem et apostolicam, ita ut sodales vocationem divinam agnoscentes ad missionem et vitam societatis apte praeparentur.

Can. 736 — § 1. In societatibus clericalibus clerci ipsi societati incardinantur, nisi aliter ferant constitutiones.

Kan. 730 — Da član svetne ustanove prestopi v drugo svetno ustanovo, se je treba ravnati po predpisu kan. 684, §§ 1, 2, 4, in 685; za prestop v redovno ustanovo ali družbo apostolskega življenja ali iz njiju v svetno ustanovo je potrebo dovoljenje apostolskega sedeža in se je treba ravnati po njegovih naročilih.

Drugi oddelek

DRUŽBE APOSTOLSKEGA ŽIVLJENJA

Kan. 731 — § 1. Ustanovam posvečenega življenja so podobne družbe apostolskega življenja, katerih člani se brez redovnih zaobljub posvečajo lastnemu apostolskemu namenu družbe in si, ko bratsko živijo v skupnosti, z lastnim načinom življenja in izpolnjevanjem konstitucij prizadavajo za spolnitve ljubezni.

§ 2. Med temi so družbe, v katerih člani s kako vezjo, določeno v konstitucijah, sprejmejo evangeljske svete.

Kan. 732 — Kar določajo kan. 578–597 in 606, velja tudi za družbe apostolskega življenja, vendar je treba upoštevati naravo vsake posamezne družbe; za družbe, ki jih omenja kan. 731, § 2, pa veljajo tudi kan. 598–602.

Kan. 733 — § 1. Hišo in krajevno skupnost ustanovi pristojna oblast družbe po predhodni pismeni privolitvi krajevnega škofa, s katerim se je tudi treba posvetovati, ko gre za njeno razpustitev.

§ 2. Privolitev za ustanovitev hiše vsebuje tudi pravico imeti vsaj kapelo, kjer se obhaja in hrani presveta evharistija.

Kan. 734 — Vodstvo družbe določajo konstitucije, upoštevajoč, kakor ustreza naravi posamezne družbe, kan. 617–633.

Kan. 735 — § 1. Lastno pravo vsake družbe naj določa sprejem, preizkušnjo, inkorporacijo in vzgojo članov.

§ 2. Glede sprejema v družbo se je treba ravnati po pogojih, določenih v kan. 642–645.

§ 3. Lastno pravo mora tako določiti način preizkušnje in vzgoje, ki je prilagojen namenu in značaju družbe, zlasti znanstveni, duhovni in apostolski, da se bodo člani, spoznavajoč božji klic, primerno pripravljeni na poslanstvo in življenje družbe.

Kan. 736 — § 1. V kleriških družbah se kleriki inkardinirajo v družbo samo, če konstitucije ne določajo drugače.

§ 2. In iis quae ad rationem studiorum et ad ordines suscipiendos pertinent, serventur normae clericorum saecularium, firma tamen § 1.

Can. 737 — Incorporatio secumfert ex parte sodalium obligationes et iura in constitutionibus definita, ex parte autem societatis, curam sodales ad finem propriae vocationis perducendi, iuxta constitutiones.

Can. 738 — § 1. Sodales omnes subsunt propriis Moderatoribus ad normam constitutionum in iis quae vitam internam et disciplinam societatis respiciunt.

§ 2. Subsunt quoque Episcopo dioecesano in iis quae cultum publicum, curam animarum aliaque apostolatus opera respiciunt, attentis cann. 679–683.

§ 3. Relationes sodalis dioecesi incardinati cum Episcopo proprio constitutionibus vel particularibus conventionibus definiuntur.

Can. 739 — Sodales, praeter obligationes quibus, uti sodales, obnoxii sunt secundum constitutiones, communibus obligationibus clericorum adstringuntur, nisi ex natura rei vel ex contextu sermonis aliud constet.

Can. 740 — Sodales habitare debent in domo vel in communitate legitime constituta et servare vitam communem, ad normam iuris proprii, quo quidem etiam absentiae a domo vel communitate reguntur.

Can. 741 — § 1. Societates et, nisi aliter ferant constitutiones, eorum partes et domus, personae sunt iuridicae et, qua tales, capaces bona temporalia acquirendi, possidendi, administrandi et alienandi, ad normam praescriptorum Libri V *De bonis Ecclesiae temporalibus*, cann. 636, 638 et 639, neconon iuris proprii.

§ 2. Sodales capaces quoque sunt, ad normam iuris proprii, bona temporalia acquirendi, possidendi, administrandi de iisque disponendi, sed quidquid ipsis intuitu societatis obveniat, societati acquiritur.

Can. 742 — Egressus et dimissio sodalis nondum definitive incorporati reguntur constitutionibus cuiusque societatis.

Can. 743 — Indultum discedendi a societate, cessantibus iuribus et obligationibus ex incorporatione pro manantibus, firmo praescripto can. 693, sodalis definitive incorporatus a supremo Moderatore cum consensu eius consilii obtinere potest, nisi id iuxta constitutiones Sanctae Sedi reservetur.

Can. 744 — § 1. Supremo quoque Moderatori cum consensu sui consilii pariter reservatur licentiam concedere sodali definitive incor-

§ 2. Glede študija in sprejemanja svetih redov pa naj se upoštevajo določbe za svetne klerike, vendar velja § 1.

Kan. 737 — Inkorporacija vsebuje za člane obveznosti in pravice, določene v konstitucijah, za družbo pa skrb voditi člana po konstitucijah do cilja lastnega poklica.

Kan. 738 — § 1. Kar zadeva notranje življenje in disciplino družbe, so vsi člani po določbi konstitucij podrejeni svojim predstojnikom.

§ 2. Glede javnega bogočastja, pastoralne skrbi in drugih del apostolata so podrejeni tudi krajevnemu škofu, upoštevajoč kan. 679–683.

§ 3. Odnose v škofijo inkardiniranega člana do lastnega škofa določajo konstitucije ali posebni dogovori.

Kan. 739 — Poleg obveznosti, ki po konstitucijah vežejo člane kot člane, jih vežejo tudi splošne obveznosti klerikov, razen če je iz narave stvari ali besedila razvidno kaj drugega.

Kan. 740 — Člani morajo bivati v hiši ali skupnosti, ki je zakonito ustanovljena, in ohranjati skupno življenje po določbi lastnega prava, ki uravnava tudi odsotnost iz hiše ali skupnosti.

Kan. 741 — § 1. Če konstitucije ne določajo drugače, so družbe in njihovi deli in hiše pravne osebe in kot takšne sposobne premoženje pridobivati, imeti, upravljati in odtujevati po določbi predpisov pete knjige o cerkvenem premoženju, kan. 636, 638 in 639 in tudi po lastnem pravu.

§ 2. Člani so tudi sposobni po določbi lastnega prava pridobivati, imeti in upravljati premoženje ter z njim razpolagati, toda kar dobitjo zaradi družbe, pridobijo družbi.

Kan. 742 — Izstop in odslovitev člana, ki še ni dokončno inkorporiran, urejajo konstitucije vsake družbe.

Kan. 743 — Dovoljenje za izstop iz družbe s prenehanjem pravic in dolžnosti, ki izhajajo iz inkorporacije, ob veljavi predpisa kan. 693, more dokončno inkorporirani član dobiti od vrhovnega predstojnika s privolitvijo njegovega sveta, razen če je to po konstitucijah pridržano svetemu sedežu.

Kan. 744 — § 1. Prav tako je vrhovnemu predstojniku s privolitvijo njegovega sveta pridržano dokončno inkorporiranemu članu po-

porato ad aliam societatem vitae apostolicae transeundi, suspensis interim iuribus et obligationibus propriae societatis, firmo tamen iure redeundi ante definitivam incorporationem in novam societatem.

§ 2. Ut transitus fiat ad institutum vitae consecratae vel ex eo ad societatem vitae apostolicae, licentia requiritur Sanctae Sedis, cuius mandatis standum est.

Can. 745 — Supremus Moderator cum consensu sui consilii sodali definitive incorporato concedere potest indulatum vivendi extra societatem, non tamen ultra triennium, suspensis iuribus et obligationibus quae cum ipsis nova condicione componi non possunt; permanet tamen sub cura Moderatorum. Si agitur de clero, requiritur praeterea consensus Ordinarii loci in quo commorari debet, sub cuius cura et dependentia etiam manet.

Can. 746 — Ad dimissionem sodalis definitive incorporati serventur, congrua congruis referendo, cann. 694—704.

deliti dovoljenje za prestop v drugo družbo apostolskega življenja, ko so pravice in dolžnosti lastne družbe medtem prekinjene, vendar ostane pravica vrniti se pred dokončno inkorporacijo v novo družbo.

§ 2. Za prestop v ustanovo posvečenega življenja ali iz nej v družbo apostolskega življenja je potreben dovoljenje svetega sedeža, po čigar naročilih se je treba ravnati.

Kan. 745 — Vrhovni predstojnik more s privolitvijo svojega sveta dokončno inkorporiranemu članu podeliti dovoljenje za življenje zunaj družbe, vendar največ za tri leta, medtem pa so pravice in dolžnosti, ki se z njegovim novim položajem ne dajo združiti, prekinjene; ostane pa pod skrbjo predstojnikov. Če gre za klerika, se poleg tega zahteva privolitev škofa kraja, kjer mora prebivati, in pod čigar skrbjo in odslovitve dokončno inkorporiranega člana se je treba, upoštevajoč vse potrebno, ravnati po kan. 694—704.

Kan. 746 — Glede odslovitve dokončno inkorporiranega člana se je treba, upoštevajoč vse potrebno, ravnati po kan. 694—704.

Liber III

DE ECCLESIAE MUNERE DOCENDI

Can. 747 – § 1. Ecclesiae, cui Christus Dominus fidei depositum concreditid ut ipsa, Spiritu Sancto assistente, veritatem revelatam sancte custodiret, intimus perscrutaretur, fideliter annuntiaret atque exponeret, officium est et ius natum, etiam mediis communicationis socialis sibi propriis adhibitis, a qualibet humana potestate independens, omnibus gentibus Evangelium praedicandi.

§ 2. Ecclesiae competit semper et ubique principia moralia etiam de ordine sociali annuntiare, necnon iudicium ferre de quibuslibet rebus humanis, quatenus personae humanae iura fundamentalia aut animarum salus id exigant.

Can. 748 – § 1. Omnes homines veritatem in iis, quae Deum eiusque Ecclesiam respiciunt, quaerere tenentur eamque cognitam amplectendi ac servandi obligatione vi legis divinae adstringuntur et iure gaudent.

§ 2. Homines ad amplectendam fidem catholicam contra ipsorum conscientiam per coactionem adducere nemini umquam fas est.

Can. 749 – § 1. Infallibilitate in magisterio, vi munera sui gaudet Summus Pontifex quando ut supremus omnium christifidelium Pastor et Doctor, cuius est fratres suos in fide confirmare, doctrinam de fide vel de moribus tenendum definitivo actu proclamat.

§ 2. Infallibilitate in magisterio pollet quoque Collegium Episcoporum quando magisterium exercent Episcopi in Concilio Oecumenico coadunati, qui, ut fidei et morum dostores et iudices, pro universa Ecclesia doctrinam de fide vel de moribus definitive tenendam declarant; aut quando per orbem dispersi, communionis nexum inter se et cum Petri successore servantes, una cum eodem Romano Pontifice authentice res fidei vel morum docentes, in unam sententiam tamquam definitive tenendam conveniunt.

§ 3. Infallibiliter definita nulla intellegitur doctrina, nisi id manifesto constiterit.

Can. 750 – § 1. Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt quae verbo Dei scripto vel tradito, uno scilicet fidei deposito Ecclesiae commisso, continentur, et insimul ut divinitus revelata proponuntur sive ab Ecclesiae magisterio sollemni, sive ab eius magisterio ordinario et universal, quod quidem communis adhaesione christifidelium sub ductu sacri magisterii manifestatur; tenentur igitur omnes quascumque devitare doctrinas iisdem contrarias.

§ 2. Firmiter etiam amplectenda ac retinenda sunt omnia et singula quae circa doctrinam de fide vel moribus ab Ecclesiae magisterio definitive proponuntur, scilicet quae ad idem fidei depositum sancte custodiendum et fideliter exponendum requiruntur; ideoque doctrinae Ecclesiae catholicae adversatur qui easdem propositiones definitive tenendas recusat.

Tretja knjiga

UČITELJSKA SLUŽBA CERKVE

Kan. 747 – § 1. Cerkev, ki ji je Kristus Gospod zaupal zaklad vere, da ob podpori Svetega Duha razodeto resnico sveto varuje, globlje raziskuje, zvesto oznanja in razлага, ima dolžnost in po naravi pravico neodvisno od katerekoli človeške oblasti oznanjati evangelij vsem ljudstvom, uporabljajoč pri tem tudi sredstva družbenega obveščanja, ki so ji lastna.

§ 2. Cerkev je pristojna, da vedno in povsod oznanja nrvna načela tudi glede družbenega reda in da izreče sodbo o kakršnihkoli človeških stvareh, kolikor to zahtevajo temeljne pravice človeške osebe ali zveličanje ljudi.

Kan. 748 – § 1. Vsi ljudje so po božji postavi dolžni resnico, ki se nanaša na Boga in njegovo Cerkev, iskati, se spoznane okleniti, jo ohraniti in imajo do tega pravico.

§ 2. Nikomur ni nikoli dovoljeno kogarkoli siliti, da bi se proti svoji vesti oklenil katoliške vere.

Kan 749 – § 1. Papež je v moči svoje službe nezmotljiv v učiteljstvu, kadar kot vrhovni pastir in učitelj vseh vernikov, ki mora svoje brate potrjevati v veri, dokončno razglasiti kak verski ali nrvni nauk kot obvezen.

§ 2. Tudi škofovski zbor je nezmotljiv v učiteljstvu, kadar škofovi kot učitelji in razsodniki v veri in nrvne, zbrani na vesoljnem cerkvenem zboru, izvršujejo učiteljstvo tako, da za vso Cerkev dokončno razglasijo kak verski ali nrvni nauk kot obvezen; ali kadar, razkropljeni po svetu, vendar povezani v občestvu med seboj in s Petrovim naslednikom, skupaj z rimskim papežem verodostojno učijo verski in nrvni nauk in soglasno izjavljajo, da ga je treba sprejeti kot dokončno obveznega.

§ 3. Samo tisti nauk je opredeljen kot nezmotljiv, o katerem je to izrečno povedano.

Kan. 750 – § 1. Z božjo in katoliško vero je treba verovati vse, kar obsegajo zapisana in izročena božja beseda, ki je en sam Cerkvi zaupan zaklad vere in ga hkrati učiteljstvo Cerkve kot od Boga razodetega predлага v verovanje, bodisi po slovesnem ali po rednem in vesoljnem učiteljstvu, ki se namreč razodeva s skupnim soglasjem vernikov pod vodstvom svetega učiteljstva; vsi so torej dolžni izogibati se vsakršnih naukov, ki so prej omenjenemu nasprotvi.

§ 2. Kot trdno je treba tudi sprejeti in obdržati vse in posamič, kar glede vere in nrvnosti učiteljstvo Cerkve kot dokončno predлага, to je, kar se zahteva, da se isti zaklad vere sveto ohranja in zvesto oznanja; zato nasprotuje nauku katoliške Cerkve, kdor odklanja sprejeti te trditve kot dokončne.

Can. 751 — Dicitur haeresis, pertinax, post receptum baptismum, alicuius veritatis fide divina et catholica credendae denegatio, aut de eadem pertinax dubitatio; apostasia, fidei christiana ex toto repudatio; schisma, subiectionis Summo Pontifici aut communionis cum Ecclesiae membris eidem subditis detrectatio.

Can. 752 — Non quidem fidei assensus, religiosum tamen intellectus et voluntatis obsequium praestandum est doctrinae, quam sive Summus Pontifex sive Collegium Episcoporum de fide vel de moribus enuntiant, cum magisterium authenticum exercent, etsi definitivo actu eandem proclamare non intendant; christifideles ergo devitare carent quae cum eadem non congruant.

Can. 753 — Episcopi, qui sunt in communione cum Collegii capite et membris, sive singuli sive in conferentiis Episcoporum aut in consiliis particularibus congregati, licet infallibilitate in docendo non polleant, christifidelium suaे curae commissorum authenticı sunt fidei doctores et magistri; cui authenticō magisterio suorum Episcoporum christifideles religioso animi obsequio adhaerere tenentur.

Can. 754 — Omnes christifideles obligatione tenentur servandi constitutiones et decreta, quae ad doctrinam proponendam et erroreas opiniones proscribendas fert legitima Ecclesiae auctoritas, speciali vero ratione, quae edit Romanus Pontifex vel Collegium Episcoporum.

Can. 755 — § 1. Totius Collegii Episcoporum et Sedis Apostolicae imprimis est fovere et dirigere motum oecumenicum apud catholicos, cuius finis est unitatis redintegratio inter universos christianos, ad quam promovendam Ecclesia ex voluntate Christi tenetur.

§ 2. Episcoporum item est, et, ad normam iuris, Episcoporum conferentiarum, eandem unitatem promovere atque pro variis adiunctorum necessitatibus vel opportunitatibus, normas practicas impertire, attentis praescriptis a supra Ecclesiae auctoritate latis.

Titulus I DE DIVINI VERBI MINISTERIO

Can. 756 — § 1. Quoad universam Ecclesiam munus Evangelii annuntiandi praecipue Romano Pontifici et Collegio Episcoporum commissum est.

§ 2. Quoad Ecclesiam particularem sibi concreditam illud munus exercent singuli Episcopi, qui quidem totius ministerii verbi in eadem sunt moderatores; quandoque vero aliqui Episcopi coniunctim illud expletu quo diversas simul Ecclesias, ad normam iuris.

Kan. 751 — Z besedo krivoverstvo označujemo po prejetem krstu trdovratno zanikanje katere izmed resnic, ki jo je treba verovati z božjo in katoliško vero, ali trdovraten dvom o njej; odpadništvo je zavrnitev krščanske vere v celoti; razkolništvo pomeni odklonitev podrejenosti papežu ali odklonitev občestva z udi Cerkve, ki so mu podrejeni.

Kan. 752 — Verskemu ali nravnemu nauku, ki ga oznanjata bodisi papež ali škofovski zbor, kadar nastopata v moči svoje učiteljske službe, čeprav ga ne nameravata razglasiti za dokončnega, sicer ni treba izkazovati pritrditev vere, pač pa religiozno poslušnost razuma in volje; verniki naj se torej skrbno izogibajo vsega, kar se s tem naukom ne sklada.

Kan. 753 — Čeprav škofje, ki so v občestvu z glavo in udi zборa, bodisi posamič ali zbrani na škofovskih konferencah ali območnih cerkvenih zborih, niso nezmotljivi učitelji, vendar so vernikom, izročenim svoji skrbi, verodostojni učitelji in razlagalci vere; tega verodostojnjega učiteljstva svojih škofov se morajo verniki oklepati s poslušnostjo vere.

Kan. 754 — Vsi verniki so se dolžni ravnati po konstitucijah in odlokih, ki jih izda zakonita cerkvena oblast, da predloži nauk ali zavrne zmotna mnenja, posebej še tistih, ki jih izda rimski papež ali škofovski zbor.

Kan. 755 — § 1. Ekumensko gibanje, katerega cilj je obnovitev edinstvi med vsemi kristjani in jo je Cerkev po Kristusovi volji med katoličani dolžna pospeševati, morata gojiti in usmerjati predvsem celoten škofovski zbor in apostolski sedež.

§ 2. Prav tako pa imajo tudi škofje in po določbi prava škofovsko konference dolžnost pospeševati to edinstvo in v skladu z različnimi zahtevami in ugodnimi priložnostmi izdajati praktične določbe po predpisih, ki jih je dala vrhovna cerkvena oblast.

Prvi naslov SLUŽBA BOŽJE BESEDE

Kan. 756 — § 1. Služba oznanjevanja evangelija vsej Cerkvi je zaupana zlasti rimskemu papežu in škofovskemu zboru.

§ 2. To službo opravljajo v njim izročeni delni Cerkvi posamezni škofje, ki v njej vodijo celotno službo besede; včasih pa nekateri škofje po določbi prava opravljajo to službo skupno, hkrati za različne Cerkve.

Can. 757 — Presbyterorum, qui quidem Episcoporum cooperatores sunt, proprium est Evangelium Dei annuntiare; praesertim hoc officio tenentur, quoad populum sibi commissum, parochi aliquique quibus cura animarum concreditur; diaconorum etiam est in ministerio verbi populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inseruire.

Can. 758 — Sodales institutorum vitae consecratae, vi propriae Deo consecrationis, peculiari modo Evangelii testimonium reddunt, iidemque in Evangelio annuntiando ab Episcopo in auxilium convenienter assumuntur.

Can. 759 — Christifideles laici, vi baptismatis et confirmationis, verbo et vitae christiana exemplo evangelici nuntii sunt testes; vocari etiam possunt ut in exercitio ministerii verbi cum Episcopo et presbyteris cooperentur.

Can. 760 — In ministerio verbi, quod sacra Scriptura, Traditione, liturgia, magisterio vitaque Ecclesiae innitatur oportet, Christi mysterium integre ac fideliter proponatur.

Can. 761 — Varia media ad doctrinam christianam annuntiandam adhibeantur quae praesto sunt, imprimis praedicatio atque catechistica institutio, quae quidem semper principem locum tenent, sed et propositione doctrinae in scholis, in academiis, conferentiis et coadunationibus omnis generis, necnon eiusdem diffusio per declarationes publicas a legitima auctoritate occasione quorundam eventuum factas prelo aliisque instrumentis communicationis socialis.

Caput I DE VERBI DEI PRAEDICATIONE

Can. 762 — Cum Dei populus primum coadunetur verbo Dei vivi, quod ex ore sacerdotum omnino fas est requirere, munus praedicationis magni habeant sacri ministri, inter quorum praecipua officia sit Evangelium Dei omnibus annuntiare.

Can. 763 — Episcopis ius est ubique, non exclusis ecclesiis et oratoriis institutorum religiosorum iuris pontificii, Dei verbum praedicare, nisi Episcopus loci in casibus particularibus expresse renuerit.

Can. 764 — Salvo praescripto can. 765, facultate ubique praedi- candi, de consensu saltem praesumpto rectoris ecclesiae exercenda, gaudent presbyteri et diaconi, nisi ab Ordinario competenti eadem facultas restricta fuerit aut sublata, aut lege particulari licentia expressa requiratur.

Kan. 757 — Duhovniki, ki so škofovi sodelavci, imajo lastno na- logo oznanjati božji evangelij; to dolžnost imajo do zaupanega jim ljudstva predvsem župniki in drugi, ki jim je izročena skrb za duše; tudi diakoni v občestvu s škofom in njegovim zborom duhovnikov morajo biti v službi besede na voljo božjem ljudstvu.

Kan. 758 — Člani ustanov posvečenega življenja v moči svoje po- svetitve Bogu na poseben način pričujejo za evangelij in škof naj jih ustrezzo privzame v pomoč pri oznanjevanju evangelija.

Kan. 759 — Verniki laiki so v moči krsta in birme z besedo in zgledom krščanskega življenja priče evangeljskega oznanila; mogo- če pa jih je tudi poklicati, da s škofom in duhovniki sodelujejo pri opravljanju službe besede.

Kan. 760 — Služba besede, ki se mora opirati na sveto pismo, iz- ročilo, bogoslužje, učiteljstvo in življenje Cerkve, naj neokrnjeno in zvesto podaja Kristusovo skrivnost.

Kan. 761 — Pri oznanjevanju krščanskega nauka naj se uporabljajo različna sredstva, ki so na voljo, predvsem pridiga in kateheza, ki imata vedno prvo mesto, pa tudi poučevanje nauka v šolah raznih stopenj, na konferencah in zborovanjih vseh vrst; prav tako naj se razglaša z javnimi izjavami zakonite oblasti ob raznih dogodkih s tiskom in drugimi sredstvi družbenega obveščanja.

Prvo poglavje OZNANJEVANJE BOŽJE BESEDE

Kan. 762 — Ker se božje ljudstvo najprej zbira po besedi živega Boga, ki jo povsem upravičeno zahteva iz ust duhovnikov, naj po- svečeni služabniki službo oznanjevanja visoko cenijo, saj je ozna- jevanje božjega evangelija vsem ena njihovih glavnih dolžnosti.

Kan. 763 — Škofje imajo pravico povsod, tudi v cerkvah in ka- pelah papeškopravnih redovnih ustanov, oznanjati božjo besedo, razen če bi krajevni škof v posameznih primerih to izrečno odklonil.

Kan. 764 — Duhovniki in diakoni smejo vsaj z domnevano pri- volitvijo rektorja cerkve pridigati povsod, razen če jim je pristojni ordinarij to pravico omejil ali odvzel ali če se po območnem pravu za to zahteva izrečno dovoljenje; velja pa predpis kan. 765.

Can. 765 — Ad praedicandum religiosis in eorum ecclesiis vel oratoriis licentia requiritur Superioris ad normam constitutionum competentis.

Can. 766 — Ad praedicandum in ecclesia vel oratorio admitti possunt laici, si certis in adjunctis necessitas id requirat aut in casibus particularibus utilitas id suadeat, iuxta Episcoporum conferentiae praescripta, et salvo can. 767, § 1.

Can. 767 — § 1. Inter praedicationis formas eminet homilia, quae est pars ipsius liturgiae et sacerdoti aut diacono reservatur; in eadem per anni liturgici cursum ex textu sacro fidei mysteria et normae vitae christiana exponantur.

§ 2. In omnibus Missis diebus dominicis et festis de paecepto, quae concursu populi celebrantur, homilia habenda est nec omitti potest nisi gravi de causa.

§ 3. Valde commendatur ut, si sufficiens detur populi concursus, homilia habeantur etiam in Missis quae infra hebdomadam, praesertim tempore adventus et quadragesimae aut occasione alicuius festi vel luctuosi eventus, celebrentur.

§ 4. Parochi aut ecclesiae rectoris est curare ut haec praescripta religiose serventur.

Can. 768 — § 1. Divini verbi paecones christifidelibus imprimis proponant quae ad Dei gloriam hominumque salutem credere et facere oportet.

§ 2. Important quoque fidelibus doctrinam, quam Ecclesiae magisterium proponit de personae humanae dignitate et libertate, de familiae unitate et stabilitate eiusque munis, de obligationibus quae ad homines in societate coniunctos pertinent, neconon de rebus temporalibus iuxta ordinem a Deo statutum componendis.

Can. 769 — Doctrina christiana proponatur modo auditorum condicioni accommodato atque ratione temporum necessitatibus aptata.

Can. 770 — Parochi certis temporibus, iuxta Episcopi dioecesani praescripta, illas ordinent paedications, quas exercitia spiritualia et sacras missiones vocant, vel alias formas necessitatibus aptatas.

Can. 771 — § 1. Solliciti sint animarum pastores, praesertim Episcopi et parochi, ut Dei verbum iis quoque fidelibus nuntietur, qui ob vitae suae condicionem communi et ordinaria cura pastorali non satis fruantur aut eadem penitus careant.

§ 2. Provideant quoque, ut Evangelii nuntium perveniat ad non credentes in territorio degentes, quippe quos, non secus ac fideles, animarum cura complecti debeat.

Kan. 765 — Redovniki za pridiganje v svojih cerkvah ali kapelah potrebujejo po določbi konstitucij dovoljenje pristojnega predstojnika.

Kan. 766 — V cerkvi ali kapeli je mogoče dovoliti pridiganje laikom, če je to v določenih okoliščinah potrebno ali v posameznih primerih koristno, v skladu s predpisi škofovsko konference in kan. 767, § 1.

Kan. 767 — § 1. Med oblikami pridiganja ima odlično mesto homilia, ki je sestavni del bogoslužja in je pridržana duhovniku ali diakonu; v njej naj se v cerkvenem letu iz svetega besedila razlagajo verske skrivnosti in pravila krščanskega življenja.

§ 2. Pri vseh mašah, ki se ob nedeljah in zapovedanih praznikih opravijo ob udeležbi ljudstva, mora biti homilia, ki se brez tehtnega razloga ne sme opustiti.

§ 3. Zelo priporočljivo je, da je homilia, če se ljudje zberejo v zadostnem številu, tudi pri mašah med tednom, zlasti v adventu in postu, ter ob kaki slovesnosti ali žalovanju.

§ 4. Župnik ali rektor cerkve mora skrbeti, da se ti predpisi vestno spolnjujejo.

Kan. 768 — § 1. Oznanjevalci božje besede naj vernikom razlagajo zlasti to, kar je treba verovati in delati v božjo čast in za zveličanje ljudi.

§ 2. Vernikom naj tudi posredujejo nauk cerkvenega učiteljstva o dostenjanstvu in svobodi človeške osebe, o edinstvu in trdnosti družine in njenih nalogah, o dolžnostih, ki jih imajo ljudje v družbenih skupnostih in kako naj zemeljske stvarnosti usklajujejo z božjo ureditvijo.

Kan. 769 — Krščanski nauk je treba razlagati na način, ki je primeren poslušalcem in prilagojen zahtevam časa.

Kan. 770 — Župniki naj po predpisih krajevnega škofa od časa do časa oskrbijo tisto oznanjevanje, ki ga imenujemo duhovne vaje, misijone in druge potrebam prilagojene oblike.

Kan. 771 — § 1. Pastoralni delavci, posebej škopje in župniki, naj si zelo prizadevajo, da se bo božja beseda oznanjala tudi tistim vernikom, ki zaradi svojih življenjskih razmer niso dovolj ali sploh nič deležni splošne in redne pastoralne skrbi.

§ 2. Poskrbijo naj tudi, da bo evangeljsko oznanilo doseglo neverujoče na njihovem ozemlju, ki morajo nič manj kakor verniki biti deležni pastoralne skrbi.

Can. 772 — § 1. Ad exercitium praedicationis quod attinet, ab omnibus praeterea serventur normae ab Episcopo dioecesano latae.

§ 2. Ad sermonem de doctrina christiana faciendum via radiophonica aut televisifica, serventur praescripta ab Episcoporum conferentia statuta.

Caput II DE CATECHETICA INSTITUTIONE

Can. 773 — Proprium et grave officium pastorum praesertim animarum est catechesim populi christiani curare, ut fidelium fides, per doctrinae institutionem et vitae christiana experientiam, viva fiat explicita atque operosa.

Can. 774 — § 1. Sollicitudo catechesis, sub moderamine legitimae ecclesiasticae auctoritatis, ad omnia Ecclesiae membra pro sua cuiusque parte pertinet.

§ 2. Prae ceteris parentes obligatione tenentur verbo et exemplo filios in fide et vitae christiana praxi efformandi; pari obligatione adstringuntur, qui parentum locum tenent atque patrini.

Can. 775 — § 1. Servatis praescriptis ab Apostolica Sede latis, Episcopi dioecesani est normas de re catechetica edicere itemque propiscere ut apta catechesis instrumenta praesto sint, catechismum etiam parando, si opportunum id videatur, necnon incepta catechética fovere atque coordinare.

§ 2. Episcoporum conferentiae est, si utile videatur, curaré ut catechismi pro suo territorio, praevia Sedis Apostolicae approbatione, edantur.

§ 3. Apud Episcoporum conferentiam institui potest officium catecheticum, cuius praecipuum munus sit singulis dioecesibus in re catechetica auxilium praebere.

Can. 776 — Parochus, vi sui muneris, catecheticam efformationem adulorum, iuvenum et puerorum curare tenetur, quem in finem sociam sibi operam adhibeat clericorum paroeciae additorum, sodalium institutorum vitae consecratae necnon societatum vitae apostolicae, habita ratione indolis uniuscuiusque instituti, necnon christifidelium laicorum, praesertim catechistarum; hi omnes, nisi legitime impediti, operam suam libenter praestare ne renuant. Munus parentum, in catechesi familiaris, de quo in can. 774, § 2, promoveat et foveat.

Can. 777 — Peculiar modo parochus, attentis normis ab Episcopo dioecesano statutis, curet:

Kan. 772 — § 1. Pri opravljanju oznanjevalne službe se morajo poleg tega vsi ravnati po določbah krajevnega škofa.

§ 2. Pri posredovanju krščanskega nauka po radiu in televiziji se je treba ravnati po predpisih škofovskie konference.

Drugo poglavje KATEHETSKA VZGOJA

Kan. 773 — Oskrbeti krščansko ljudstvo s katehezo je lastna in odgovorna dolžnost zlasti pastoralnih delavcev, da bo vera vernikov po katehetskem pouku in praktičnem krščanskem življenju res živa, zavestna in dejavna.

Kan. 774 — § 1. Vsi udje Cerkve morajo vsak po svoji moči pod vodstvom zakonite cerkvene oblasti skrbeti za katehezo.

§ 2. Pred vsemi imajo starši dolžnost, da otroke z besedo in zgledom vzgajajo v veri in praktičnem krščanskem življenju; enako dolžnost imajo tudi namestniki staršev in botri.

Kan. 775 — § 1. Upoštevajoč predpise apostolskega sedeža ima krajevni škop dolžnost izdajati določbe glede katehetskega pouka, skrbeti, da so na voljo primerna katehetska sredstva, oskrbeti tudi katekizem, če se zdi primerno, in podpirati in usklajevati katehetske pobude.

§ 2. Dolžnost škofovskie konference je, če se zdi koristno, poskrbeti, da se s predhodnim odobrenjem apostolskega sedeža izdajo katekizmi za njeno področje.

§ 3. Pri škofovski konferenci se lahko ustanovi katehetska služba z glavno nalogu pomagati posameznim škofijam pri katehetskem delu.

Kan. 776 — Župnik je po svoji službi dolžan oskrbeti katehetsko vzgojo odraslim, mladini in otrokom, zato naj pritegne k sodelovanju klerike, ki so dodeljeni župniji, člane ustanov posvečenega življenja in družb apostolskega življenja, upoštevajoč pri tem značaj posamezne ustanove, pa tudi vernike laike, predvsem katehete; vsi ti naj radi pomagajo, če niso zakonito zadržani. Pospešuje in goji naj službo staršev pri družinski katehezi, o kateri govoriti kan. 774, § 2.

Kan. 777 — Župnik naj, upoštevajoč določbe krajevnega škofa, posebno skrbi:

1^o ut apta catechesis impertiatur pro sacramentorum celebrazione;

2^o ut pueri, ope catecheticae institutionis per congruum tempus impertitae, rite praeparentur ad primam receptionem sacramentorum paenitentiae et sanctissimae Eucharistiae necnon ad sacramentum confirmationis;

3^o ut iidem, prima communione recepta, uberius ac profundius catechetica efformatione excolantur;

4^o ut catechetica institutio iis etiam tradatur, quantum eorum condicio sinat, qui corpore vel mente sint praepediti;

5^o ut iuvenum et adultorum fides, variis formis et inceptis, munitatur, illuminetur atque evolvatur.

Can. 778 — Curent Superiores religiosi et societatum vitae apostolicae ut in suis ecclesiis, scholis aliisve operibus sibi quoquo modo concreditis, catechetica institutio sedulo impertiatur.

Can. 779 — Institutio catechetica tradatur omnibus adhibitis auxiliis, subsidiis didacticis et communicationis socialis instrumentis, quae efficaciora videantur ut fideles, ratione eorum indoli, facultibus et aetati necnon vitae conditionibus aptata, plenus catholicam doctrinam ediscere eamque aptius in praxim deducere valeant.

Can. 780 — Curent locorum Ordinarii ut catechistae ad munus suum rite exemplum debite praeparentur, ut nempe continua formatio ipsis praebatur, iidemque Ecclesiae doctrinam apte cognoscant atque normas disciplinis paedagogicis proprias theoretice ac practice addiscant.

Titulus II

DE ACTIONE ECCLESIAE MISSIONALI

Can. 781 — Cum tota Ecclesia natura sua sit missionaria et opus evangelizationis habendum sit fundamentale officium populi Dei, christifideles omnes, propriae responsabilitatis consci, partem suam in opere missionali assumant.

Can. 782 — § 1. Suprema directio et coordinatio inceptorum et actionum quae ad opus missionale atque ad cooperationem missionali pertinent, competit Romano Pontifici et Collegio Episcoporum.

§ 2. Singuli Episcopi, utpote Ecclesiae universae atque omnium Ecclesiarum sponsores, operis missionalis peculiarem sollicitudinem habeant, praesertim incepta missionalia in propria Ecclesia particuli suscitando, fovendo ac sustinendo.

1. za primerno katehezo kot pripravo na obhajanje zakramentov;

2. da se otroci s primerno dolgim katehetskim poukom pripravijo na prvi prejem zakramenta pokore in presvete evharistije, kakor tudi na zakrament birme;

3. da se le-ti po prvem obhajilu bogateje in globlje poučijo v katehetski vzgoji;

4. da se katehetska vzgoja daje tudi telesno in duševno prizadetim, kolikor to dopušča njihova zmožnost;

5. da se vera mladine in odraslih z različnimi katehetskimi oblikami in pobudami utrujuje, razsvetljuje in razvija.

Kan. 778 — Predstojniki redov in družb apostolskega življenja naj skrbijo, da bo v njihovih cerkvah, šolah in drugih ustanovah, ki so jim kakorkoli zaupane, reden in vosten katehetski pouk.

Kan. 779 — Pri katehetskem pouku je treba uporabljati vse priomočke, didaktične metode in sredstva družbenega obveščanja, ki učinkoviteje pomagajo, da bi se verniki ustrezno svojemu značaju, zmožnostim, starosti in življenjskim razmeram temeljiteje poučili v katoliškem nauku in mogli zvesteje po njem živeti.

Kan. 780 — Krajevni ordinariji naj skrbijo, da se kateheti za svojo službo strokovno usposobijo, to je, da bodo imeli možnost nenehnega izobraževanja, primerno spoznavati nauk Cerkve in se tudi teoretično in praktično naučili pravil, ki so lastna pedagoškim vedam.

Drugi naslov

MISIJONSKA DEJAVNOST CERKVE

Kan. 781 — Ker je celotna Cerkev po svoji naravi misjonarska in je delo evangelizacije treba imeti za temeljno dolžnost božjega ljudstva, naj vsi verniki, zavedajoč se svoje odgovornosti, sprejmejo svoj delež pri misijonskem delu.

Kan. 782 — § 1. Vrhovno vodstvo in usklajevanje pobud in prizadevanj pri misijonskem delu in misjonarskem sodelovanju pri-pada rimskemu papežu in škofovskemu zboru.

§ 2. Ker so posamezni škofje odgovorni tudi za vesoljno Cerkev in za vse Cerkve, naj posebej skrbijo za misijonsko delo, ko zlasti v svoji delni Cerkvi budijo, gojijo in podpirajo misijonske pobude.

Can. 783 — Sodales institutorum vitae consecratae, cum vi ipsius consecrationis sese servitio Ecclesiae dedicent, obligatione tenentur ad operam, ratione suo instituto propria, speciali modo in actione missionali navandam.

Can. 784 — Missionarii, qui scilicet a competenti auctoritate ecclesiastica ad opus missionale explendum mittuntur, eligi possunt autochthoni vel non, sive clerici saeculares, sive institutorum vitae consecratae vel societatis vitae apostolicae sodales, sive alii christifideles laici.

Can. 785 — § 1. In opere missionali peragendo assumantur catechistae, christifideles nempe laici debite instructi et vita christiana praestantes, qui, sub moderamine missionarii, doctrinae evangelicae proponendae et liturgicis exercitiis caritatisque operibus ordinandis sese impendant.

§ 2. Catechistae efformentur in scholis ad hoc destinatis vel, ubi desint, sub moderamine missionariorum.

Can. 786 — Actio proprie missionalis, qua Ecclesia implantatur in populis vel coetibus ubi nondum radicata est, ab Ecclesia absolutur praesertim mittendo Evangelii praecones donec novellae Ecclesiae plene constituentur, cum scilicet instructae sint propriis viribus et sufficientibus mediis, quibus opus evangelizandi per se ipsae peragere valeant.

Can. 787 — § 1. Missionarii, vitae ac verbi testimonio, dialogum sincerum cum non credentibus in Christum instituant, ut ipsis, ratione eorundem ingenio et culturae aptata, aperiantur viae quibus ad evangelicum nuntium cognoscendum adduci valeant.

§ 2. Curent ut quos ad evangelicum nuntium recipiendum aestiment paratos, veritates fidei edoceant, ita quidem ut ipsi ad baptismum recipiendum, libere id petentes, admitti possint.

Can. 788 — § 1. Qui voluntatem amplectendi fidem in Christum manifestaverint, expleto tempore praecatechumenatus, liturgicis caerimonias admittantur ad catechumenatum, atque eorum nomina scribantur in libro ad hoc destinato.

§ 2. Catechumeni, per vitae christianaee institutionem et tirocinium, apte initientur mysterio salutis atque introducantur in vitam fidei, liturgiae et caritatis populi Dei atque apostolatus.

§ 3. Conferentiae Episcoporum est statuta edere quibus catechumenatus ordinetur, determinando quaenam a catechumenis sint praestanda, atque definiendo quaenam eis agnoscantur praerogativaee.

Kan. 783 — Ker se člani ustanov posvečenega življenja že po samem posvečenju posvetijo služenju Cerkve, so se dolžni v skladu s pravili svoje ustanove na poseben način vključiti v misijonsko delo.

Kan. 784 — Misijonarji, to je tisti, ki jih pristojna cerkvena oblast pošlje na misijonsko delo, so lahko domačini ali ne, svetni kleriki, člani ustanov posvečenega življenja ali družbe apostolskega življenja, ali drugi verniki laiki.

Kan. 785 — § 1. K misijonskemu delu naj se pritegnejo katehisti, dobro poučeni in v krščanskem življenju zgledni verniki laiki, ki naj pod vodstvom misijonarja razlagajo evangelijski nauk ter vodijo bogoslužna opravila in krščansko dobrodelnost.

§ 2. Katehisti naj se usposabljamjo za svojo službo v za to ustavnovenih šolah, ali kjer teh ni, pod vodstvom misijonarjev.

Kan. 786 — Misijonsko dejavnost v ožjem pomenu, s katero se Cerkev vsadi med narode in skupnosti, pri katerih še ni zakoreninjena, opravlja Cerkev predvsem tako, da pošilja glasnike evangelija, dokler se v polnosti ne vzpostavijo nove Cerkve, ki z lastnimi močmi in zadostnimi sredstvi lahko same nadaljujejo delo evangelizacije.

SHRANJEVANJE IN ČEŠČENJE SV. REŠNJEGA TELESA

Can. 934 — § 1. Sveti Rešnje telo:

1. se mora hraniti v stolni ali njej enaki cerkvi, v vsaki župnijski cerkvi in v cerkvi ali kapeli, ki je združena s hišo redovne ustanove ali družbe apostolskega življenja;

2. se more hraniti v škofovi zasebni kapeli in z dovoljenjem krajevnega ordinarija v drugih cerkvah, kapelah in zasebnih kapelah.

§ 2. V svetih prostorijah, kjer se hrani sv. Rešnje telo, mora vedno biti kdo, ki zanj skrbi, duhovnik pa naj, če je le mogoče, vsaj dvakrat na mesec tam mašuje.

Can. 935 — Nihče ne sme imeti sv. Rešnjega telesa pri sebi ali ga nositi s seboj na potovanju, razen iz nujne pastoralne potrebe in v skladu s predpisi krajevnega škofa.

Can. 936 — V hiši redovne ustanove ali v drugi verski hiši naj se sv. Rešnje telo hrani samo v cerkvi ali glavnji kapeli, ki je združena s hišo; iz upravičenega razloga pa ordinarij lahko dovoli, da se hrani še v drugi kapeli iste hiše.

Can. 937 — Razen iz tehtnega razloga naj bo cerkev, kjer se hrani sv. Rešnje telo, vsaj nekaj ur vsak dan odprta vernikom, da bodo lahko molili pred najsvetejšim zakramentom.

Can. 938 — § 1. Sv. Rešnje telo naj se redno hrani samo v enem tabernaklu cerkve ali kapele.

§ 2. Tabernakelj, v katerem se hrani sv. Rešnje telo, naj bo v tistem delu cerkve ali kapele, ki je odličen, viden, lepo okrašen in primeren za molitev.

§ 3. Tabernakelj, v katerem se redno hrani sv. Rešnje telo, naj bo nepremičen, iz trdne in neprozorne snovi in tako zaprt, da je kar najbolj odstranjena nevarnost onečaščenja.

§ 4. Iz tehtnega razloga je dovoljeno, zlasti ponoči, hrani sv. Rešnje telo na drugem, bolj varnem, vendar lepem kraju.

§ 5. Qui ecclesiae vel oratorii curam habet, prospiciat ut clavis tabernaculi, in quo sanctissima Eucharistia asservatur, diligentissime custodiatur.

Can. 939 — Hostiae consecratae quantitate fidelium necessitatibus sufficienti in pyxide seu vasculo serventur, et frequenter, veteribus rite consumptis,renoventur.

Can. 940 — Coram tabernaculo, in quo sanctissima Eucharistia asservatur, peculiaris perenniter luceat lampas, qua indicetur et honoretur Christi praesentia.

Can. 941 — § 1. In ecclesiis aut oratoriis quibus datum est asserbare sanctissimam Eucharistiam, fieri possunt expositiones sive cum pyxide sive cum ostensorio, servatis normis in libris liturgicis prescriptis.

§ 2. Celebration Missae durante, ne habeatur in eadem ecclesiae vel oratori aula sanctissimi Sacramenti expositio.

Can. 942 — Commendatur ut in iisdem ecclesiis et oratoriis quotannis fiat sollemnitas sanctissimi Sacramenti expositio per congruum tempus, etsi non continuum, protracta, ut communitas localis eucharisticum mysterium impensius meditetur et adoret; huiusmodi tamen expositio fiat tantum si congruuus praevideatur fidelium concursus et servatis normis statutis.

Can. 943 — Minister expositionis sanctissimi Sacramenti et benedictionis eucharisticae est sacerdos vel diaconus; in peculiaribus adiunctis, solius expositionis et repositionis, sine tamen benedictione, est acolythus, minister extraordinarius sacrae communionis alias ab Ordinario loci deputatus, servatis Episcopi dioecesani prescriptis.

Can. 944 — § 1. Ubi de iudicio Episcopi dioecesani fieri potest, in publicum erga sanctissimam Eucharistiam venerationis testimonium, habeatur, praesertim in sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi, processio per vias publicas ducta.

§ 2. Episcopi dioecesani est de processionibus statuere ordinaciones, quibus earum participationi et dignitati prospiciatur.

Caput III

DE OBLATA AD MISSAE CELEBRATIONEM STIPE

Can. 945 — § 1. Secundum probatum Ecclesiae morem, sacerdoti cuilibet Missam celebranti aut concelebranti licet stipem oblatam recipere, ut iuxta certam intentionem Missam applicet.

§ 5. Kdor je odgovoren za cerkev ali kapelo, naj poskrbi, da bo ključ tabernaklja, kjer se hrani sv. Rešnje telo, zelo skrbno shranjen.

Kan. 939 — Toliko posvečenih hostij je treba hraniti v ciboriju ali posodi, kolikor zadostuje potrebam vernikov; treba pa jih je pogosto obnavljati in stare naj se dostenjno zaužijejo.

Kan. 940 — Pred tabernakljem, v katerem se hrani sv. Rešnje telo, naj stalno sveti posebna svetilka, s katero se označuje in časti Kristusova navzočnost.

Kan. 941 — § 1. V cerkvah in kapelah, kjer je dovoljeno hraniti sv. Rešnje telo, se sme le-to izpostavljati v ciboriju ali monštranci v skladu z določbami liturgičnih knjig.

§ 2. Med mašnim opravilom naj v istem prostoru cerkve ali kapele ne bo izpostavitev sv. Rešnjega telesa.

Kan. 942 — Priporoča se, da se v teh cerkvah in kapelah vsako leto sv. Rešnje telo primerno dolgo slovesno izpostavi, čeprav ne strogo zdržema, da bo krajevno občestvo evharistično skrivnost bolj goreče premisljevalo in častilo; takšna izpostavitev pa naj bo samo, če je pričakovati primeren obisk vernikov in v skladu z določbami.

Kan. 943 — Sv. Rešnje telo sme izpostavljati in z njim blagoslavljati duhovnik in diakon; v posebnih razmerah ga sme samo izpostaviti in shraniti, ne da bi dal blagoslov, mašni pomočnik, izredni delivec obhajila ali kdo drug, ki je pooblaščen od krajevnega ordinarija, upoštevajoč predpise krajevnega škofa.

Kan. 944 — § 1. Kjer je po presoji krajevnega škofa mogoče, naj bo kot javno izpričanje češčenja sv. Rešnjega telesa procesija po javnih potih, zlasti na praznik sv. Rešnjega telesa in Rešnje krvi.

§ 2. Krajevni škof mora glede procesij dati navodila, da bo pri njih poskrbljeno za udeležbo in spoštljivost.

Tretje poglavje

DAR ZA MAŠNO OPRAVILO

Kan. 945 — § 1. Po potrjeni cerkveni navadi sme vsak mašnik in somašnik sprejeti dar, da bo maševel po določenem namenu.

§ 2. Enixe commendatur sacerdotibus ut, etiam nulla recepta stipe, Missam ad intentionem christifidelium praecipue egentium celebrent.

Can. 946 — Christifidelies stipem offerentes ut ad suam intentionem Missa applicetur, ad bonum conferunt Ecclesiae atque eius curam in ministris operibusque sustinendis ea oblatione participant.

Can. 947 — A stipe Missarum qualibet etiam species negotiationis vel mercaturaे omnino arceatur.

Can. 948 — Distinctae applicandae sunt Missae ad eorum intentiones pro quibus singulis stips, licet exigua, oblata et acceptata est.

Can. 949 — Qui obligatione gravatur Missam celebrandi et applicandi ad intentionem eorum qui stipem obtulerunt, eadem obligatione tenetur, etiamsi sine ipsius culpa stipes perceptae perierint.

Can. 950 — Si pecuniae summa offertur pro Missarum applicatione, non indicato Missarum celebrandarum numero, hic supputetur attenta stipe statuta in loco in quo oblator commoratur, nisi aliam fuisse eius intentionem legitime praesumi debeat.

Can. 951 — § 1. Sacerdos plures eadem die Missas celebrans, singulas applicare potest ad intentionem pro qua stips oblata est, ea tamen lege ut, praeterquam in die Nativitatis Domini, stipem pro una tantum Missa faciat suam, ceteras vero in fines ab Ordinario praescriptos concredat, admissa quidem aliqua retributione ex titulo extrinseco.

§ 2. Sacerdos alteram Missam eadem die concelebrans, nullo titulo pro ea stipem recipere potest.

Can. 952 — § 1. Concilii provincialis aut conventus Episcoporum provinciae est pro universa provincia per decretum definire quaenam pro celebratione et applicatione Missae sit offerenda stips, nec licet sacerdoti summam maiorem expetere; ipsi tamen fas est stipem sponte oblatam definita maiorem pro Missae applicatione accipere, et etiam minorem.

§ 2. Ubi desit tale decretum, servetur consuetudo in dioecesi vigens.

§ 3. Sodales quoque institutorum religiosorum quorumlibet stare debent eidem decreto aut consuetudini loci, de quibus in §§ 1 et 2.

Can. 953 — Nemini licet tot stipes Missarum per se applicandarum accipere, quibus intra annum satisfacere non potest.

Can. 954 — Si certis in ecclesiis aut oratoriis Missae petuntur celebranda numero plures quam ut ibidem celebrari possint, earundem

§ 2. Duhovnikom se zelo priporoča, da mašujejo po namenu vernikov, zlasti revnih, tudi če niso prejeli nobenega daru.

Kan. 946 — Verniki, ki dajo dar, da se maša opravi po njihovem namenu, prispevajo za blagor Cerkve in se s tem darom udeležujejo njene skrbi za vzdrževanje služabnikov in dejavnosti.

Kan. 947 — Pri darovih za maše se je treba povsem varovati celo vsakršnega videza trgovanja ali kupčevanja.

Kan. 948 — Vsako mašo posebej je treba opraviti po posameznih namenih, za katere so bili dani in sprejeti, čeprav majhni darovi.

Kan. 949 — Kogar veže dolžnost opraviti mašo po namenu tistih, ki so dali dar, ga ta dolžnost veže, tudi če so prejeti darovi propadli brez njegove krivde.

Kan. 950 — Če se za mašne namene daruje vsota denarja, ne da bi bilo označeno število maš, ki jih je treba opraviti, se to število določi po višini daru v kraju, kjer biva darovalec, razen če se sme po pravici domnevati, da je bil njegov namen drugačen.

Kan. 951 — § 1. Duhovnik, ki isti dan opravi več maš, lahko vsako opravi po namenu, za katerega je sprejel dar, vendar pod pogojem, da razen na božič postane lastnik daru le za eno mašo, druge pa mora oddati za namene, ki jih določi ordinarij, dovoljeno pa je sprejeti kako povračilo iz drugega naslova.

§ 2. Duhovnik, ki isti dan drugo mašo somašuje, ne sme zanjo sprejeti daru iz nobenega naslova.

Kan. 952 — § 1. Pokrajinski cerkveni zbor ali zborovanje škofov pokrajine mora z odlokom določiti, kolikšen naj bo dar za maševanje po določenem namenu, in duhovnik ne sme zahtevati večje vsote; ima pa pravico sprejeti prostovoljno dan višji pa tudi nižji mašni dar od določenega.

§ 2. Kjer ni takega odloka, se je treba ravnati po običaju, ki velja v škofiji.

§ 3. Tudi člani katerihkoli redovnih ustanov se morajo ravnati po takem odloku ali krajevnem običaju, o katerih govorita §§ 1 in 2.

Kan. 953 — Nihče ne sme sprejeti zase toliko darov za mašne namene, da bi jih sam ne mogel opraviti v enem letu.

Kan. 954 — Če v nekaterih cerkvah ali kapelah prosijo, da bi opravili več maš, kot pa jih je tam mogoče opraviti, jih je dovoljeno

celebratio alibi fieri licet, nisi contrariam voluntatem oblatores expresse manifestaverint.

Can. 955 — § 1. Qui celebrationem Missarum applicandarum aliis committere intendat, earum celebrationem quam primum sacerdotibus sibi acceptis committat, dummodo ipsi constet eos esse omni exceptione maiores; integrum stipem receptam transmittere debet, nisi certo constet excessum supra summam in dioecesi debitam datum esse intuitu personae; obligatione etiam tenetur Missarum celebracionem curandi, donec tum susceptae obligationis tum receptae stipis testimonium acceperit.

§ 2. Tempus intra quod Missae celebrandae sunt, initium habet a die quo sacerdos easdem celebraturus recepit, nisi aliud constet.

§ 3. Qui aliis Missas celebrandas committunt, sine mora in librum referant tum Missas quas acceperunt, tum eas, quas aliis tradiderunt, notatis etiam earundem stipibus.

§ 4. Quilibet sacerdos accurate notare debet Missas quas celebrandas acceperit, quibusque satisfecerit.

Can. 956 — Omnes et singuli administratores causarum piarum aut quoquo modo obligati ad Missarum celebrationem curandam, sive clerici sive laici, onera Missarum quibus intra annum non fuerit satisfactum suis Ordinariis tradant, secundum modum ab his definiendum.

Can. 957 — Officium et ius advigilandi ut Missarum onera admittantur, in ecclesiis cleri saecularis pertinet ad loci Ordinarium, in ecclesiis institutorum religiosorum aut societatum vitae apostolicae ad eorum Superiores.

Can. 958 — § 1. Parochus necnon rector ecclesiae aliasve pii loci, in quibus stipes Missarum recipi solent, peculiarem habeant librum, in quo accurate adnotent Missarum celebrandarum numerum, intentionem, stipem oblatam, necnon celebrationem peractam.

§ 2. Ordinarius obligatione tenetur singulis annis huiusmodi libros per se aut per alios recognoscendi.

Titulus IV DE SACRAMENTO PAENITENTIAE

Can. 959 — In sacramento paenitentiae fideles peccata legitimo ministro confitentes, de iisdem contriti atque propositum sese emendandi habentes, per absolutionem ab eodem ministro impertitam, veniam peccatorum quae post baptismum commiserint a Deo obtinent, simulque reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt.

opraviti drugod, razen če so darovalci izrečno izrazili drugačno voljo.

Kan. 955 — § 1. Kdor namerava drugim izročiti opravljanje maš po določenem namenu, naj čimprej zaupa maševanje duhovnikom po svoji izbiri, če jih le pozna kot popolnoma zanesljive; izročiti jim mora celoten dar, ki ga je prejel, razen če je nedvomno jasno, da je bil presežek nad škofijsko določeno vsoto dan osebi; dolžan je tudi poskrbeti, da bodo maše opravljene, dokler ni prejel potrdila o sprejeti obveznosti in o prevzemu daru za mašo.

§ 2. Čas, v katerem je treba maše opraviti, se začne šteti z dnem, ko jih je sprejel duhovnik, ki jih bo opravil, če ni razvidno kaj drugega.

§ 3. Tisti, ki zaupajo opravljanje maš drugim, naj takoj v knjigo vpišejo maše, ki so jih sprejeli, in tiste, ki so jih izročili drugim, pa tudi darove zanje.

§ 4. Vsak duhovnik mora natančno zapisovati maše, ki jih je sprejel, da jih bo opravil, in katere je že opravil.

Can. 956 — Vsi in posamezni, ki upravljajo pobožne ustanove ali imajo kakršnokoli dolžnost skrbeti za maševanje, bodisi kleriki ali laiki, naj izročijo mašne obveznosti, ki v enem letu niso bile opravljene, svojim ordinarijem na način, ki ga ti določijo.

Can. 957 — Dolžnost in pravico paziti, da se mašne obveznosti spolnjujejo, ima v cerkvah svetnih klerikov krajevni ordinarij, v cerkvah redovnih ustanov in družb apostolskega življenja pa njihovi predstojniki.

Can. 958 — § 1. Župnik in rektor cerkve ali drugega svetega kraja, kjer se navadno sprejemajo darovi za maše, naj imata posebno knjigo, v katero naj se natančno vpisuje število maš, ki jih je treba opraviti, namen, dar za mašo in, da je maša opravljena.

§ 2. Ordinarij je dolžan vsako leto te knjige sam ali po drugih pregledati.

Četrti naslov ZAKRAMENT POKORE

Can. 959 — V zakramantu pokore verniki, ki se spovedo grehov zakonitemu spovedniku, se jih kesajo in sklenejo, da se bodo poboljšali, z odvezo, ki jo podeli isti spovednik, prejmejo od Boga odpuščanje grehov, ki so jih naredili po krstu, in se hkrati spravijo s Cerkvio, ki so jo z grehom ranili.

Caput I
DE CELEBRATIONE SACRAMENTI

Can. 960 — Individualis et integra confessio atque absolutio unicum constituunt modum ordinarium, quo fidelis peccati gravis sibi conscientia cum Deo et Ecclesia reconciliatur; solummodo impossibilitas physica vel moralis ab huiusmodi confessione excusat, quo in casu aliis quoque modis reconciliatio haberi potest.

Can. 961 — § 1. Absolutio pluribus insimul paenitentibus sine praevia individuali confessione, generali modo impertiri non potest, nisi:

1º immineat periculum mortis et tempus non suppetat sacerdoti vel sacerdotibus ad audiendas singulorum paenitentium confessiones;

2º adsit gravis necessitas, videlicet quando, attento paenitentium numero, confessariorum copia praesto non est ad rite audiendas singulorum confessiones intra congruum tempus, ita ut paenitentes, sine propria culpa, gratia sacramentali aut sacra communione diu carere cogantur; necessitas vero non censemur sufficiens, cum confessarii praesto esse non possunt, ratione solius magni concursus paenitentium, qualis haberi potest in magna aliqua festivitate aut peregrinatione.

§ 2. Iudicium ferre an dentur condiciones ad normam § 1, n. 2 requisitae, pertinet ad Episcopum diocesanum, qui, attentis criteriis cum ceteris membris Episcoporum conferentiae concordatis, casus talis necessitatis determinare potest.

Can. 962 — § 1. Ut christifidelis sacramentali absolutione una simul pluribus data valide fruatur, requiritur non tantum ut sit apte dispositus, sed ut insimul sibi proponat singillatim debito tempore confiteri peccata gravia, quae in praesens ita confiteri nequit.

§ 2. Christifideles, quantum fieri potest etiam occasione absolutionis generalis recipienda, de requisitis ad normam § 1 edoceantur et absolutioni generali, in casu quoque periculi mortis, si tempus suppetat, praemittatur exhortatio ut actum contritionis quisque elicere curet.

Can. 963 — Firma manente obligatione de qua in can. 989, is cui generali absolutione gravia peccata remittuntur, ad confessionem individuali quam primum, occasione data, accedat, antequam aliam recipiat absolutionem generalem, nisi iusta causa interveniat.

Can. 964 — § 1. Ad sacramentales confessiones excipiendas locus proprius est ecclesia aut oratorium.

Prvo poglavje
ZAKRAMENTALNO OPRAVILO

Kan. 960 — Posamična in celovita spoved ter odveza sta edini redni način sprave vernika, ki se zaveda velikega greha, z Bogom in Cerkvijo; od take spovedi opravičuje samo fizična ali moralna nezmožnost, ko je mogoče doseči spravo tudi na druge načine.

Kan. 961 — § 1. Odvezo več spokornikom hkrati brez predhodne posamične spovedi ni mogoče dati vsem skupaj, razen:

1. če grozi smrtna nevarnost in ni dovolj časa, da bi duhovnik ali duhovniki mogli spovedati posamezne spovedance;

2. če je velika sila, kadar namreč zaradi velikega števila spovedancev ni dovolj spovednikov, da bi v ustreznem času pravilno spovedali vsakega posameznika in bi zato spovedanci bili prisiljeni ostati brez lastne krvide dolgo časa brez zakramentalne milosti ali brez obhajila; sila pa ne velja za zadostno, ko samo zaradi velikega števila spovedancev ni mogoče imeti na voljo spovednike, kakor se lahko zgodi ob kaki veliki slovesnosti ali romanju.

§ 2. Sodba o tem, ali obstajajo pogoji po določbi § 1, št. 2, gre krajevnemu škofu, ki lahko določi primere take sile, upoštevajoč merila po soglasni presoji z drugimi člani škofovske konference.

Kan. 962 — § 1. Da je vernik lahko veljavno deležen skupne zakramentalne odveze, ni dovolj samo to, da je pravilno pripravljen, ampak mora hkrati tudi skleniti, da se bo v dolžnem času v posamični spovedi spovedal velikih grehov, ki se jih zdaj ne more tako spovedati.

§ 2. Tudi pred prejemom skupne odveze je treba vernike, kolikor je mogoče, poučiti o zahtevah določbe § 1 in, če le čas dopušča, naj bo tudi v primeru smrtne nevarnosti pred skupno odvezo spodbuden nagovor, da bo vsak mogel obuditi popolno kesanje.

Kan. 963 — Upoštevajoč trdno veljavno obveznost, o kateri govorii kan. 989, mora tisti, ki prejme odpuščanje velikih grehov s skupno odvezo, čim ima priložnost, opraviti posamično spoved, preden bi ponovno prejel skupno odvezo, razen če nastopi upravičen razlog.

Kan. 964 — § 1. Pravi prostor za opravljanje zakramentalne spovedi je cerkev ali kapela.

§ 2. Ad sedem confessionalem quod attinet, normae ab Episcoporum conferentia statuantur, cauto tamen ut semper habeantur in loco patenti sedes confessionales crate fixa inter paenitentem et confessarium instructae, quibus libere uti possint fideles, qui id desiderent.

§ 3. Confessiones extra sedem confessionalem ne excipientur, nisi iusta de causa.

Caput II

DE SACRAMENTI PAENITENTIAE MINISTRO

Can. 965 — Minister sacramenti paenitentiae est solus sacerdos.

Can. 966 — § 1. Ad validam peccatorum absolutionem requiritur ut minister, praeterquam potestate ordinis, facultate gaudeat eandem in fideles, quibus absolutionem impertitur, exercendi.

§ 2. Hac facultate donari potest sacerdos, sive ipso iure sive concessione ab auctoritate competenti facta ad normam can. 969.

Can. 967 — § 1. Praeter Romanum Pontificem, facultate christifidelium ubique terrarum confessiones excipiendi ipso iure gaudent Cardinales; itemque Episcopi, qui eadem et licite ubique utuntur, nisi Episcopus dioecesanus in casu particulari renuerit.

§ 2. Qui facultate confessiones habitualiter excipiendi gaudent sive vi officii sive vi concessionis Ordinarii loci incardinationis aut loci in quo domicilium habent, eandem facultatem ubique exercere possunt, nisi loci Ordinarius in casu particulari renuerit, firmis praescriptis can. 974, §§ 2 et 3.

§ 3. Ipso iure eadem facultate ubique potiuntur erga sodales aliquosque in domo instituti aut societatis diu noctuque degentes, qui vi officii aut concessionis Superioris competentis ad normam cann. 968, § 2 et 969, § 2 facultate confessiones excipiendi sunt instructi; qui quidem eadem et licite utuntur, nisi aliquis Superior maior quoad proprios subditos in casu particulari renuerit.

Can. 968 — § 1. Vi officii pro sua quisque dicione facultate ad confessiones excipiendas gaudent loci Ordinarius, canonicus paenitentiarius, itemque parochus aliquie qui loco parochi sunt.

§ 2. Vi officii facultate gaudent confessiones excipiendi suorum subditorum aliorumque, in domo diu noctuque degentium, Superiores instituti religiosi aut societatis vitae apostolicae, si sint clericales iuris pontificii, ad normam constitutionum potestate regiminis exexecutiva fruentes, firmo tamen praescripto can. 630, § 4.

§ 2. Glede spovednice naj škofovskva konferenca izda določbe, vendar tako, da so spovednice vedno na odprtem mestu s pritrjeno mrežo med spovedancem in spovednikom, in jih lahko verniki, ki to želijo, prosto uporabljajo.

§ 3. Izven spovednice naj se ne spoveduje, razen iz upravičenega razloga.

Drugo poglavje

SLUŽABNIK ZAKRAMENTA POKORE

Kan. 965 — Služabnik zakramenta pokore je samo duhovnik.

Kan. 966 — § 1. Za veljavno odvezo grehov je potrebno, da ima služabnik poleg oblasti svetega reda tudi pravico, da to oblast izvršuje nad verniki, katerim podeljuje odvezo.

§ 2. To pravico lahko dobi duhovnik po samem pravu ali če mu jo pristojna oblast poveri po določbi kan. 969.

Kan. 967 — § 1. Poleg rimskega papeža imajo kardinali po samem pravu pravico spovedovati vernike po vsem svetu; prav tako škofje, ki povsod spovedujejo tudi dopustno, razen če bi v posameznem primeru krajevni škof temu ugovarjal.

§ 2. Tisti, ki imajo pravico za redno spovedovanje zaradi službe, ali zato, ker jim jo je poveril ordinarij kraja, kjer so inkardinirani, ali kraja, kjer imajo domovališče, lahko to pravico uporabljajo povsod, razen če bi v posameznem primeru krajevni ordinarij temu ugovarjal, veljajo pa predpisi kan. 974, §§ 2 in 3.

§ 3. Po samem pravu imajo povsod isto pravico nad člani družbe in drugimi, ki stalno prebivajo v hiši redovne ustanove ali družbe, tisti, ki imajo pravico spovedovati zaradi službe ali zato, ker jim jo je poveril pristojni predstojnik po določbi kan. 968, § 2 in 969, § 2; ti spovedujejo tudi dopustno, razen če bi kak višji predstojnik v posameznem primeru za svoje podrejene temu ugovarjal.

Kan. 968 — § 1. Zaradi službe ima na svojem območju pravico spovedovati vsak krajevni ordinarij, kanonik penitenciarij, enako župnik in drugi, ki so namesto župnika.

§ 2. Zaradi službe imajo pravico spovedovati svoje podrejene in druge, ki stalno prebivajo v hiši, predstojniki kleriške redovne ustanove ali družbe apostolskega življenja, če sta papeškopravni, ki imajo po določbi redovnih pravil izvršno vodstveno oblast, velja pa predpis kan. 630, § 4.

Can. 969 — § 1. Solus loci Ordinarius competens est qui facultatem ad confessiones quorumlibet fidelium excipiendas conferat presbyteris quibuslibet; presbyteri autem qui sodales sunt institutorum religiosorum, eadem ne utantur sine licentia saltem praesumpta sui Superioris.

§ 2. Superior instituti religiosi aut societatis vitae apostolicae, de quo in can. 968, § 2, competens est qui facultatem ad excipiendas confessiones suorum subditorum aliorumque in domo diu noctuque degentium presbyteris quibuslibet conferat.

Can. 970 — Facultas ad confessiones excipiendas ne concedatur nisi presbyteris qui idonei per examen reperti fuerint, aut de eorum idoneitate aliunde constet.

Can. 971 — Facultatem ad excipiendas habitualiter confessiones loci Ordinarius presbytero, etsi domicilium vel quasi-domicilium in sua dictione habenti, ne concedat, nisi prius, quantum fieri potest, auditio eiusdem presbyteri Ordinario.

Can. 972 — Facultas ad confessiones excipiendas a competenti auctoritate, de qua in can. 969, concedi potest ad tempus sive indeterminatum sive determinatum.

Can. 973 — Facultas ad confessiones habitualiter excipiendas scripto concedatur.

Can. 974 — § 1. Loci Ordinarius, itemque Superior competens, facultatem ad confessiones excipiendas habitualiter concessam ne revocet nisi gravem ob causam.

§ 2. Revocata facultate ad confessiones excipiendas a loci Ordinario qui eam concessit, de quo in can. 967, § 2, presbyter eandem facultatem ubique amittit; revocata eadem facultate ab alio loci Ordinario, eandem amittit tantum in territorio revocantis.

§ 3. Quilibet loci Ordinarius qui alicui presbytero revocaverit facultatem ad confessiones excipiendas, certiorem reddit Ordinarium qui ratione incardinationis est presbyteri proprius, aut, si agatur de sodali instituti religiosi, eiusdem competentem Superiorem.

§ 4. Revocata facultate ad confessiones excipiendas a proprio Superiore maiore, facultatem ad excipiendas confessiones ubique erga sodales instituti amittit presbyter; revocata autem eadem facultate ab alio Superiore competenti, eadem amittit erga solos in eiusdem dictione subditos.

Can. 975 — Praeterquam revocatione, facultas de qua in can. 967, § 2 cessat amissione officii vel excardinatione aut amissione domicilii.

Kan. 969 — § 1. Samo krajevni ordinarij je pristojen, da kateremukoli duhovniku poveri pravico spovedovati katerekoli vernike; duhovniki, ki so člani redovnih ustanov, pa naj te pravice ne uporabljajo brez vsaj domnevanega dovoljenja svojega predstojnika.

§ 2. Predstojnik redovne ustanove ali družbe apostolskega življenja, o katerem govori kan. 968, § 2, je pristojen, da kateremukoli duhovniku poveri pravico spovedovati svoje podrejene in druge, ki stalno prebivajo v hiši.

Kan. 970 — Pravica za spovedovanje naj se podeli samo duhovnikom, pri katerih je z izpitom ugotovljeno, da so sposobni, ali je to znano na drug način.

Kan. 971 — Pravico za redno spovedovanje naj duhovniku, čeprav ima domovališče ali nepravo domovališče na njegovem območju, podeli krajevni ordinarij samo, če se prej, kolikor je to mogoče, posvetuje z njegovim ordinarijem.

Kan. 972 — Pravico za spovedovanje lahko podeli pristojni oblastnik, naveden v kan. 969, za nedoločen ali določen čas.

Kan. 973 — Pravica za redno spovedovanje naj se podeljuje pisno.

Kan. 974 — § 1. Krajevni ordinarij in pristojni predstojnik naj pravice, ki jo je podelil za redno spovedovanje, ne prekliče, razen iz tehtnega razloga.

§ 2. Če pravico za spovedovanje prekliče krajevni ordinarij, ki jo je podelil po kan. 967, § 2, izgubi duhovnik to pravico povsod; če pa jo prekliče drug krajevni ordinarij, jo izgubi samo na ozemlju tistega, ki jo je preklical.

§ 3. Vsak krajevni ordinarij, ki je kakemu duhovniku preklical pravico za spovedovanje, naj o tem obvesti ordinarija, ki je po inkardinaciji duhovniku lasten ali, če gre za člana redovne ustanove, njegovega pristojnega predstojnika.

§ 4. Če pravico za spovedovanje prekliče lastni višji predstojnik, izgubi duhovnik pravico za spovedovanje članov te ustanove povsod; če pa jo prekliče drug pristojen predstojnik, jo izgubi samo glede tistih, ki so le-temu na njegovem območju podrejeni.

Kan. 975 — Pravica, o kateri govori kan. 967, § 2, preneha ne samo s preklicem, ampak tudi z izgubo službe, ekskardinacijo in izgubo domovališča.

Can. 976 — Quilibet sacerdos, licet ad confessiones excipiendas facultate careat, quoslibet paenitentes in periculo mortis versantes valide et liceit absolvit a quibusvis censuris et peccatis, etiam si praesens sit sacerdos approbatus.

Can. 977 — Absolutio complicis in peccato contra sextum Decalogi praeceptum invalida est, praeterquam in periculo mortis.

Can. 978 — § 1. Meminerit sacerdos in audiendis confessionibus se iudicis pariter et medici personam sustinere ac divinae iustitiae simul et misericordiae ministrum a Deo constitutum esse, ut honori divino et animarum saluti consulat.

§ 2. Confessarius, utpote minister Ecclesiae, in administrando sacramento, doctrinae Magisterii et normis a competenti auctoritate latis fideliter adhaereat.

Can. 979 — Sacerdos in quaestionibus ponendis cum prudentia et discretione procedat, attenta quidem condicione et aetate paenitentis, abstineatque a nomine complicis inquirendo.

Can. 980 — Si confessario dubium non est de paenitentis dispositione et hic absolutionem petat, absolutio ne denegetur nec differatur.

Can. 981 — Pro qualitate et numero peccatorum, habita tamen ratione paenitentis condicione, salutares et convenientes satisfactiones confessarius iniungat; quas paenitens per se ipse implendi obligatione tenetur.

Can. 982 — Qui confitetur se falso confessarium innocentem apud auctoritatem ecclesiasticam denuntiasse de criminis sollicitationis ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum, ne absolvatur nisi prius falsam denuntiationem formaliter retractaverit et paratus sit ad damna, si quae habeantur, reparanda.

Can. 983 — § 1. Sacramentale sigillum inviolabile est; quare nefas est confessario verbis vel alio quovis modo et quavis de causa aliquatenus prodere paenitentem.

§ 2. Obligatione secretum servandi tenentur quoque interpres, si detur, necnon omnes alii ad quos ex confessione notitia peccatorum quoquo modo pervenerit.

Can. 984 — § 1. Omnino confessario prohibetur scientiae ex confessione acquisitae usus cum paenitentis gravamine, etiam quovis revelationis periculo excluso.

§ 2. Qui in auctoritate est constitutus, notitia quam de peccatis in confessione quovis tempore excepta habuerit, ad exteriorem gubernationem nullo modo uti potest.

Kan. 976 — Vsak duhovnik, tudi če nima pravice za spovedovanje, veljavno in dopustno odveže od vseh kazni in grehov katerekoli spovedance, ki so v smrtni nevarnosti, četudi je navzoč duhovnik, ki ima pravico za spovedovanje.

Kan. 977 — Odveza soudeleženca pri grehu zoper šesto božjo zapoved je neveljavna, razen v smrtni nevarnosti.

Kan. 978 — § 1. Duhovnik naj pri spovedovanju pomni, da je tako sodnik kot zdravnik in da ga je Bog postavil hkrati za služabnika božje pravičnosti in božjega usmiljenja, da bi skrbel za božjo čast in za zveličanje vernikov.

§ 2. Spovednik naj se kot služabnik Cerkve pri delitvi zakramenta zvesto ravna po nauku cerkvenega učiteljstva in po določbah, ki jih je izdala pristojna cerkvena oblast.

Kan. 979 — Duhovnik naj bo pri vpraševanju razsoden in nevsiljiv, upošteva naj tudi stan in starost spovedanca in se varuje, da ne bo poizvedoval po imenu soudeleženca.

Kan. 980 — Če spovednik ne dvomi o spovedančevi pripravljenosti in ta za odvezo prosi, naj mu odveze ne odreče in ne odloži.

Kan. 981 — Spovednik naj naloži zdravilno in primerno pokoro, oziraje se na vrsto in število grehov, upošteva pa naj spovedančevu zmožnost; spovedanec jo je dolžan sam opraviti.

Kan. 982 — Če se kdo spove, da je nedolžnega spovednika pri cerkveni oblasti po krivem ovadil zaradi zapeljevanja h grehu zoper šesto božjo zapoved, naj se mu ne da odveza, dokler neresnične ovadbe izrečeno ne prekliče in ni pripravljen popraviti škodo, če je kakšno povzročil.

Kan. 983 — § 1. Spovedna molčečnost je nedotakljiva; zato je prepovedano, da bi spovednik z besedo ali na kakršenkoli način in iz kateregakoli razloga kakorkoli izdal spovedanca.

§ 2. Obveznost spovedne molčečnosti veže tudi prevajalca, če je bil navzoč, in vse druge, ki so kakorkoli zvedeli za grehe iz spovedi.

Kan. 984 — § 1. Spovedniku je povsem prepovedano uporabljalni vednost, dobljeno pri spovedi, kadar bi bilo to za spovedanca težko, čeprav je izključena vsaka nevarnost, da bi kaj razodel.

§ 2. Tisti, ki ima oblast, ne sme vednosti o grehih, ki jo je kakdarkoli dobil pri spovedi, na noben način uporabiti pri zunanjem vodstvu.

Can. 985 — Magister novitiorum eiusque socius, rector seminarii aliasve instituti educationis sacramentales confessiones suorum alumnorum in eadem domo commorantium ne audiant, nisi alumni in casibus particularibus sponte id petant.

Can. 986 — § 1. Omnis cui animarum cura vi muneric est demandata, obligatione tenetur providendi ut audiantur confessiones fidelium sibi commissorum, qui rationabiliter audiri petant, utque iisdem opportunitas praebatur ad confessionem individualem, diebus ac horis in eorum commodum statutis, accedendi.

§ 2. Urgente necessitate, quilibet confessarius obligatione tenetur confessiones christifidelium excipiendo, et in periculo mortis quilibet sacerdos.

Caput III DE IPSO PAENITENTE

Can. 987 — Christifidelis, ut sacramenti paenitentiae remedium percipiat salutiferum, ita dispositus sit oportet ut, peccata quae commiserit repudians et propositum sese emendandi habens, ad Deum convertatur.

Can. 988 — § 1. Christifidelis obligatione tenetur in specie et numero confitendi omnia peccata gravia post baptismum perpetrata et nondum per claves Ecclesiae directe remissa neque in confessione individuali accusata, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habeat.

§ 2. Commendatur christifidelibus ut etiam peccata venialia confiteantur.

Can. 989 — Omnis fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, obligatione tenetur peccata sua gravia, saltem semel in anno, fideliter confitendi.

Can. 990 — Nemo prohibetur quominus per interpretem confiteatur, vitatis quidem abusibus et scandalis atque firmo praescripto can. 983, § 2.

Can. 991 — Cuivis christifidi integrum est confessario legitime approbato etiam aliis ritus, cui maluerit, peccata confiteri.

Kan. 985 — Učitelj novicev in njegov pomočnik, ravnatelj semešča ali drugega vzgojnega zavoda naj ne spovedujejo svojih gojencev, ki bivajo skupaj z njimi v isti hiši, razen če gojenci v posameznih primerih sami od sebe za to prosijo.

Kan. 986 — § 1. Vsak, ki mu je po službi izročena pastoralna skrb, je dolžan poskrbeti, da morejo njemu izročeni verniki opraviti spoved, kadar po pameti zanjo prosijo, in da imajo priložnost za posamično spoved ob zanje ugodnih določenih dnevi in urah.

§ 2. Če je nujna sila, veže vsakega spovednika, v smrtni nevarnosti pa vsakega duhovnika, dolžnost spovedati vernike.

Tretje poglavje SPOVEDANEC

Kan. 987 — Za zveličaven prejem zdravila zakramenta pokore mora biti vernik tako pripravljen, da se spreobrne k Bogu s tem, da zavrne grehe, ki jih je storil, in se sklene poboljšati.

Kan. 988 — § 1. Vernika veže dolžnost, da se spove po vrsti in številu vseh velikih grehov, ki jih je storil po krstu in še niso bili neposredno odpuščeni po cerkveni oblasti odpuščati grehe in se jih še ni obtožil pri posamični spovedi, a se jih po skrbnem spraševanju vesti zaveda.

§ 2. Vernikom se priporoča, da se spovedujejo tudi malih grehov.

Kan. 989 — Vsak vernik je dolžan, potem ko je prišel v leta razločevanja, da se vsaj enkrat na leto vestno spove svojih velikih grehov.

Kan. 990 — Nikomur se ne brani spovedati se po prevajalcu, vendar se je treba izogibati zlorabam in pohujšanju, velja pa predpis kan. 983, § 2.

Kan. 991 — Vsak vernik ima neokrnjeno pravico po lastni izbiri spovedati se grehov tudi zakonito potrjenemu spovedniku drugega obreda.

Caput IV
DE INDULGENTIIS

Can. 992 — Indulgentia est remissio coram Deo poenae temporalis pro peccatis, ad culpam quod attinet iam deletis, quam christifidelis, apte dispositus et certis ac definitis condicionibus, consequitur ope Ecclesiae quae, ut ministra redemptionis, thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum auctoritative dispensat et applicat.

Can. 993 — Indulgentia est partialis aut plenaria, prout a poena temporali pro peccatis debita liberat ex parte aut ex toto.

Can. 994 — Quivis fidelis potest indulgentias sive partiales sive plenarias, aut sibi ipsi lucrari, aut defunctis applicare ad modum suffragii.

Can. 995 — § 1. Praeter supremam Ecclesiae auctoritatem ii tantum possunt indulgentias elargiri, quibus haec potestas iure agnoscitur aut a Romano Pontifice conceditur.

§ 2. Nulla auctoritas infra Romanum Pontificem potest potestatem concedendi indulgentias aliis committere, nisi id ei a Sede Apostolica expresse fuerit indultum.

Can. 996 — § 1. Ut quis capax sit lucrandi indulgentias debet esse baptizatus, non excommunicatus, in statu gratiae saltem in fine operum praescriptorum.

§ 2 Ut vero subiectum capax eas lucretur, habere debet intentionem saltem generalem eas acquirendi et opera iniuncta implere statuto tempore ac debito modo, secundum concessionis tenorem.

Can. 997 — Ad indulgentiarum concessionem et usum quod attinet, servanda sunt insuper cetera praescripta quae in peculiaribus Ecclesiae legibus continentur.

Titulus V

DE SACRAMENTO UNCTIONIS INFIRMORUM

Can. 998 — Unctio infirmorum, qua Ecclesia fideles periculose aegrotantes Domino patienti et glorificato, ut eos allevet et salvet, commendat, confertur eos liniendo oleo atque verba proferendo in liturgicis libris praescripta.

Četrto poglavje
ODPUSTKI

Kan. 992 — Odpustek je odpuščanje časnih kazni pred Bogom za grehe, katerih krivda je že izbrisana, in ga pravilno pripravljen vernik prejme pod določenimi in naštetimi pogoji ob pomoči Cerkve, ki v službi odrešenja z oblastjo razdeljuje in naklanja zaklad zaslужenj Kristusa in svetnikov.

Kan. 993 — Odpustek je delen ali popoln, kakor pač delno ali popolnoma reši časnih kazni, ki si jih nakopljemo za grehe.

Kan. 994 — Vsak vernik lahko odpustke, tako delne kot popolne, prejme zase ali jih nakloni rajnim v obliki prošnje.

Kan. 995 — § 1. Razen najvišje cerkvene oblasti morejo deliti odpustke samo tisti, ki jim to pravico priznava pravo ali jim jo poveri rimskega papeža.

§ 2. Nobena oblast, nižja od rimskega papeža, ne more drugim izročiti pravice podeljevati odpustke, če ji tega ni apostolski sedež izrecno dovolil.

Kan. 996 — § 1. Da je kdo sposoben prejeti odpustke, mora biti krščen, ne izobčen in v stanju milosti vsaj ob koncu predpisanih del.

§ 2. Da pa jih sposobni prejme, mora imeti vsaj splošen namen jih prejeti in opraviti predpisana dela v določenem času in na način, kakor določa besedilo podelitve.

Kan. 997 — Glede podeljevanja odpustkov in njihove rabe se je treba ravnat tudi po drugih predpisih, ki jih vsebujejo posebni cerkveni zakoni.

Peti naslov
ZAKRAMENT BOLNIŠKEGA MAZILJENJA

Kan. 998 — Bolniško maziljenje, s katerim Cerkev priporoča nevarno bolne vernike trpečemu in poveličanemu Gospodu, naj jim polajša in jih reši, se deli tako, da jih mazilimo z oljem in izgovarjam besede, ki so predpisane v liturgičnih knjigah.

Caput I
DE SACRAMENTI CELEBRATIONE

Can. 999 — Praeter Episcopum, oleum in unctione infirmorum adhibendum benedicere possunt:

1^o qui iure Episcopo dioecesano aequiparantur;

2^o in casu necessitatis, quilibet presbyter in ipsa tamen celebratione sacramenti.

Can. 1000 — § 1. Unctiones verbis, ordine et modo praescriptis in liturgicis libris, accurate peragantur; in casu tamen necessitatis, sufficit unctione unica in fronte vel etiam in alia corporis parte, integra formula prolata.

§ 2. Unctiones peragat minister propria manu, nisi gravis ratio usum instrumenti suadeat.

Can. 1001 — Curent animarum pastores et infirmorum propinqui, ut tempore opportuno infirmi hoc sacramento subleventur.

Can. 1002 — Celebratio communis unctionis infirmorum, pro pluribus infirmis simul, qui apte sint praeparati et rite dispositi, iuxta Episcopi dioecesani praescripta peragi potest.

Caput II
DE MINISTRO UNCTIONIS INFIRMORUM

Can. 1003 — § 1. Unctionem infirmorum valide administrat omnis et solus sacerdos.

§ 2. Officium et ius unctionis infirmorum ministrandi habent omnes sacerdotes, quibus demandata est cura animarum, erga fideles suo pastorali officio commissos; ex rationabili causa, quilibet alias sacerdos hoc sacramentum ministrare potest de consensu saltem praesumpto sacerdotis de quo supra.

§ 3. Cuilibet sacerdoti licet oleum benedictum secumferre ut, in casu necessitatis, sacramentum unctionis infirmorum ministrare valeat.

Caput III
DE IIS QUIBUS UNCTIO INFIRMORUM CONFERENDA SIT

Can. 1004 — § 1. Unctio infirmorum ministrari potest fideli qui, adepto rationis usu, ob infirmitatem vel senium in periculo incipit versari.

Prvo poglavje
ZAKRAMENTALNO OPRAVILO

Kan. 999 — Poleg škofa lahko blagoslovijo olje, ki je potrebno za bolniško maziljenje:

1. tisti, ki imajo enako oblast kot krajevni škof;

2. v sili vsak duhovnik, vendar samo med zakramentalnim opravilom.

Can. 1000 — § 1. Maziljenja naj se opravijo skrbno z besedami, po redu in načinu, kakor je predpisano v liturgičnih knjigah; če pa je sila, zadošča eno samo maziljenje na čelu ali tudi na drugem delu telesa s celotnim zakramentalnim besedilom.

§ 2. Maziljenja opravi služabnik s svojo roko, razen če bi tehten razlog svetoval uporabo orodja.

Can. 1001 — Pastoralni delavci in bolnikovi bližnji naj skrbijo, da se bodo bolniki ob primernem času okreplili s tem zakramentom.

Can. 1002 — Skupno opravilo maziljenja bolnikov za več bolnikov hkrati, ki naj bodo primerno in pravilno pripravljeni, se lahko opravi po predpisih krajevnega škofa.

Drugo poglavje
SLUŽABNIK BOLNIŠKEGA MAZILJENJA

Kan. 1003 — § 1. Bolniško maziljenje veljavno deli vsak duhovnik in samo duhovnik.

§ 2. Dolžnost in pravico deliti bolniško maziljenje imajo vsi duhovniki, katerim je poverjena pastoralna skrb za vernike, ki so izročeni njihovi pastoralni skrbi; iz pametnega razloga pa lahko ta zakrament deli katerikoli drug duhovnik, če vsaj vnaprej domneva, da v to privoli pravkar omenjeni duhovnik.

§ 3. Vsak duhovnik sme nositi s seboj blagoslovljeno olje, da more v sili podeliti zakrament bolniškega maziljenja.

Tretje poglavje
KOMU JE TREBA DELITI BOLNIŠKO MAZILJENJE

Kan. 1004 — § 1. Bolniško maziljenje se more podeliti verniku, ki je že pri pameti in začenja biti v nevarnosti zaradi bolezni ali starosti.

§ 2. Hoc sacramentum iterari potest, si infirmus, postquam convulerit, denuo in gravem infirmitatem inciderit aut si, eadem infirmitate perdurante, discrimen factum gravius sit.

Can. 1005 — In dubio utrum infirmus rationis usum attigerit, an periculose aegrotet vel mortuus sit, hoc sacramentum ministretur.

Can. 1006 — Infirmis qui, cum suaे mentis compotes essent, hoc sacramentum implice saltem petierint, conferatur.

Can. 1007 — Unctio infirmorum ne conferatur illis, qui in manifesto gravi peccato obstinate perseverent.

Titulus VI DE ORDINE

Can. 1008 — Sacramento ordinis ex divina institutione inter christifideles quidam, charactere indelebili quo signantur, constituuntur sacri ministri, qui nempe consecrantur et deputantur ut, pro suo quisque gradu, in persona Christi Capitis munera docendi, sanctificandi et regendi adimplentes, Dei populum pascant.

Can. 1009 — § 1. Ordines sunt episcopatus, presbyteratus et diaconatus.

§ 2. Conferuntur manuum impositione et precatione consecratoria, quam pro singulis gradibus libri liturgici praescribunt.

Caput I

DE ORDINATIONIS CELEBRATIONE ET MINISTRO

Can. 1010 — Ordinatio intra Missarum sollemnia celebretur, die dominico vel festo de praecepto, sed ob rationes pastorales aliis etiam diebus, ferialibus non exceptis, fieri potest.

Can. 1011 — § 1. Ordinatio generaliter in cathedrali ecclesia celebretur; ob rationes tamen pastorales in alia ecclesia aut oratorio celebrari potest.

§ 2. Ad ordinationem invitandi sunt clerici aliqui christifideles, ut quam maxima frequentia celebrationi intersint.

Can. 1012 — Sacrae ordinationis minister est Episcopus consecratus.

§ 2. Ta zakrament lahko ponovimo, če je bolnik po ozdravitvi spet zbolel za nevarno boleznijo ali, če se mu v isti bolezni stanje poslabša.

Kan. 1005 — V dvomu, ali je bolnik že pri pameti, ali je res nevarno bolan oziroma ali je že umrl, naj se ta zakrament podeli.

Kan. 1006 — Bolnikom, ki so za ta zakrament vsaj vključno prosili, dokler so bili pri zavesti, naj se podeli.

Kan. 1007 — Bolniško maziljenje naj se ne podeli tistim, ki zakrnjeno vztrajajo v javnem znanem velikem grehu.

Šesti naslov SVETI RED

Kan. 1008 — Po božji ustanovi z zakramentom svetega reda nekateri izmed vernikov postanejo posvečeni služabniki z neizbrisnim znamenjem, ki ga prejmejo; posvečeni in pooblaščeni so, da vsak na svoji stopnji v osebi Kristusa Glave s spolnjevanjem službe učenja, posvečevanja in vodstva pasejo božje ljudstvo.

Kan. 1009 — § 1. Sveti red obsega episkopat, prezbiterat in diakonat.

§ 2. Podeljuje se s polaganjem rok in posvetilno molitvijo, kakor je za vsako stopnjo predpisano v liturgičnih knjigah.

Prvo poglavje

OBHAJANJE POSVETITVE IN NJEN SLUŽABNIK

Kan. 1010 — Posvetitev naj se opravi med mašnim opravilom v nedeljo ali na zapovedan praznik, iz pastoralnih razlogov pa lahko tudi na druge dneve, ne izvzemši delavnike.

Kan. 1011 — § 1. Posvetitev naj bo običajno v stolnici; iz pastoralnih razlogov pa je lahko tudi v drugi cerkvi ali kapeli.

§ 2. K posvetitvi je treba povabiti klerike in druge vernike, da se jih bo čim več udeležilo svetega opravila.

Kan. 1012 — Služabnik svetih redov je posvečeni škof.

Can. 1013 — Nulli Episcopo licet quemquam consecrare in Episcopum, nisi prius constet de pontificio mandato.

Can. 1014 — Nisi Sedis Apostolicae dispensatio intercesserit, Episcopus consecrator principalis in consecratione episcopali duos saltem Episcopos consecrantes sibi adiungat; valde convenit autem, ut una cum iisdem omnes Episcopi praesentes electum consecrent.

Can. 1015 — § 1. Unusquisque ad presbyteratum et ad diaconatum a proprio Episcopo ordinetur aut cum legitimis eiusdem litteris dimissoriis.

§ 2. Episcopus proprius, iusta de causa non impeditus, per se ipse suos subditos ordinet; sed subditum orientalis ritus, sine apostolico induito, licite ordinare non potest.

§ 3. Qui potest litteras dimissorias ad ordines recipiendos dare, potest quoque eosdem ordines per se ipse conferre, si charactere episcopali polleat.

Can. 1016 — Episcopus proprius, quod attinet ad ordinationem diaconalem eorum qui clero saeculari se adscribi intendant, est Episcopus dioecesis, in qua promovendus habet domicilium, aut dioecesis cui promovendus sese devovere statuit; quod attinet ad ordinacionem presbyteralem clericorum saecularium, est Episcopus dioecesis, cui promovendus per diaconatum est incardinatus.

Can. 1017 — Episcopus extra propriam dicionem nonnisi cum licentia Episcopi dioecesani ordines conferre potest.

Can. 1018 — § 1. Litteras dimissorias pro saecularibus dare possunt:

1º Episcopus proprius, de quo in can. 1016;

2º Administrator apostolicus atque, de consensu collegii consultorum, Administrator dioecesanus; de consensu consilii, de quo in can. 495, § 2, Pro-vicarius et Pro-praeffectus apostolicus.

§ 2. Administrator dioecesanus, Pro-vicarius et Pro-praeffectus apostolicus litteras dimissorias ne iis concedant, quibus ab Episcopo dioecesano aut a Vicario vel Praefecto apostolico accessus ad ordines denegatus fuerit.

Can. 1019 — § 1. Superiori maiori instituti religiosi clericalis iuris pontificii aut societatis clericalis vitae apostolicae iuris pontificii competit ut suis subditis, iuxta constitutiones perpetuo vel definitive instituto aut societati adscriptis, concedat litteras dimissorias ad diaconatum et ad presbyteratum.

§ 2. Ordinatio ceterorum omnium alumnorum cuiusvis instituti aut societatis regitur iure clericorum saecularium, revocato quolibet induito Superioribus concessa.

Kan. 1013 — Noben škof ne sme nikogar posvetiti za škofa, če ni prej ugotovljeno, da je papež izdal naročilo.

Kan. 1014 — Glavni škof posvečevalc naj si pri posvetitvi škofa privzame vsaj dva škofa posvečevalca, razen če je apostolski sedež dal spregled; zelo pa je primerno, da vsi navzoči škofje posvetijo izbranega skupaj z njimi.

Kan. 1015 — § 1. Vsakega naj za duhovnika in diakona posveti lastni škof ali pa drug škof, ki je od njega prejel zakonito odpustnico.

§ 2. Lastni škof naj svojim podrejenim sam deli redove, če ga ne ovira upravičen razlog; toda podrejenemu vzhodnega obreda jih brez apostolskega dovoljenja ne more dopustno podeliti.

§ 3. Kdor lahko da odpustnico za prejem svetih redov, lahko iste redove tudi sam podeli, če ima škofovsko posvečenje.

Kan. 1016 — Lastni škof je glede posvetitve za diakona tistih, ki nameravajo postati člani svetnega klera, škof škofije, v kateri ima prejemnik domovališče, ali škofije, v katere službo se je odločil stopiti; glede posvetitve svetnih klerikov za duhovnike pa škof škofije, v katero je prejemnik inkardiniran z diakonatom.

Kan. 1017 — Zunaj svojega območja lahko škof deli svete redove samo z dovoljenjem krajevnega škofa.

Kan. 1018 — § 1. Odpustnico za svetne prejemnike more izdati:

1. lastni škof, o katerem govori kan. 1016;

2. apostolski upravitelj, s privolitvijo zбора svetovalcev pa tudi škofijski upravitelj; apostolski provikar in proprefekt pa s privolitvijo sveta, o katerem govori kan. 495, § 2.

§ 2. Škofijski upravitelj, apostolski provikar in proprefekt naj ne daje odpustnice tistim, katerim je krajevni škof, apostolski vikar ali prefekt odklonil dostop do svetih redov.

Kan. 1019 — § 1. Višji redovni predstojnik kleriške papeškopravne redovne ustanove ali kleriške papeškopravne družbe apostolskega življenja je pristojen dati odpustnico za diakonat in prezbiterat tistim svojim podrejenim, ki so po konstitucijah trajno ali dokončno včlanjeni v redovno ustanovo ali družbo.

§ 2. Podeljevanje redov vsem drugim članom katerekoli ustanove ali družbe se ravna po pravu za svetne klerike, preklicano pa je vsakršno dovoljenje, dano predstojnikom.

Can. 1020 — Litterae dimissoriae ne concedantur, nisi habitis ante omnibus testimonii et documentis, quae iure exiguntur ad normam cann. 1050 et 1051.

Can. 1021 — Litterae dimissoriae mitti possunt ad quemlibet Episcopum communionem cum Sede Apostolica habentem, excepto tantum, citra apostolicum indultum, Episcopo ritus diversi a ritu promovendi.

Can. 1022 — Episcopus ordinans, acceptis legitimis litteris dimissoriis, ad ordinationem ne procedat, nisi de germana litterarum fide plane constet.

Can. 1023 — Litterae dimissoriae possunt ab ipso concedente aut ab eius successore limitibus circumscribi aut revocari, sed semel concessae non extinguntur resoluto iure concedentis.

Caput II DE ORDINANDIS

Can. 1024 — Sacram ordinationem valide recipit solus vir baptizatus.

Kan. 1173 — Cerkev izvršuje duhovniško službo Kristusa z opravljanjem molitvenega bogoslužja, pri katerem posluša Boga, ki govorji svojemu ljudstvu, in obhaja spomin skrivnosti odrešenja, ga nenehno slavi s petjem in molitvo in prosi za zveličanje vsega sveta.

Kan. 1174 — § 1. Dolžnost opravljati molitveno bogoslužje veže klerike po določbi kan. 276, § 2, št. 3; člane ustanov posvečenega življenja in družb apostolskega življenja pa po določbi njihovih konstitucij.

§ 2. Tudi drugi verniki so zelo povabljeni, da bi se v skladu z razmerami udeleževali molitvenega bogoslužja kot opravila Cerkve.

Kan. 1175 — Pri opravljanju molitvenega bogoslužja naj bi se, kolikor mogoče, držali pravega časa vsake molitvene ure.

Tretji naslov

CERKVENO POGREBNO OPRAVILLO

Kan. 1176 — § 1. Rajnim vernikom je treba po določbi prava oskrbeti cerkveno pogrebno opravilo.

§ 2. Cerkveno pogrebno opravilo, s katerim Cerkev rajnim duhovno pomaga, skazuje spoštovanje njihovim telesom in hkrati živim prinaša tolažbo upanja, je treba opraviti po določbi liturgičnih zakonov.

§ 3. Cerkev zelo priporoča, naj se ohrani pobožna navada pokopavanja teles rajnih, vendar ne prepoveduje sežiganja, razen če bi bilo izbrano iz razlogov, ki so nasprotni krščanskemu nauku.

Prvo poglavje

POGREBNO OPRAVILLO

Kan. 1177 — § 1. Pogrebno opravilo vsakega vernega rajnega mora na splošno biti v cerkvi lastne župnije.

§ 2. Vsak vernik ali tisti, ki imajo pravico poskrbeti za pogrebno opravilo rajnega vernika, pa sme izbrati za pogreb drugo cerkev s privolitvijo njenega upravitelja, obvestiti pa je treba lastnega župnika umrlega.

§ 3. Si extra propriam paroeciam mors acciderit, neque cadaver ad eam translatum fuerit, neque aliqua ecclesia funeris legitime electa, exequiae celebrentur in ecclesia paroeciae ubi mors accidit, nisi alia iure particulari designata sit.

Can. 1178 — Exequiae Episcopi dioecesani in propria ecclesia cathedrali celebrentur, nisi ipse aliam ecclesiam elegerit.

Can. 1179 — Exequiae religiosorum aut sodalium societatis vitae apostolicae generatim celebrentur in propria ecclesia aut oratorio a Superiore, si institutum aut societas sint clericalia, secus a cappellano.

Can. 1180 — § 1. Si paroecia proprium habeat coemeterium, in eo tumulandi sunt fideles defuncti, nisi aliud coemeterium legitime electum fuerit ab ipso defuncto vel ab iis quibus defuncti sepulturam curare competit.

§ 2. Omnibus autem licet, nisi iure prohibeantur, eligere coemeterium sepulturae.

Can. 1181 — Ad oblationes occasione funerum quod attinet, serventur praecepta can. 1264, cauto tamen ne ulla fiat in exequiis personarum acceptio neve pauperes debitibus exequiis priventur.

Can. 1182 — Expleta tumulatione, inscriptio in librum defunctorum fiat ad normam iuris particularis.

Caput II

DE IIS QUIBUS EXEQUIAE ECCLESIASTICAE CONCEDENDAE SUNT AUT DENEGANDAE

Can. 1183 — § 1. Ad exequias quod attinet, christifidelibus catechumeni accensendi sunt.

§ 2. Ordinarius loci permittere potest ut parvuli, quos parentes baptizare intendebant quique autem ante baptismum mortui sunt, exequiis ecclesiasticis donentur.

§ 3. Baptizatis alicui Ecclesiae aut communitati ecclesiiali non catholicae adscriptis, exequiae ecclesiasticae concedi possunt de prudenti Ordinarii loci iudicio, nisi constet de contraria eorum voluntate et dummodo minister proprius haberi nequeat.

Can. 1184 — § 1. Exequiis ecclesiasticis privandi sunt, nisi ante mortem aliqua dederint paenitentiae signa:

1º notorii apostatae, haeretici et schismatici;

§ 3. Če je kdo umrl zunaj lastne župnije in trupla ne prepeljejo tja niti ni bila kaka cerkev zakonito izbrana za pogreb, naj bo, če območno pravo ne določa druge cerkve, pogrebno opravilo v cerkvi župnije, kjer je rajni umrl.

Kan. 1178 — Pogrebno opravilo za krajevnim škofom naj bo v lastni stolnici, razen če si je sam izbral drugo cerkev.

Kan. 1179 — Pogrebno opravilo za redovniki ali člani družb apostolskega življenja naj na splošno v lastni cerkvi ali kapeli opravi predstojnik, če je ustanova ali družba kleriška, sicer pa kaplan posebne skupnosti.

Kan. 1180 — § 1. Če ima župnija lastno pokopališče, naj bodo tam pokopani verni rajni, razen če si je drugo pokopališče izbral rajni sam ali tisti, ki imajo pravico oskrbeti pokop rajnega.

§ 2. Vsak pa sme sam izbrati pokopališče za pokop, razen če mu je to po pravu prepovedano.

Kan. 1181 — Glede darov ob pogrebu se je treba ravnati po predpisih kan. 1264, paziti pa je treba, da pri pogrebih ne pride do kakih osebnih prednosti in da revni ne bodo prikrajšani za primerno pogrebno opravilo.

Kan. 1182 — Po opravljenem pokopu je treba opraviti vpis v mriško knjigo po določbi območnega prava.

Drugog poglavje

KOMU NAJ SE CERKVENO POGREBNO OPRAVILDO DOVOLI ALI ODREČE

Kan. 1183 — § 1. Glede pogrebnega opravila katechumeni veljajo za vernike.

§ 2. Krajevni ordinarij lahko dovoli cerkveno pogrebno opravilo za otroke, ki so jih starši nameravali dati krstiti, pa so umrli pred krstom.

§ 3. Krščenim članom kake nekatoliške Cerkve ali cerkvene skupnosti se sme dovoliti cerkveno pogrebno opravilo po pametni presoji krajevnega ordinarija, razen če je znano, da je to proti njihovi volji, in če je res nemogoče dobiti lastnega verskega služabnika.

Kan. 1184 — § 1. Cerkveno pogrebno opravilo je treba odreči, če niso pred smrtjo dali kakih znamenj spokoritve:

1. javno znanim odpadnikom, krivovercem in razkolnikom;

2º qui proprii corporis cremationem elegerint ob rationes fidei christianaes adversas;

3º alii peccatores manifesti, quibus exequiae ecclesiasticae non sine publico fidelium scandalo concedi possunt.

§ 2. Occurrente aliquo dubio, consulatur loci Ordinarius, cuius iudicio standum est.

Can. 1185 — Excluso ab ecclesiasticis exequiis deneganda quoque est quaelibet Missa exequialis.

Titulus IV

DE CULTU SANCTORUM, SACRARUM IMAGINUM ET RELIQUIARUM

Can. 1186 — Ad sanctificationem populi Dei fovendam, Ecclesia peculiari et filiali christifidelium venerationi commendat Beatam Mariam semper Virginem, Dei Matrem, quam Christus hominum omnium Matrem constituit, atque verum et authenticum promovet cultum aliorum Sanctorum, quorum quidem exemplo christifideles aedificantur et intercessione sustentantur.

Can. 1187 — Cultu publico eos tantum Dei servos venerari licet, qui auctoritate Ecclesiae in album Sanctorum vel Beatorum relati sint.

Can. 1188 — Firma maneat praxis in ecclesiis sacras imagines fidelium venerationi proponendi; attamen moderato numero et congruo ordine exponantur, ne populi christiani admiratio excitetur, neve devotioni minus rectae ansa praeveatur.

Can. 1189 — Imagines pretiosae, idest vetustate, arte, aut cultu praestantes, in ecclesiis vel oratoriis fidelium venerationi expositae, si quando reparatione indigeant, numquam restaurentur sine data scripto licentia ab Ordinario; qui, antequam eam concedat, peritos consulat.

Can. 1190 — § 1. Sacras reliquias vendere nefas est.

§ 2. Insignes reliquiae itemque aliae, quae magna populi veneratione honorantur, nequeunt quoquo modo valide alienari neque perpetuo transferri sine Apostolicae Sedis licentia.

§ 3. Praescriptum § 2 valet etiam pro imaginibus, quae in aliqua ecclesia magna populi veneratione honorantur.

2. tistim, ki so iz krščanski veri nasprotnih razlogov izbrali, da se njihovo telo sežge;

3. drugim javno znamen grešnikom, ki jim cerkvenega pogrebnega opravila ni mogoče dovoliti brez javnega pohujšanja vernikov.

§ 2. Če nastane kak dvom, se je treba posvetovati s krajevnim ordinarijem in se ravnat po njegovi presoji.

Kan. 1185 — Komur ni dovoljeno cerkveno pogrebno opravilo, se mu mora odreči tudi vsakršna pogrebna maša.

Četrti naslov

ČEŠČENJE SVETNIKOV, SVETIH PODOB IN RELIKVIJ

Kan. 1186 — V pospešitev posvečevanja božjega ljudstva Cerkev priporoča vernikom, naj na poseben in otroško vdan način častijo blaženo vedno Devico božjo mater Marijo, ki jo je Kristus postavil za mater vseh ljudi; spodbuja tudi pravo in pristno češčenje drugih svetnikov, katerih zgled naj bi bil vernikom v spodbudo, priprošnja pa v pomoč.

Kan. 1187 — Javno češčenje je dovoljeno izkazovati samo tistim božjim služabnikom, ki so bili z oblastjo Cerkve vpisani v seznam svetnikov in blaženih.

Kan. 1188 — Ohrani naj se navada, da so v cerkvah vernikom na voljo za češčenje svete podobe; vendar naj se namestijo v zmerinem številu in po primernem redu, da ne bodo zbujale začudenja pri krščanskem ljudstvu in dajale povoda manj pravilni pobožnosti.

Kan. 1189 — Če so dragocene svete podobe, ki se namreč odlikujejo po starosti, umetnosti ali češčenju in so izpostavljene v cerkvah ali kapelah vernikom v češčenje, kdaj potrebne popravila, naj se nikoli ne obnavljajo brez pismenega ordinarijevega dovoljenja; ta pa naj se, preden da dovoljenje, posvetuje z izvedenci.

Kan. 1190 — § 1. Svetе relikvije ni dovoljeno prodajati.

§ 2. Pomembne relikvije in prav tako druge, ki jih ljudstvo zelo časti, se brez dovoljenja apostolskega sedeža nikakor ne morejo veljavno odtujiti ali za trajno prenesti.

§ 3. Določilo § 2 velja tudi za podobe, ki jih v kaki cerkvi ljudstvo zelo časti.

Titulus V
DE VOTO ET IUREIURANDO

Caput I
DE VOTO

Can. 1191 — § 1. Votum, idest promissio deliberata ac libera Deo facta de bono possibili et meliore, ex virtute religionis impleri debet.

§ 2. Nisi iure prohibeantur, omnes congruenti rationis usu pollentes, sunt voti capaces.

§ 3. Votum metu gravi et iniusto vel dolo emissum ipso iure nullum est.

Can. 1192 — § 1. Votum est *publicum*, si nomine Ecclesiae a legitimo Superiore acceptetur; secus *privatum*.

§ 2. *Sollemne*, si ab Ecclesia uti tale fuerit agnatum; secus *simplex*.

§ 3. *Personale*, quo actio voventis promittitur; *reale*, quo promittitur res aliqua; *mixtum*, quod personalis et realis naturam participat.

Can. 1193 — Votum non obligat, ratione sui, nisi emittentem.

Can. 1194 — Cessat votum lapsu temporis ad finiendam obligacionem appositi, mutatione substantiali materiae promissae, deficiente condicione a qua votum pendet aut eiusdem causa finali, dispensatione, commutatione.

Can. 1195 — Qui potestatem in voti materiam habet, potest voti obligationem tamdiu suspendere, quamdiu voti adimpletio sibi praecaudium afferat.

Can. 1196 — Praeter Romanum Pontificem, vota privata possunt iusta de causa dispensare, dummodo dispensatio ne laedat ius alii quaeasitum:

1^o loci Ordinarius et parochus, quod attinet ad omnes ipsorum subditos atque etiam peregrinos;

2^o Superior instituti religiosi aut societatis vitae apostolicae, si sint clericalia iuris pontificii, quod attinet ad sodales, novitos atque personas, quae diu noctuque in domo instituti aut societatis degunt;

3^o ii quibus ab Apostolica Sede vel ab Ordinario loci delegata fuerit dispensandi potestas.

Peti naslov
ZAOBLJUBA IN PRISEGA

Prvo poglavje
ZAOBLJUBA

Kan. 1191 — § 1. Zaobljuba, to je premišljeno in svobodno Bogu dana obljava o dobrem, ki je možno in boljše, se mora spolniti iz kreposti bogovdanosti.

§ 2. Vsi, ki morejo primerno uporabljati razum, so zmožni napraviti zaobljubo, če jim tega pravo ne prepoveduje.

§ 3. Zaobljuba, narejena pod vplivom velikega in krivičnega strahu ali z zvijačno prevaro, je po samem pravu nična.

Kan. 1192 — § 1. Zaobljuba, ki jo sprejme zakoniti predstojnik v imenu Cerkve, je *javna*; drugače je *zasebna*.

§ 2. *Slovesna* je, če jo Cerkev kot tako prizna; drugače je *preprosta*.

§ 3. Zaobljuba je *osebna*, ako kdo oblubi svoje dejanje; *stvarna*, ako oblubi kakšno stvar; *mešana*, če je osebna in stvarna hkrati.

Kan. 1193 — Zaobljuba veže sama po sebi le tistega, ki jo je napravil.

Kan. 1194 — Zaobljuba preneha, če preteče čas, določen za spolnitev obveznosti, če se bistveno spremeni zaobljubljena stvar, če odpade pogoj, od katerega je odvisna zaobljuba, ali njen končni namen, če se spregleda ali spremeni.

Kan. 1195 — Kdor ima oblast nad zaobljubljeno stvarjo, more obveznost zaobljube za toliko časa odložiti, dokler mu je spolnitev zaobljube v škodo.

Kan. 1196 — Poleg rimskega papeža morejo iz upravičenega razloga dati spregled zasebnih obljab, če le spregled ne oškoduje pridobljene pravice drugih:

1. krajevni ordinarij in župnik za vse svoje podrejene in tudi za tujce;

2. predstojniki redovne ustanove in družbe apostolskega življenja, če sta klerički papeškopopravni, za svoje člane, novice in osebe, ki stalno prebivajo v hiši ustanove ali družbe;

3. tisti, ki jih je apostolski sedež ali krajevni ordinarij povabil, da dajejo spregled.

Can. 1197 — Opus voto privato promissum potest in maius vel in aequale bonum ab ipso vovente commutari; in minus vero bonum, ab illo cui potestas est dispensandi ad normam can. 1196.

Can. 1198 — Vota ante professionem religiosam emissam suspenduntur, donec vovens in instituto religioso permanserit.

Caput II DE IUREIURANDO

Can. 1199 — § 1. Iusiurandum, idest invocatio Nominis divini in testem veritatis, praestari nequit, nisi in veritate, in iudicio et in iustitia.

§ 2. Iusiurandum quod canones exigunt vel admittunt, per procuratorem praestari valide nequit.

Can. 1200 — § 1. Qui libere iurat se aliquid facturum, peculiari religionis obligatione tenetur implendi, quod iureiurando firmaverit.

§ 2. Iusiurandum dolo, vi aut metu gravi extortum, ipso iure nullum est.

Can. 1201 — § 1. Iusiurandum promissorium sequitur naturam et condiciones actus cui adicitur.

§ 2. Si actui directe vergenti in damnum aliorum aut in praeiudicium boni publici vel salutis aeternae iusiurandum adiciatur, nullam exinde actus consequitur firmitatem.

Can. 1202 — Obligatio iureiurando promissorio inducta desinit:

1^o si remittatur ab eo in cuius commodum iusiurandum emisum fuerat;

2^o si res iurata substantialiter mutetur, aut, mutatis adjunctis, fiat vel mala vel omnino indifferens, vel denique maius bonum impedit;

3^o deficiente causa finali aut condicione sub qua forte iusiurandum datum est;

4^o dispensatione, commutatione, ad normam can. 1203.

Can. 1203 — Qui suspendere, dispensare, commutare possunt votum, eandem potestatem eademque ratione habent circa iusiurandum promissorium; sed si iurisiurandi dispensatio vergat in praeiudicium aliorum qui obligationem remittere recusent, una Apostolica Sedes potest iusiurandum dispensare.

Kan. 1197 — Delo, ki ga kdo obljubi z zasebno zaobljubo, moreta, ki ga je zaobljubil, sam spremeniti v boljše ali enako dobro; v manj dobro pa tisti, ki ima po določbi kan. 1196 oblast dati spregled.

Kan. 1198 — Zaobljube, narejene pred redovnimi zaobljubami, se prekinejo, dokler ta, ki jih je naredil, ostane v redovni ustanovi.

Drugog poglavlje PRISEGA

Kan. 1199 — § 1. Prisegati, to je klicati Boga za pričo resnice, se sme le resnicoljubno, preudarno in ob upoštevanju pravičnosti.

§ 2. Prisege, ki jo zahtevajo ali dopuščajo kanoni, ni mogoče veljavno opraviti po zastopniku.

Kan. 1200 — § 1. Kdor svobodno priseže, da bo kaj storil, ga veže posebna dolžnost bogovdanosti, da spolni, kar je s prisojega zatrdiril.

§ 2. Prisega, izsiljena z zvijačo, silo ali v velikem strahu, je posamem pravu nična.

Kan. 1201 — § 1. Prisega, s katero se nekaj obljubi, se ravna po naravi in okoliščinah dejanja, kateremu je dodana.

§ 2. Če se prisega doda dejanju, ki je drugim ali javni blaginji ali večnemu zveličanju naravnost v škodo, dejanje iz tega ne pridobi nobene trdnosti.

Kan. 1202 — Obveznost prisege, s katero se nekaj obljubi, preneha:

1. če jo odpusti ta, v čigar korist je bila prisega narejena;

2. če se s prisego obljubljena stvar bistveno spremeni ali postane ob spremenjenih razmerah slaba ali popolnoma indiferentna ali če končno ovira večje dobro;

3. če odpade končni nagib ali pogoj, pod katerim je nemara prisega bila narejena;

4. s spregledom in spremembou po določbi kan. 1203.

Kan. 1203 — Tisti, ki morejo zaobljubo odložiti, dati od nje spregled, jo spremeniti, imajo isto oblast in iz istega razloga glede priseg, s katero se kaj obljubi; če pa bi bil spregled prisegi v škodo drugim, ki se branijo obveznost odpustiti, more dati spregled prisegi samo apostolski sedež.

Can. 1204 — Iusiurandum stricte est interpretandum secundum ius et secundum intentionem iurantis aut, si hic dolo agat, secundum intentionem illius cui iusiurandum praestatur.

Pars III DE LOCIS ET TEMPORIBUS SACRIS

Titulus I DE LOCIS SACRIS

Can. 1205 — Loca sacra ea sunt quae divino cultui fideliumve sepulturae deputantur dedicatione vel benedictione, quam liturgici libri ad hoc praescribunt.

Can. 1206 — Dedicatio alicuius loci spectat ad Episcopum dioecesanum et ad eos qui ipsi iure aequiparantur; iidem possunt cuilibet Episcopo vel, in casibus exceptionalibus, presbytero munus committere dedicationem peragendi in suo territorio.

Can. 1207 — Loca sacra benedicuntur ab Ordinario; benedictio tamen ecclesiarum reservatur Episcopo dioecesano; uterque vero potest alium sacerdotem ad hoc delegare.

Can. 1208 — De peracta dedicatione vel benedictione ecclesiae, itemque de benedictione coemeterii redigatur documentum, cuius alterum exemplar in curia dioecesana, alterum in ecclesiae archivo servetur.

Can. 1209 — Dedicatio vel benedictio alicuius loci, modo nemini damnum fiat, satis probatur etiam per unum testem omni exceptione maiorem.

Can. 1210 — In loco sacro ea tantum admittantur quae cultui, pietati, religioni exercendis vel promovendis inserviunt, ac vetatur quidam a loci sanctitate absonum sit. Ordinarius vero per modum actus alias usus, sanctitati tamen loci non contrarios, permittere potest.

Can. 1211 — Loca sacra violantur per actiones graviter iniuriosas cum scandalo fidelium ibi positas, quae, de iudicio Ordinarii loci, ita graves et sanctitati loci contrariae sunt ut non liceat in eis cultum exercere, donec ritu paenitentiali ad normam librorum liturgicorum iniuria reparetur.

Kan. 1204 — Prišega se mora ozko razlagati po pravu in po namenu tistega, ki prisega, ali, če ta vara, po namenu tistega, komur se prispeže.

Tretji del SVETI KRAJI IN ČASI

Prvi naslov SVETI KRAJI

Kan. 1205 — Sveti so tisti kraji, ki so z obredom posvetitve ali blagoslovitve, kakor ga predpisujejo liturgične knjige, določeni za bogočastje ali pokopavanje vernikov.

Kan. 1206 — Za obred posvetitve kakega kraja je pristojen krajevni škof in tisti, ki so mu po pravu enaki; ti morejo za opravilo obreda posvetitve na svojem ozemlju pooblastiti kateregakoli škofa ali, v izjemnih primerih, duhovnika.

Kan. 1207 — Sveti kraje blagoslavljajo ordinarij; blagoslovitev cerkva pa je pridržana krajevnemu škofu; vsak od obeh pa lahko za to pooblasti drugega duhovnika.

Kan. 1208 — O opravljenem obredu posvetitve ali blagoslovitve cerkve in prav tako o blagoslovitvi pokopališča naj se sestavi lista, katere en izvod naj se hrani v škofijski kuriji, drugi pa v arhivu cerkve.

Kan. 1209 — Za dokaz, da je kak kraj posvečen ali blagoslovljen, zadostuje, da le ni nikomur v škodo, tudi ena sama priča, proti kateri ni ugovora.

Kan. 1210 — Na svetem kraju so dovoljena le taka opravila, ki omogočajo ali pospešujejo bogočastje, pobožnost in vero, prepovedano pa je vse, kar je tuje svetosti kraja. Ordinarij pa lahko za posamezne primere dovoli drugačno uporabo, ki pa ne sme biti nasprotna svetosti kraja.

Kan. 1211 — Sveti kraje oskrnijo hudo krivična v pohujšanje vernikov tam storjena dejanja, ki so po presoji krajevnega ordinarija tako težka in nasprotna svetosti kraja, da v njih ni dovoljeno opravljati bogoslužje, dokler se krivica ne popravi s spokornim opravilom po določbi liturgičnih knjig.

Can. 1212 — Dedicationem vel benedictionem amittunt loca sacra, si magna ex parte delecta fuerint, vel ad usus profanos permanenter decreto competentis Ordinarii vel de facto reducta.

Can. 1213 — Potestates suas et munera auctoritas ecclesiastica in locis sacris libere exercet.

Caput I DE ECCLESIIS

Can. 1214 — Ecclesiae nomine intellegitur aedes sacra divino cultui destinata, ad quam fidelibus ius est adeundi ad divinum cultum praesertim publice exercendum.

Can. 1215 — § 1. Nulla ecclesia aedificetur sine expresso Episcopi dioecesani consensu scriptis dato.

§ 2. Episcopus dioecesanus consensum ne praebeat nisi, auditio consilio presbyterali et vicinarum ecclesiarum rectoribus, censeat novam ecclesiam bono animarum inservire posse, et media ad ecclesiae aedificationem et ad cultum divinum necessaria non esse defutura.

§ 3. Etiam instituta religiosa, licet consensum constituendae novae domus in dioecesi vel civitate ab Episcopo dioecesano rettulerint, antequam tamen ecclesiam in certo ac determinato loco aedificant, eiusdem licentiam obtinere debent.

Can. 1216 — In ecclesiarum aedificatione et refectione, exhibito peritorum consilio, serventur principia et normae liturgiae et artis sacrae.

Can. 1217 — § 1. Aedificatione rite peracta, nova ecclesia quam primum dedicetur aut saltem benedicatur, sacrae liturgiae legibus servatis.

§ 2. Sollempni ritu dedicantur ecclesiae, praesertim cathedrales et paroeciales.

Can. 1218 — Unaquaeque ecclesia suum habeat titulum qui, perfecta ecclesiae dedicatione, mutari nequit.

Can. 1219 — In ecclesia legitime dedicata vel benedicta omnes actus cultus divini perfici possunt, salvis iuribus paroecialibus.

Can. 1220 — § 1. Current omnes ad quos res pertinet, ut in ecclesiis illa munditia ac decor serventur, quae domum Dei addecent, et ab iisdem arceantur quidquid a sanctitate loci absolum sit.

Kan. 1212 — Sveti kraji nehajo biti posvečeni ali blagoslovjeni, če se večji del poruši ali se z odločbo pristojnega ordinarija ali dejanjsko za stalno izročijo za svetno rabo.

Kan. 1213 — Cerkvena oblast more na svetih krajih neovirano izvajati svojo oblast in službo.

Prvo poglavje CERKVE

Kan. 1214 — Ime cerkev označuje sveto stavbo, določeno za bogocastje, v katero imajo verniki pravico prihajati zlasti za javno opravljanje bogoslužja.

Kan. 1215 — § 1. Nobena cerkev se ne sme zgraditi brez izrečene pismene privolitve krajevnega škofa.

§ 2. Krajevni škof naj da privolitev le, če po posvetovanju z duhovniškim svetom in rektorji bližnjih cerkva presodi, da bo mogla biti nova cerkev v blagor vernikov in da ne bo primanjkovalo potrebnega za zidavo cerkve in za bogocastje.

§ 3. Tudi redovne ustanove morajo dobiti dovoljenje krajevnega škofa, preden gradijo cerkev na natanko določenem kraju, čeprav so že dobine njegovo privolitev za ustanovitev nove hiše v škofiji ali mestu.

Kan. 1216 — Pri zidanju in popravljanju cerkva se je treba po posvetovanju z izvedenci ravnati po načelih in določbah bogoslužja in cerkvene umetnosti.

Kan. 1217 — § 1. Po zakonito dokončani zidavi naj se čimprej opravi obred posvetitve ali vsaj blagoslovitve nove cerkve, upoštevajoč zakone svetega bogoslužja.

§ 2. Slovesno naj se opravi obred posvetitve cerkva, zlasti stolnih in župnijskih.

Kan. 1218 — Vsaka cerkev naj ima svoj naslov, ki ga po opravljenem obredu posvetitve ni mogoče spremeniti.

Kan. 1219 — V zakonito posvečeni ali blagoslovjeni cerkvi se smejo opravljati vsa bogoslužna opravila, upoštevajoč župnijske pravice.

Kan. 1220 — § 1. Vsi, ki jih to zadeva, naj skrbijo, da se v cerkvah ohranjata tista čistoča in lepota, ki se spodbija za božjo hišo, iz njih pa naj se odstrani, karkoli je tuje svetosti kraja.

§ 2. Ad bona sacra et pretiosa tuenda ordinaria conservationis cura et opportuna securitatis media adhibeantur.

Can. 1221 — Ingressus in ecclesiam tempore sacrarum celebracionum sit liber et gratuitus.

Can. 1222 — § 1. Si qua ecclesia nullo modo ad cultum divinum adhiberi queat et possibilitas non detur eam reficiendi, in usum profanum non sordidum ab Episcopo dioecesano redigi potest.

§ 2. Ubi aliae graves causae suadeant ut aliqua ecclesia ad divinum cultum amplius non adhibeatur, eam Episcopus dioecesanus, auditio consilio presbyterali, in usum profanum non sordidum redigere potest, de consensu eorum qui iura in eadem sibi legitime vindicent, et dum modo animarum bonum nullum inde detrimentum capiat.

Caput II

DE ORATORIIS ET DE SACELLIS PRIVATIS

Can. 1223 — Oratori nomine intellegitur locus divino cultui, in commodum alicuius communitatis vel coetus fidelium eo convenientium de licentia Ordinarii destinatus, ad quem etiam alii fideles de consensu Superioris competentis accedere possunt.

Can. 1224 — § 1. Ordinarius licentiam ad constituendum oratorium requisitam ne concedat, nisi prius per se vel per alium locum ad oratorium destinatum visitaverit et decenter instructum representerit.

§ 2. Data autem licentia, oratorium ad usus profanos converti nequit sine eiusdem Ordinarii auctoritate.

Can. 1225 — In oratoriis legitime constitutis omnes celebrationes sacrae peragi possunt, nisi quae iure aut Ordinarii loci praescripto excipientur, aut obstent normae liturgicae.

Can. 1226 — Nomine sacelli privati intellegitur locus divino cultui, in commodum unius vel plurium personarum physicarum, de licentia Ordinarii loci destinatus.

Can. 1227 — Episcopi sacellum privatum sibi constituere possunt, quod iisdem iuribus ac oratorium gaudet.

Can. 1228 — Firmo praescripto can. 1227, ad Missam aliasve sacras celebrationes in aliquo sacello privato peragendas requiritur Ordinarii loci licentia.

§ 2. Za varovanje svetih stvari in dragocenosti je treba skrbeti z rednim vzdrževanjem in uporabljanjem primernih varnostnih sredstev.

Kan. 1221 — V času svetih obredov naj bo dostop v cerkev prost in brezplačen.

Can. 1222 — § 1. Če kake cerkve nikakor ni mogoče več uporabljati za bogoslužje in je ni mogoče popraviti, jo more krajevni škof izročiti za svetno rabo, ki ni nečastna.

§ 2. Kjer drugi tehtni razlogi svetujojo, naj se kaka cerkev ne uporablja več za bogoslužje, jo more krajevni škof po posvetovanju z duhovniškim svetom izročiti za svetno rabo, ki ni nečastna, privoliti pa morajo tisti, ki si zakonito lastijo pravice do nje, in če le blagor vernikov zaradi tega ne bo trpel nobene škode.

Drugo poglavje

KAPELE IN ZASEBNE KAPELE

Can. 1223 — Kapela se imenuje prostor, ki je z ordinarijievim dovoljenjem namenjen za bogočastje kake skupnosti ali skupine vernikov, ki se tam zbirajo, kamor pa s privolitvijo pristojnega predstojnika lahko prihajajo tudi drugi verniki.

Can. 1224 — § 1. Ordinarij naj ne daje dovoljenja, ki je potrebno za ustanovitev kapele, ako si ni prej sam ali po drugem ogledal za kapelo določen prostor, in ugotovil, da je primerno opremljen.

§ 2. Ko je bilo dovoljenje dano, se kapela brez dovoljenja istega ordinarija ne sme določiti za svetno rabo.

Can. 1225 — V zakonito ustanovljenih kapelah se morejo opravljati vsa sveta opravila, razen če pravo ali predpis krajevnega ordinarija katera izvzema ali nasprotujejo liturgične določbe.

Can. 1226 — Zasebna kapela se imenuje prostor, ki je z dovoljenjem krajevnega ordinarija namenjen za bogočastje v korist ene ali več fizičnih oseb.

Can. 1227 — Škofje si lahko uredijo zasebno kapelo, ki ima vse pravice kapele.

Can. 1228 — Za maševanje in druga sveta opravila v kaki zasebni kapeli je potrebno dovoljenje krajevnega ordinarija, velja pa predpis kan. 1227.

Can. 1229 — Oratoria et sacella privata benedici convenit secundum ritum in libris liturgicis praescriptum; debent autem esse divino tantum cultui reservata et ab omnibus domesticis usibus libera.

Caput III DE SANCTUARIIS

Can. 1230 — Sanctuarii nomine intelleguntur ecclesia vel alias locus sacer ad quos, ob peculiarem pietatis causam, fideles frequentes, approbante Ordinario loci, peregrinantur.

Can. 1231 — Ut sanctuarium dici possit nationale, accedere debet approbatio Episcoporum conferentiae; ut dici possit internationale, requiritur approbatio Sanctae Sedis.

Can. 1232 — § 1. Ad approbanda statuta sanctuarii dioecesani, competens est Ordinarius loci; ad statuta sanctuarii nationalis, Episcoporum conferentia; ad statuta sanctuarii internationalis, sola Sancta Sedes.

§ 2. In statutis determinentur praesertim finis, auctoritas rectoris, dominium et administratio bonorum.

Can. 1233 — Sanctuariis quaedam privilegia concedi poterunt, quoties locorum circumstantiae, peregrinantum frequentia et praesertim fidelium bonum id suadere videantur.

Can. 1234 — § 1. In sanctuariis abundantius fidelibus suppedientur media salutis, verbum Dei sedulo annuntiando, vitam liturgicam praesertim per Eucharistiae et paenitentiae celebrationem apte fovendo, necnon probatas pietatis popularis formas colendo.

§ 2. Votiva artis popularis et pietatis documenta in sanctuariis aut locis adiacentibus spectabilia serventur atque secure custodiantur.

Caput IV DE ALTARIBUS

Can. 1235 — § 1. Altare, seu mensa super quam Sacrificium eucharisticum celebratur, *fixum* dicitur, si ita exstruatur ut cum pavimento cohaereat ideoque amoveri nequeat; *mobile* vero, si transferri possit.

§ 2. Expedit in omni ecclesia altare fixum inesse; ceteris vero in locis, sacris celebrationibus destinatis, altare fixum vel mobile.

Kan. 1229 — Primerno je, da se kapele in zasebne kapele blagoslovijo po obredu, ki je predpisan v liturgičnih knjigah; morajo pa se uporabljati samo za bogočastje, ne pa za kakršnokoli domačo rabo.

Tretje poglavje BOŽJEPOTNA SVETIŠČA

Kan. 1230 — Božjepotno svetišče se imenuje cerkev ali drug svet kraj, kamor zaradi posebne pobožnosti z odobritvijo krajevnega ordinarija romajo številni verniki.

Kan. 1231 — Da se božjepotno svetišče lahko imenuje narodno, mora to potrditi škofovsko konferenco; da se lahko imenuje mednarodno, je potrebna potrditev svetega sedeža.

Kan. 1232 — § 1. Krajevni ordinarij je pristojen za potrditev statuta škofijskoga božjepotnega svetišča; škofovsko konferenco za statut narodnega božjepotnega svetišča; samo sveti sedež pa za statut mednarodnega božjepotnega svetišča.

§ 2. V statutu naj se določi zlasti namen, oblast predstojnika, posest in uprava premoženja.

Kan. 1233 — Božjepotnim svetiščem se lahko podelijo privileiji, kadar se zdi, da to svetujejo krajevne razmere, veliko število romarjev in zlasti blagor vernikov.

Kan. 1234 — § 1. V božjepotnih svetiščih naj se vernikom obilje oskrbijo sredstva odrešenja, ko se skrbno oznanja božja beseda, primerno goji liturgično življenje zlasti z obhajanjem evharistije in svete pokore, in negujejo odobrene oblike ljudske pobožnosti.

§ 2. Znamenite zaobljubljene dragocenosti ljudske umetnosti in pobožnosti v božjepotnih svetiščih ali v njim pridruženih prostorih naj se hranijo in varno čuvajo.

Četrto poglavje OLTARJI

Kan. 1235 — § 1. Oltar ali miza, na kateri se obhaja evharistična daritev, je *nepremičen*, če je postavljen tako, da je trdno povezan s tlemi in ga zato ni mogoče premikati; *premičen* pa je, če ga lahko premikamo.

§ 2. Primerno je, da ima vsaka cerkev nepremičen oltar; drugi za sveta opravila določeni kraji pa nepremičen ali premičen oltar.

Can. 1236 — § 1. Iuxta traditum Ecclesiae morem mensa altaris fixi sit lapidea, et quidem ex unico lapide naturali; attamen etiam alia materia digna et solida, de iudicio Episcoporum conferentiae, adhiberi potest. Stipites vero seu basis ex qualibet materia confici possunt.

§ 2. Altare mobile ex qualibet materia solida, usui liturgico congruenti, extrui potest.

Can. 1237 — § 1. Altaria fixa dedicanda sunt, mobilia vero dedicanda aut benedicenda, iuxta ritus in liturgicis libris praescriptos.

§ 2. Antiqua traditio Martyrum aliorumve Sanctorum reliquias sub altari fixo condendi servetur, iuxta normas in libris liturgicis traditas.

Can. 1238 — § 1. Altare dedicationem vel benedictionem amittit ad normam can. 1212.

§ 2. Per reductionem ecclesiae vel alias loci sacri ad usus profanos, altaria sive fixa sive mobilia non amittunt dedicationem vel benedictionem.

Can. 1239 — § 1. Altare tum fixum tum mobile divino dumtaxat cultui reservandum est, quolibet profano usu prorsus excluso.

§ 2. Subtus altare nullum sit reconditum cadaver; secus Missam super illud celebrare non licet.

Caput V DE COEMETERIIS

Can. 1240 — § 1. Coemeteria Ecclesiae propria, ubi fieri potest, habeantur, vel saltem spatia in coemeteriis civilibus fidelibus defunctis destinata, rite benedicenda.

§ 2. Si vero hoc obtineri nequeat, toties quoties singuli tumuli rite benedicantur.

Can. 1241 — § 1. Paroeciae et instituta religiosa coemeterium proprium habere possunt.

§ 2. Etiam aliae personae iuridicae vel familiae habere possunt peculiare coemeterium seu sepulcrum, de iudicio Ordinarii loci benedicendum.

Can. 1242 — In ecclesiis cadavera ne sepeliantur, nisi agatur de Romano Pontifice aut Cardinalibus vel Episcopis dioecesanis etiam emeritis in propria ecclesia sepeliendis.

Kan. 1236 — § 1. Po izročenem običaju Cerkve naj bo miza nepremičnega oltarja iz kamna, in to iz enega kosa naravnega kamna; po presoji škofovsko konference pa se vendar lahko uporablja tudi druga primerna in trdna snov. Noga ali podstavek pa je lahko narejen iz katerekoli snovi.

§ 2. Premičen oltar je lahko narejen iz katerekoli trdne snovi, ki je primerna za bogoslužno rabo.

Kan. 1237 — § 1. Nepremične oltarje je treba posvetiti, premične pa posvetiti ali blagosloviti po obredih, ki so predpisani v liturgičnih knjigah.

§ 2. Prastari običaj, da položimo pod nepremični oltar relikvije mučencev ali drugih svetnikov, naj se ohrani v skladu z določbami v liturgičnih knjigah.

Kan. 1238 — § 1. Oltar neha biti posvečen ali blagoslovljen po določbi kan. 1212.

§ 2. Ako se cerkev ali drug svet kraj izroči za svetno rabo, nepremični in premični oltarji ne nehajo biti posvečeni ali blagoslovjeni.

Kan. 1239 — § 1. Nepremični in premični oltar je namenjen samo bogočastju, ko je vsaka svetna raba popolnoma prepovedana.

§ 2. Pod oltarjem ne sme biti pokopano nobeno truplo, sicer se na oltarju maša ne sme opravljati.

Peto poglavje POKOPALIŠČA

Kan. 1240 — § 1. Kjer je mogoče, naj ima Cerkev lastna pokopalnišča ali vsaj na civilnih pokopalniščih prostore, določene za rajne vernike, oboje pa je treba pravilno blagosloviti.

§ 2. Kjer tega ni mogoče doseči, je treba vsak grob sproti pravilno blagosloviti.

Kan. 1241 — § 1. Župnije in redovne ustanove imajo lahko lastno pokopalnišče.

§ 2. Tudi druge pravne osebe ali družine imajo lahko posebno pokopalnišče ali grob, ki se blagoslovi po presoji krajevnega ordinarija.

Kan. 1242 — V cerkvah naj se trupla ne pokopavajo, razen če gre za papeža, kardinale in krajevne, tudi upokojene, škofe, ki naj se pokopljejo v lastni cerkvi.

Can. 1243 — Opportunae normae de disciplina in coemeteriis servanda, praesertim ad eorum indolem sacram tuendam et fovendam quod attinet, iure particulari statuantur.

Titulus II DE TEMPORIBUS SACRIS

Can. 1244 — § 1. Dies festos itemque dies paenitentiae, universae Ecclesiae communes, constituere, transferre, abolere, unius est supremae ecclesiasticae auctoritatis, firmo praescripto can. 1246, § 2.

§ 2. Episcopi dioecesani peculiares suis dioecesibus seu locis dies festos aut dies paenitentiae possunt, per modum tantum actus, indicere.

Can. 1245 — Firmo iure Episcoporum dioecesanorum de quo in can. 87, parochus, iusta de causa et secundum Episcopi dioecesani praescripta, singulis in casibus concedere potest dispensationem ab obligatione servandi diem festum vel diem paenitentiae aut commutationem eiusdem in alia pia opera; idque potest etiam Superior instituti religiosi aut societatis vitae apostolicae, si sint clericalia iuris pontificii, quoad proprios subditos aliquosque in domo diu noctuque degentes.

Caput I DE DIEBUS FESTIS

Can. 1246 — § 1. Dies dominica in qua mysterium paschale celebratur, ex apostolica traditione, in universa Ecclesia uti primordialis dies festus de praecepto servanda est. Itemque servari debent dies Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, Epiphaniae, Ascensionis et sanctissimi Corporis et Sanguinis Christi, Sanctae Dei Genitricis Mariae, eiusdem Immaculatae Conceptionis et Assumptionis, sancti Joseph, sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, omnium denique Sanctorum.

§ 2. Episcoporum conferentia tamen potest, praevia Apostolicae Sedis approbatione, quosdam ex diebus festis da praecepto abolere vel ad diem dominicam transferre.

Can. 1247 — Die dominica aliisque diebus festis de praecepto fi- deles obligatione tenentur Missam participandi; abstineant insuper ab illis operibus et negotiis quae cultum Deo reddendum, laetitiam

Kan. 1243 — Primerne določbe o redu, po katerem se je treba ravnati na pokopališčih, zlasti glede varovanja in ohranjanja njihovega svetega značaja, naj se določijo v območnem pravu.

Drugi naslov SVETI ČASI

Kan. 1244 — § 1. Samo vrhovna cerkvena oblast ima pravico uvajati, prestavljati in odpravljati praznike in prav tako spokorne dneve, ki so vsej Cerkvi skupni, velja pa predpis kan. 1246, § 2.

§ 2. Krajevni škofje morejo v svojih škofijah ali krajih le v posameznem primeru predpisati izredne praznike in spokorne dneve.

Kan. 1245 — Ob neokrnjeni pravici krajevnih škofov, o čemer govori kan. 87, župnik iz upravičenega razloga in po predpisih krajevnega škofa lahko da v posameznih primerih spregled obveznosti praznovanja praznika ali spokornega dneva ali pa ju zamenja za druga dobra dela; isto more tudi predstojnik redovne ustanove ali družbe apostolskega življenja, če sta kleriški papeškopravni, za lastne podrejene in za druge, ki stalno prebivajo v hiši.

Prvo poglavje PRAZNIKI

Kan. 1246 — § 1. Nedeljo, na katero se obhaja velikonočna skrivnost, je treba po apostolskem izročilu v celotni Cerkvi praznovati kot glavni zapovedani praznični dan. Prav tako je treba praznovati dan rojstva našega Gospoda Jezusa Kristusa, razglasenja, vnebohoda, sv. Rešnjega telesa in sv. Rešnje krvi, Marije, svete božje matere, njenega brezmadežnega spočetja in vnebovzetja, sv. Jožefa, svetih apostolov Petra in Pavla in vseh svetih.

§ 2. Škofovska konferenca pa sme po predhodni odobritvi apostolskega sedeža odpraviti nekatere izmed zapovedanih praznikov ali jih prenesti na nedeljo.

Kan. 1247 — V nedeljo in na druge zapovedane praznike so verniki dolžni udeležiti se maše; vzdržijo pa naj se poleg tega tistih

diei Domini propriam, aut debitam mentis ac corporis relaxationem impedian.

Can. 1248 — § 1. Praecepto de Missa participanda satisfacit qui Missae assistit ubicumque celebratur ritu catholico vel ipso die festo vel vespere diei praecedentis.

§ 2. Si deficiente ministro sacro aliave gravi de causa participatio eucharisticae celebrationis impossibilis evadat, valde commendatur ut fideles in liturgia Verbi, si quae sit in ecclesia paroeciali aliove sacro loco, iuxta Episcopi dioecesani praescripta celebrata, partem habeant, aut orationi per debitum tempus personaliter aut in familia vel pro opportunitate in familiarum coetibus vacent.

Caput II DE DIEBUS PAENITENTIAE

Can. 1249 — Omnes christifideles, suo quisque modo, paenitentiam agere ex lege divina tenentur; ut vero cuncti communi quadam paenitentiae observatione inter se coniungantur, dies paenitentiales praescribuntur, in quibus christifideles speciali modo orationi vacent, opera pietatis et caritatis exerceant, se ipsos abnegent, proprias obligationes fidelius adimplendo et praesertim ieunium et abstinentiam, ad normam canonum qui sequuntur, observando.

Can. 1250 — Dies et tempora paenitentialia in universa Ecclesia sunt singulae feriae sextae totius anni et tempus quadragesimae.

Can. 1251 — Abstinentia a carnis comeditione vel ab alio cibo iuxta conferentiae Episcoporum praescripta, servetur singulis anni sextis feriis, nisi cum aliquo die inter sollemnitates recensito occurrant; abstinentia vero et ieunium, feria quarta Cinerum et feria sexta in Passione et Morte Domini Nostri Iesu Christi.

Can. 1252 — Lege abstinentiae tenentur qui decimum quartum aetatis annum expleverint; lege vero ieunii adstringuntur omnes aetate maiores usque ad annum incepsum sexagesimum. Current tamen animarum pastores et parentes ut etiam ii qui, ratione minoris aetatis ad legem ieunii et abstinentiae non tenentur, ad genuinum paenitentiae sensum informentur.

Can. 1253 — Episcoporum conferentia potest pressius determinare observantiam ieunii et abstinentiae, necnon alias formas paenitentiae, praesertim opera caritatis ex exercitationes pietatis, ex toto vel ex parte pro abstinentia et ieunio substituere.

del in opravil, ki ovirajo dolžno bogočastje, veselje, ki je lastno Gospodovemu dnevu, in potreben duševni in telesni počitek.

Kan. 1248 — § 1. Zapovedi, udeležiti se maše, zadosti, kdor je navzoč pri maši, ki se opravi kjerkoli po katoliškem obredu na sam praznični dan ali zvečer prejšnjega dne.

§ 2. Kadar je udeležba pri evharističnem opravilu nemogoča, ker ni posvečenega služabnika ali zaradi drugega tehtnega razloga, se zelo priporoča, da se verniki udeležijo opravila božje besede, če se obhaja v župnijski cerkvi ali na drugem svetem kraju po predpisih krajevnega škofa, ali pa nekaj časa posvetijo molitvi osebno ali v družini, ali, če je priložnost, v skupinah družin.

Drugo poglavje SPOKORNI DNEVI

Can. 1249 — Vsi verniki so vsak na svoj način po božjem pravu dolžni delati pokoro; da bi pa vse med seboj povezovalo vsaj kako skupno opravljanje pokore, se zapovedujejo spokorni dnevi, ko se verniki na poseben način posvečajo molitvi, opravljajo dela pobožnosti in krščanske dobrodelnosti, se premagujejo, zvesteje spolnjujejo svoje dolžnosti in se zlasti držijo posta in zdržka po določbi naslednjih kanonov.

Can. 1250 — Spokorni dnevi in časi za vso Cerkev so vsi petki v vsem letu in postni čas.

Can. 1251 — Zdržek od mesnih ali drugih jedi v skladu s predpisi škofovskie konference naj se ohranja vse petke v letu, razen če je kdaj ta dan slovesni praznik; zdržek in post pa na pepelnico in veliki petek.

Can. 1252 — Postava o zdržku veže vse, ki so spolnili štirinajsto leto; postava o postu pa zavezuje vse polnoletne [nad osemnajst let] do začetega šestdesetega leta. Pastoralni delavci in starši pa naj poskrbijo, da se bodo tudi tisti, ki jih zaradi premajhne starosti še ne veže postava o postu in zdržku, poučili o pravem pomenu spokornosti.

Can. 1253 — Škofovská konferencia lahko natančneje določi postavo o postu in zdržku ter zdržek in post v celoti ali deloma nadomesti tudi z drugimi oblikami spokornosti, zlasti z deli krščanske dobrodelnosti in pobožnimi vajami.

Liber V

DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

Can. 1254 — § 1. Ecclesia catholica bona temporalia iure nativo, independenter a civili potestate, acquirere, retinere, administrare et alienare valet ad fines sibi proprios prosequendos.

§ 2. Fines vero proprii praecipue sunt: cultus divinus ordinandus, honesta cleri aliorumque ministrorum sustentatio procuranda, opera sacri apostolatus et caritatis, praesertim erga egenos, exercenda.

Can. 1255 — Ecclesia universa atque Apostolica Sedes, Ecclesiae particulares necnon alia quaevis persona iuridica, sive publica sive privata, subiecta sunt capacia bona temporalia acquirendi, retinendi, administrandi et alienandi ad normam iuris.

Can. 1256 — Dominium bonorum, sub suprema auctoritate Romani Pontificis, ad eam pertinet iuridicam personam, quae eadem bona legitime acquisiverit.

Can. 1257 — § 1. Bona temporalia omnia quae ad Ecclesiam universam, Apostolicam Sedem aliasve in Ecclesia personas iuridicas publicas pertinent, sunt bona ecclesiastica et reguntur canonibus qui sequuntur, necnon propriis statutis.

§ 2. Bona temporalia personae iuridicae privatae reguntur propriis statutis, non autem hisce canonibus, nisi expresse aliud caveatur.

Can. 1258 — In canonibus qui sequuntur nomine Ecclesiae significatur non solum Ecclesia universa aut Sedes Apostolica, sed etiam quaelibet persona iuridica publica in Ecclesia, nisi ex contextu sermonis vel ex natura rei aliud appareat.

Titulus I

DE ACQUISITIONE BONORUM

Can. 1259 — Ecclesia acquirere bona temporalia potest omnibus iustis modis iuris sive naturalis sive positivi, quibus aliis licet.

Can. 1260 — Ecclesiae nativum ius est exigendi a christifidelibus, quae ad fines sibi proprios sint necessaria.

Can. 1261 — § 1. Integrum est christifidelibus bona temporalia in favorem Ecclesiae conferre.

Peta knjiga

CERKVENO PREMOŽENJE

Kan. 1254 — § 1. Katoliška Cerkev ima neodvisno od državne oblasti naravno pravico pridobivati, imeti, upravljati in odtujevati premoženje za namene, ki so ji lastni.

§ 2. Nameni, ki so ji lastni, pa so predvsem: opravljanje božje službe, dostojno vzdrževanje klerikov in drugih služabnikov, opravljanje del svetega apostolata in krščanske dobrodelnosti, predvsem do ubogih.

Kan. 1255 — Vesoljna Cerkev in apostolski sedež, delne Cerkve in katerakoli druga javna ali zasebna pravna oseba so po pravni določbi sposobni pridobivati, imeti, upravljati in odtujevati premoženje.

Kan. 1256 — Lastninsko pravico na premoženju ima pod vrhovno oblastjo rimskega papeža pravna oseba, ki si je premoženje zakonito pridobila.

Kan. 1257 — § 1. Vse premoženje, ki pripada vesoljni Cerkvi, apostolskemu sedežu ali drugim javnim pravnim osebam v Cerkvi, sestavlja cerkveno premoženje; zanj veljajo naslednji kanoni in tudi lasten statut.

§ 2. Za premoženje zasebne pravne osebe velja lasten statut, ne pa ti kanoni, razen če je izrečeno določeno kaj drugega.

Kan. 1258 — V naslednjih kanonih pomeni beseda Cerkev, če ni iz besedne zveze ali iz narave stvari razvidno kaj drugega, ne samo vesoljno Cerkev ali apostolski sedež, temveč tudi katerokoli javno pravno osebo v Cerkvi.

Prvi naslov

PRIDOBIVANJE PREMOŽENJA

Kan. 1259 — Cerkev more premoženje pridobivati na vse pravne načine naravnega ali pozitivnega prava, kakor smejo to drugi.

Kan. 1260 — Cerkev ima po naravi pravico zahtevati od vernikov, kar potrebuje za namene, ki so ji lastni.

Kan. 1261 — § 1. Verniki imajo neokrnjeno pravico darovati premoženje v korist Cerkve.

§ 2. Episcopus dioecesanus fideles de obligatione, de qua in can. 222, § 1, monere tenetur et opportuno modo eam urgere.

Can. 1262 — Fideles subsidia Ecclesiae conferant per subventiones rogatas et iuxta normas ab Episcoporum conferentia lata.

Can. 1263 — Ius est Episcopo dioecesano, auditis consilio a rebus oeconomicis et consilio presbyterali, pro dioecesis necessitatibus, personis iuridicis publicis suo regimini subiectis moderatum tributum, earum redditibus proportionatum, imponendi; ceteris personis physicis et iuridicis ipsi licet tantum, in casu gravis necessitatis et sub iisdem condicionibus, extraordinariam et moderatam exactionem imponere, salvis legibus et consuetudinibus particularibus quae eidem potiora iura tribuant.

Can. 1264 — Nisi aliud iure caustum sit, conventus Episcoporum provinciae est:

1^o praefinire taxas pro actibus potestatis executivae gratiosae vel pro executione rescriptorum Sedis Apostolicae, ab ipsa Sede Apostolica approbandas;

2^o definire oblationes occasione ministracionis sacramentorum et sacramentalium.

Can. 1265 — § 1. Salvo iure religiosorum mendicantium, vetatur persona quaevi privata, sive physica sive iuridica, sine proprii Ordinarii et Ordinarii loci licentia, in scriptis data, stipem cogere pro quolibet pio aut ecclesiastico instituto vel fine.

§ 2. Episcoporum conferentia potest normas de stipe quaeritanda statuere, quae ab omnibus servari debent, iis non exclusis, qui ex institutione mendicantes vocantur et sunt.

Can. 1266 — In omnibus ecclesiis et oratoriis, etiam ad instituta religiosa pertinentibus, quae de facto habitualiter christifidelibus patent, Ordinarius loci praecipere potest ut specialis stips colligatur pro determinatis inceptis paroocialibus, diocesanis, nationalibus vel universalibus, ad curiam dioecesanam postea sedulomittenda.

Can. 1267 — § 1. Nisi contrarium constet, oblationes quae fiunt Superioribus vel administratoribus cuiusvis personae iuridicæ ecclesiasticae, etiam privatae, praesumuntur ipsi personae iuridicæ factae.

§ 2. Oblationes, de quibus in § 1, repudiari nequeunt nisi iusta de causa et, in rebus maioris momenti, de licentia Ordinarii, si agitur de persona iuridica publica; eiusdem Ordinarii licentia requiritur ut acceptentur quae onere modali vel condicione gravantur, firmo praescripto can. 1295.

§ 2. Krajevni škof mora vernike opozarjati na dolžnost, ki jo omenja kan. 222, § 1, in to na primeren način zahtevati.

Kan. 1262 — Verniki naj podpirajo Cerkev s prispevki, za katere so naprošeni, in po določbah, ki jih je izdala škofovskva konferenca.

Kan. 1263 — Krajevni škof ima glede na potrebe škofije, potem ko se je posvetoval z gospodarskim in duhovniškim svetom, pravico naložiti javnim pravnim osebam, ki so pod njegovo oblastjo, zmeren, njihovim dohodkom ustrezen davek; drugim fizičnim in pravnim osebam pa sme samo v veliki sili in pod istimi pogoji naložiti izredno in zmereno dajatev, veljajo pa območni zakoni in običaji, ki mu dajejo večje pravice.

Kan. 1264 — Če ni pravno predvideno kaj drugega, pripada zborovanju škofov cerkvene pokrajine:

1. določati pristojbine za dejanja upravne oblasti, ki daje kakšno ugodnost, ali za izvršitev reskriptov apostolskega sedeža, ki jih mora apostolski sedež potrditi;

2. določati darove pri podeljevanju zakramentov in zakramentalov.

Kan. 1265 — § 1. Sleherni zasebni fizični ali pravni osebi je brez pismenega dovoljenja lastnega in krajevnega ordinarija prepovedano pobirati miločino za kakršnokoli pobožno ali cerkveno ustanovo ali namen, ostane pa neprizadeta pravica beraških redov.

§ 2. Škofovskva konferenca lahko glede pobiranja miločine izda določbe, ki se morajo po njih ravnati vsi, tudi tisti, ki se po ustanovitvi imenujejo in so beraški redovi.

Kan. 1266 — Krajevni ordinarij lahko zapove, da se v vseh cerkvah in kapelah, tudi v tistih, ki pripadajo redovnim ustanovam in so dejansko redno odprte vernikom, nabirajo posebni darovi za določene župnijske, škofijiske, narodne ali vesoljne namene, ki jih je treba potem skrbno oddati škofijski kuriji.

Kan. 1267 — § 1. Če nasprotno ni razvidno, se domneva, da so darovi, izročeni predstojnikom ali upraviteljem katerekoli, tudi zasebne cerkvene pravne osebe, namenjeni sami pravni osebi.

§ 2. Darov, o katerih govorji § 1, ni dovoljeno zavrniti razen iz upravičenega razloga in v pomembnejših stvareh z ordinarijevim dovoljenjem, če gre za javno pravno osebo; dovoljenje istega ordinarija se zahteva za sprejem darov, ki so povezani z določenim bremenom v načinu ali pogoju, velja pa predpis kan. 1295.

§ 3. Oblationes a fidelibus ad certum finem factae, nonnisi ad eundem finem destinari possunt.

Can. 1268 — Praescriptionem, tamquam acquirendi et se liberandi modum, Ecclesia pro bonis temporalibus recipit, ad normam cann. 197-199.

Can. 1269 — Res sacrae, si in dominio privatorum sunt, praecriptione acquiri a privatis personis possunt, sed eas adhibere ad usus profanos non licet, nisi dedicationem vel benedictionem amiserint; si vero ad personam iuridicam ecclesiasticam publicam pertinent, tantum ab alia persona iuridica ecclesiastica publica acquiri possunt.

Can. 1270 — Res immobiles, mobiles pretiosae, iura et actiones sive personales sive reales, quae pertinent ad Sedem Apostolicam, spatio centum annorum praescribuntur; quae ad aliam personam iuridicam publicam ecclesiasticam pertinent, spatio triginta annorum.

Can. 1271 — Episcopi, ratione vinculi unitatis et caritatis, pro suaec dioecesis facultatibus, conferant ad media procuranda, quibus Sedes Apostolica secundum temporum condiciones indiget, ut servitium erga Ecclesiam universam rite praestare valeat.

Can. 1272 — In regionibus ubi beneficia proprie dicta adhuc exsistunt, Episcoporum conferentiae est, opportunis normis cum Apostolica Sede concordatis et ab ea approbatis, huiusmodi beneficiorum regimen moderari, ita ut redditus, immo quatenus possibile sit ipsa dos beneficiorum ad institutum, de quo in can. 1274, § 1, paulatim deferatur.

Titulus II

DE ADMINISTRATIONE BONORUM

Can. 1273 — Romanus Pontifex, vi primatus regiminis, est omnium bonorum ecclesiasticorum supremus administrator et dispensator.

Can. 1274 — § 1. Habeatur in singulis dioecesibus speciale institutum, quod bona vel oblationes colligat eum in finem ut sustentationi clericorum, qui in favorem dioecesis servitium praestant, ad normam can. 281 provideatur, nisi aliter eisdem provisum sit.

§ 2. Ubi praevidentia socialis in favorem cleri nondum apte ordinata est, curet Episcoporum conferentia ut habeatur institutum, quo securitati sociali clericorum satis provideatur.

§ 3. Darove, ki jih verniki dajo v določen namen, je mogoče nameniti samo v ta namen.

Kan. 1268 — Zastaranje kot način v premoženskih zadevah kaj pridobiti ali se česa znebiti, sprejema Cerkev, kakor je določeno v kan. 197-199.

Kan. 1269 — Če so svete stvari v zasebni lasti, jih morejo zasebniki pridobiti z zastaranjem, vendar jih ni dovoljeno uporabljati za svetne namene, razen če so izgubile posovetitev ali blagoslov, če pa pripadajo javni cerkveni pravni osebi, jih lahko pridobi samo druga javna cerkvena pravna oseba.

Kan. 1270 — Nepremičnine, dragocene premičnine, pravice in osebne ali stvarne tožbe, ki pripadajo apostolskemu sedežu, zastarajo v sto letih; kar pripada kaki drugi javni cerkveni pravni osebi, zastara v tridesetih letih.

Kan. 1271 — Zaradi vezi edinstvi in ljubezni naj škofje po zmožnostih svoje škofije prispevajo k sredstvom, ki jih glede na časovne razmere potrebuje apostolski sedež, da more prav opravljati svoje služenje vesoljni Cerkvi.

Kan. 1272 — V deželah, kjer so še nadarbine v pravem pomenu, mora škofovskva konferenca s primernimi določbami, ki jih uskladi z apostolskem sedežem, ta pa potrdi, urediti upravljanje takih nadarbin tako, da se bodo dohodki, kolikor pa je mogoče, celo sama nadarbinska osnova polagoma prenesli na ustanovo, o kateri govori kan. 1274, § 1.

Drugi naslov UPRAVA PREMOŽENJA

Can. 1273 — Rimski papež je po prvenstvu vodstva vrhovni upravitelj in oskrbnik vsega cerkvenega premoženja.

Kan. 1274 — § 1. V posameznih škofijah naj bo posebna ustanova, ki zbira premoženje ali darove, da bo tako po določbi kan. 281 poskrbljeno za vzdrževanje klerikov, ki opravljajo službo v korist škofije, če ni zanje poskrbljeno drugače.

§ 2. Kjer socialna varnost klerikov še ni primerno urejena, naj škofovskva konferenca poskrbi za ustanovo, s katero bo zadostno poskrbljeno za socialno varnost klerikov.

§ 3. In singulis dioecesibus constituatur, quatenus opus sit, massa communis qua valeant Episcopi obligationibus erga alias personas Ecclesiae deservientes satisfacere variisque dioecesis necessitatibus occurtere, quaque etiam dioeceses divitiores possint pauperioribus subvenire.

§ 4. Pro diversis locorum adiunctis, fines de quibus in §§ 2 et 3 aptius obtineri possunt per instituta dioecesana inter se foederata, vel per cooperationem aut etiam per convenientem consociationem pro variis dioecesibus, immo et pro toto territorio ipsius Episcoporum conferentiae constitutam.

§ 5. Haec instituta, si fieri possit, ita constituenda sunt, ut efficaciam quoque in iure civili obtineant.

Can. 1275 — Massa bonorum ex diversis dioecesibus provenientium administratur secundum normas ab Episcopis, quorum interest, opportune concordatas.

Can. 1276 — § 1. Ordinarii est sedulo advigilare administrationi omnium bonorum, quae ad personas iuridicas publicas sibi subiectas pertinent, salvis legitimis titulis quibus eidem Ordinario potiora iura tribuantur.

§ 2. Habita ratione iurum, legitimarum consuetudinum et circumstantiarum, Ordinarii, editis peculiaribus instructionibus intra fines iuris universalis et particularis, universum administrationis bonorum ecclesiasticorum negotium ordinandum current.

Can. 1277 — Episcopus dioecesanus quod attinet ad actus administrationis ponendos, qui, attento statu oeconomico dioecesis, sunt maioris momenti, consilium a rebus oeconomicis et collegium consultantum audire debet; eiusdem tamen consilii atque etiam collegii consultantum consensu eget, praeterquam in casibus iure universalis vel tabulis fundationis specialiter expressis, ad ponendos actus extraordinariae administrationis. Conferentiae autem Episcoporum est definire quinam actus habendi sint extraordinariae administrationis.

Can. 1278 — Praeter munera de quibus in can. 494, §§ 3 et 4, oecono committi possunt ab Episcopo dioecesano munera de quibus in cann. 1276, § 1 et 1279, § 2.

Can. 1279 — § 1. Administratio bonorum ecclesiasticorum ei competit, qui immediate regit personam ad quam eadem bona pertinent, nisi aliud ferant ius particulare, statuta aut legitima consuetudo, et salvo iure Ordinarii interveniendi in casu neglegentiae administratoris.

§ 2. In administratione bonorum personae iuridicae publicae, quae ex iure vel tabulis fundationis aut propriis statutis suos non

§ 3. V posameznih škofijah naj se, kolikor je to potrebno, ustanovi skupen sklad, iz katerega morejo škofje poravnavati svoje obveznosti do drugih oseb, ki so v službi Cerkve, in zadostiti različnim potrebam škofije, in bi iz njega tudi bogatejše škofije mogle pomagati revnejšim.

§ 4. Glede na različne krajevne razmere je mogoče namene, o katerih govorita §§ 2 in 3, ustrezenje doseči z med seboj povezanimi škofijskimi ustanovami ali v sodelovanju ali tudi z ustreznim združenjem, ki se ustanovi za različne škofije in celo za celotno ozemlje škofovskie konference.

§ 5. Če je mogoče, je treba te ustanove tako urediti, da bodo priznane tudi po civilnem pravu.

Kan. 1275 — Skupni sklad, ki se steka iz različnih škofij, se upravlja po primerno usklajenih določbah škofov tistih škofij.

Kan. 1276 — § 1. Ordinarij mora skrbno bedeti nad upravo vsega premoženja njemu podrejenih javnih pravnih oseb, veljajo pa zakoniti naslovi, ki mu dajejo še večje pravice.

§ 2. Ordinariji naj, upoštevajoč pravna določila, zakonite običaje in okolišine, v mejah splošnega in območnega prava izdajajo posebna navodila o celotnem upravljanju cerkvenega premoženja.

Kan. 1277 — Krajevni škof se mora pri upravnih poslih, ki so za gospodarsko stanje škofije važnejši, posvetovati z gospodarskim svetom in zborom svetovalcev; privolitev gospodarskega sveta in tudi zбора svetovalcev pa poleg primerov, ki so v splošnem pravu ali ustanovni listini posebej našteti, potrebuje le pri poslih izredne uprave. Škofovská konferencia pa mora določiti, katere posle je treba imeti za posle izredne uprave.

Kan. 1278 — Razen dolžnosti, o katerih govoriti kan. 494, §§ 3 in 4, more krajevni škof zaupati ekonomu naloge, o katerih govorita kan. 1276, § 1 in 1279, § 2.

Kan. 1279 — § 1. Cerkveno premoženje mora upravljati tisti, ki neposredno vodi osebo, kateri to premoženje pripada, razen če območno pravo, statut ali zakoniti običaji določajo kaj drugega; velja pa ordinarijeva pravica, da v primeru upraviteljeve malomarnosti posreduje.

§ 2. Za upravo premoženja javne pravne osebe, ki po pravu ali ustanovni listini ali svojem statutu nima svojih upraviteljev, naj

habeat administratores, Ordinarius, cui eadem subiecta est, personas idoneas ad triennium assumat; eadem ab Ordinario iterum nominari possunt.

Can. 1280 — Quaevis persona iuridica suum habeat consilium a rebus oeconomicis vel saltem duos consiliarios, qui administratorem, ad normam statutorum, in munere adimplendo adiuvent.

Can. 1281 — § 1. Firmis statutorum praescriptis, administratores invalide ponunt actus qui fines modum ordinariae administrationis excedunt, nisi prius ab Ordinario facultatem scripto datam obtinuerint.

§ 2. In statutis definiantur actus qui finem et modum ordinariae administrationis excedunt; si vero de hac re sileant statuta, competit Episcopo dioecesano, auditio consilio a rebus oeconomicis, huiusmodi actus pro personis sibi subiectis determinare.

§ 3. Nisi quando et quatenus in rem suam versum sit, persona iuridica non tenetur respondere de actibus ab administratoribus invalide positis de actibus autem ab administratoribus illegitime sed valide positis respondebit ipsa persona iuridica, salva eius actione seu recursu adversus administratores qui damna eidem intulerint.

Can. 1282 — Omnes, sive clerici sive laici, qui legitimo titulo partes habent in administratione bonorum ecclesiasticorum, munera sua adimplere tenentur nomine Ecclesiae, ad normam iuris.

Can. 1283 — Antequam administratores suum munus ineant:

1^o debent se bene et fideliter administraturos coram Ordinario vel eius delegato iureiurando spondere;

2^o accuratum ac distinctum inventarium, ab ipsis subscribendum, rerum immobilium, rerum mobilium sive pretiosarum sive utcumque ad bona culturalia pertinentium aliarumve cum descriptione atque aestimatione earundem redigatur, redactumque recognoscatur;

3^o huius inventarii alterum exemplar conservetur in tabulario administrationis, alterum in archivo curiae; et in utroque quaelibet immutatio adnotetur, quam patrimonium subire contingat.

Can. 1284 — § 1. Omnes administratores diligentia boni patris-familias suum munus implere tenentur.

§ 2. Exinde debent:

1^o vigilare ne bona sua curae concredita quoquo modo pereant aut detrimentum capiant, initis in hunc finem, quatenus opus sit, contractibus assecurationis;

2^o curare ut proprietas bonorum ecclesiasticorum modis civiliter validis in tuto ponatur;

ordinarij, ki mu je ta podrejena, privzame sposobne osebe za dobo treh let; te osebe lahko ordinarij še enkrat imenuje.

Kan. 1280 — Vsaka pravna oseba naj ima svoj gospodarski svet ali vsaj dva svetovalca, ki po določbi statuta upravitelju pomagata pri njegovi službi.

Kan. 1281 — § 1. Dejanja, pri katerih upravitelji presežejo mejo in način redne uprave, so neveljavna, če le-ti niso prej dobili ordinarijevega pismenega dovoljenja; ostanejo pa v veljavi predpisi statuta.

§ 2. V statutih naj se opredelijo dejanja, ki presegajo mejo in način redne uprave; če pa v statutu ni ničesar o tej stvari, ima krajevni škof po posvetovanju z gospodarskim svetom pravico določiti tovrstna dejanja za osebe, ki so mu podrejene.

§ 3. Pravna oseba ni odgovorna za neveljavno storjena dejanja upraviteljev, razen kadar in kolikor je imela korist; za dejanja, ki so jih upravitelji nezakonito, a veljavno storili, odgovarja pravna oseba sama ob neokrnjeni pravici do tožbe ali pritožbe zoper upravitelje, ki so ji naredili škodo.

Kan. 1282 — Vsi, kleriki in laiki, ki imajo iz zakonitega naslova delež pri upravi cerkvenega premoženja, morajo svojo službo opravljati v imenu Cerkve, po določbi prava.

Kan. 1283 — Preden upravitelji nastopijo svojo službo:

1. morajo priseči pred ordinarijem ali njegovim pooblaščencem, da jo bodo dobro in vestno opravljali;

2. podpišejo natančno in podrobno sestavljen inventarni zapisnik o nepremičninah, o dragocenih ali kakorkoli h kulturni dediščini spadajočih premičninah in drugih predmetih z njihovim popisom in ocenitvijo, in sestavljenega preverijo;

3. en izvod tega zapisnika naj se hrani v arhivu uprave, drugi pa v arhivu kurije; vsaka poznejša sprememba na premoženju naj se vpiše v oba izvoda.

Kan. 1284 — § 1. Vsi upravitelji so dolžni svojo službo opravljati s skrbnostjo dobrega družinskega gospodarja.

§ 2. Zato morajo:

1. paziti, da premoženje, ki je zaupano njihovi skrbi, ne bo kako propadlo ali trpelo škode, in v ta namen, kolikor je potrebno, skleniti zavarovalne pogodbe;

2. skrbeti, da bo lastnina cerkvenega premoženja po civilnih pravnih predpisih varna;

3^o praescripta servare iuris tam canonici quam civilis, aut quae a fundatore vel donatore vel legitima auctoritate imposita sint, ac praesertim cavere ne ex legum civilium inobsvantia damnum Ecclesiae obveniat;

4^o redditus bonorum ac proventus accurate et iusto tempore exigere exactosque tuto servare et secundum fundatoris mentem aut legitimas normas impendere;

5^o foenus vel mutui vel hypothecae causa solvendum, statuto tempore solvere, ipsamque debiti summam capitalem opportune reddendam curare;

6^o pecuniam, quae de expensis supersit et utiliter collocari possit, de consensu Ordinarii in fines personae iuridicae occupare;

7^o accepti et expensi libros bene ordinatos habere;

8^o rationem administrationis singulis exeuntibus annis componere;

9^o documenta et instrumenta, quibus Ecclesiae aut instituti iura in bona nituntur, rite ordinare et in archivo convenienti et apto custodire; authentica vero eorum exemplaria, ubi commode fieri potest, in archivo curiae deponere.

§ 3. Provisiones accepti et expensi, ut ab administratoribus quotannis componantur, enixe commendatur; iuri autem particulari relinquitur eas praecipere et pressius determinare modos quibus exhibenda sint.

Can. 1285 — Intra limites dumtaxat ordinariae administrationis fas est administratoribus de bonis mobilibus, quae ad patrimonium stabile non pertinent, donationes ad fines pietatis aut christiana caritatis facere.

Can. 1286 — Administratores bonorum:

1^o in operarum locatione leges etiam civiles, quae ad laborem et vitam socialem attinent, adamussim servent, iuxta principia ab Ecclesia tradita;

2^o iis, qui operam ex condicto praestant, iustum et honestam mercedem tribuant, ita ut iidem suis et suorum necessitatibus convenienter providere valeant.

Can. 1287 — § 1. Reprobata contraria consuetudine, administratores tam clerici quam laici quorumvis bonorum ecclesiasticorum, quae ab Episcopi dioecesani potestate regiminis non sint legitime subducta, singulis annis officio tenentur rationes Ordinario loci exhibendi, qui eas consilio a rebus oeconomicis examinandas committat.

3. ravnati se po predpisih cerkvenega in civilnega prava in po tem, kar je odredil ustanovitelj ali darovalec ali zakonita oblast, in še posebej paziti, da ne bi zaradi neupoštevanja civilnih zakonov Cerkev utrpela škode;

4. dohodke in donose skrbno in pravočasno izterjevati, jih varno hraniti in uporabljati po ustanoviteljevem namenu ali zakonitih določbah;

5. obresti, ki se morajo izplačevati zaradi posojila ali zastavne pravice, v določenem času plačati in skrbeli, da bo tudi sama glavnica dolga pravočasno vrnjena;

6. gotovino, ki ostane po poravnanih stroških in bi jo bilo mogoče koristno uporabiti, z ordinarijevo privolitvijo naložiti za namene pravne osebe;

7. urejeno voditi knjige dohodkov in izdatkov;

8. ob koncu vsakega leta sestaviti obračun gospodarjenja;

9. imeti listine in dokazila, ki se iz njih izvajajo premoženske pravice Cerkve ali ustanove, vestno urejene in jih hraniti v primerenem in ustrezno opremljenem arhivu; njihove izvirnike pa shraniti v arhivu kurije, kjer je to mogoče.

§ 3. Zelo se priporoča, da upravitelji vsako leto sestavijo predračun dohodkov in izdatkov; območno pravo pa to lahko ukaže in natančneje določi način izvedbe.

Kan. 1285 — Od premičnin, ki ne spadajo k stalnemu premoženju, upravitelji lahko samo v mejah redne uprave kaj darujejo v počitne namene ali namene krščanske dobrodelnosti.

Kan. 1286 — Upravitelji premoženja:

1. naj pri oddajanju del natančno spolnjujejo tudi civilne zakone glede dela in socialnega življenja po načelih, ki jih uči Cerkev;

2. tistim, ki delajo po pogodbi, naj dajejo pravično in pošteno plačo, da bodo mogli ti primerno poskrbeti za svoje in svojih domačih potrebe.

Kan. 1287 — § 1. Tako kleriški kakor laiški upravitelji kakršnegakoli cerkvenega premoženja, ki ni zakonito odtegnjeno vodstveni oblasti krajevnega škofa, morajo po uradni dolžnosti vsako leto predložiti krajevnemu ordinariju obračun, ki ga le-ta izroči v pregled gospodarskemu svetu; vsak nasproten običaj je treba zavreči.

§ 2. De bonis, quae a fidelibus Ecclesiae offeruntur, administratores rationes fidelibus reddant iuxta normas iure particulari statuendas.

Can. 1288 — Administratores litem nomine personae iuridicae publicae ne inchoent neve contestentur in foro civili, nisi licentiam scripto datam Ordinarii proprii obtinuerint.

Can. 1289 — Quamvis ad administrationem non teneantur titulo officii ecclesiastici, administratores munus susceptum arbitratu suo dimittere nequeunt; quod si ex arbitraria dimissione damnum Ecclesiae obveniat, ad restitutionem tenentur.

Titulus III

DE CONTRACTIBUS AC PRAESERTIM DE ALIENATIONE

Can. 1290 — Quae ius civile in territorio statuit de contractibus tam in genere, quam in specie et de solutionibus, eadem iure canonico quoad res potestati regiminis Ecclesiae subiectas iisdem cum effectibus serventur, nisi iuri divino contraria sint aut aliud iure canonico caveatur, et firmo praescripto can. 1547.

Can. 1291 — Ad valide alienanda bona, quae personae iuridicae publicae ex legitima assignatione patrimonium stabile constituunt et quorum valor summam iure definitam excedit, requiritur licentia auctoritatis ad normam iuris competentis.

Can. 1292 — § 1. Salvo praescripto can. 638, § 3, cum valor bonorum, quorum alienatio proponitur, continetur intra summam minimam et summam maximam ab Episcoporum conferentia pro sua cuiusque regione definiendas, auctoritas competens, si agatur de personis iuridicis Episcopo dioecesano non subiectis, propriis determinatur statutis; secus, auctoritas competens est Episcopus dioecesanus cum consensu consilii a rebus oeconomicis et collegii consultorum necnon eorum quorum interest. Eorundem quoque consensu eget ipse Episcopus dioecesanus ad bona dioecesis alienanda.

§ 2. Si tamen agatur de rebus quarum valor summam maximam excedit, vel de rebus ex voto Ecclesiae donatis, vel de rebus pretiosis artis vel historiae causa, ad validitatem alienationis requiritur insuper licentia Sanctae Sedis.

§ 3. Si res alienanda sit divisibilis, in petenda licentia pro alienatione exprimi debent partes antea alienatae; secus licentia irrita est.

§ 4. Ii, qui in alienandis bonis consilio vel consensu partem habere debent, ne praebeant consilium vel consensum nisi prius exacte fue-

§ 2. O premoženju, ki ga verniki darujejo Cerkvi, naj upravitelji dajo vernikom obračun po določbah območnega prava.

Kan. 1288 — Upravitelji naj pri civilnem sodišču v imenu javne pravne osebe ne začenjajo in ne sprejemajo tožbe, če niso dobili pismenega dovoljenja lastnega ordinarija.

Kan. 1289 — Čeprav upraviteljev ne veže dolžnost upravljanja iz naslova cerkvene službe, ne smejo svojevoljno zapustiti sprejete načoge, če pa Cerkev zaradi svojevoljne zapustitve trpi škodo, so jo dolžni povrniti.

Tretji naslov

POGODEBE, ZLASTI ODTUJITEV

Can. 1290 — Kar na nekem ozemlju civilno pravo določa o pogodbah na splošno in posamič in o njihovem izpolnjevanju, to naj glede stvari, ki spadajo pod cerkveno vodstveno oblast, cerkveno pravo upošteva z istimi učinki, če ni v nasprotju z božjim pravom ali če ni v cerkvenem pravu določeno kaj drugega; velja pa predpis kan. 1547.

Can. 1291 — Za veljavno odtujitev premoženja, ki po zakonitem zapisku sestavlja stalno premoženje javne pravne osebe in katerega vrednost presega po pravu določeno vsoto, se zahteva dovoljenje oblasti, ki je pravno pristojna.

Can. 1292 — § 1. Kadar gre za odtujitev v mejah najnižje in najvišje vsote, ki ju mora določiti vsaka škofovskva konferenca za svoje področje, ob veljavnosti predpisa kan. 638, § 3, za pravne osebe, ki niso pod oblastjo krajevnega škofa, to določi pristojna oblast z lastnim statutom; sicer je pristojna oblast krajevni škof s privolitvijo gospodarskega sveta in zobra svetovalcev ter prizadetih. Privilitev le-teh potrebuje tudi krajevni škof sam za odtujitev škofjskega premoženja.

§ 2. Če gre za stvari, katerih vrednost presega najvišjo vsoto ali za stvari, ki so podarjene Cerkvi iz zaobljube, ali za dragocene umetnine ali starine, se za veljavno odtujitev dodatno zahteva dovoljenje svetega sedeža.

§ 3. Če gre za odtujitev deljive stvari, je treba v prošnji za dovolitev odtujitve navesti že prej odtujene dele; sicer je dovoljenje nično.

§ 4. Tisti, ki morajo z nasvetom ali s privolitvijo sodelovati pri odtujitvi premoženja, naj svetujejo ali privolijo šele potem, ko so se

rint edocti tam de statu oeconomico personae iuridicae cuius bona alienanda proponuntur, quam de alienationibus iam peractis.

Can. 1293 — § 1. Ad alienanda bona, quorum valor summam minimam definitam excedit, requiritur insuper:

1^o iusta causa, veluti urgens necessitas, evidens utilitas, pietas, caritas vel gravis alia ratio pastoralis;

2^o aestimatio rei alienandae a peritis scripto facta.

§ 2. Aliae quoque cautelae a legitima auctoritate praescriptae serventur, ut Ecclesiae damnum vitetur.

Can. 1294 — § 1. Res alienari minore pretio ordinarie non debet, quam quod in aestimatione indicatur.

§ 2. Pecunia ex alienatione percepta vel in commodum Ecclesiae caute collocetur vel, iuxta alienationis fines, prudenter erogetur.

Can. 1295 — Requisita ad normam cann. 1291-1294, quibus etiam statuta personarum iuridicarum conformanda sunt, servari debent non solum in alienatione, sed etiam in quolibet negotio, quo condicio patrimonialis personae iuridicae peior fieri possit.

Can. 1296 — Si quando bona ecclesiastica sine debitibus quidem sollemnitatibus canonicas alienata fuerint, sed alienatio sit civiliter valida, auctoritatis competentis est decernere, omnibus mature perennis, an et qualis actio, personalis scilicet vel realis, a quoniam et contra quemnam instituenda sit ad Ecclesiae iura vindicanda.

Can. 1297 — Conferentiae Episcoporum est, attentis locorum adjunctis, normas statuere de bonis Ecclesiae locandis, praesertim de licentia a competenti auctoritate ecclesiastica obtainenda.

Can. 1298 — Nisi res sit minimi momenti, bona ecclesiastica propriis administratoribus eorumve propinquis usque ad quartum consanguinitatis vel affinitatis gradum non sunt vendenda aut locanda sine speciali competentis auctoritatis licentia scripto data.

Titulus IV

DE PIIS VOLUNTATIBUS IN GENERE ET DE PIIS FUNDATIONIBUS

Can. 1299 — § 1. Qui ex iure naturae et canonico libere valet de suis bonis statuere, potest ad causas pias, sive per actum inter vivos sive per actum mortis causa, bona relinquere.

natančno poučili tako o gospodarskem stanju pravne osebe, katere premoženje naj bi se odtuilo, kakor tudi o že izvršenih odtujitvah.

Kan. 1293 — § 1. Za odtujitev premoženja, katerega vrednost presega najnižjo določeno vsoto, se dodatno zahteva:

1. upravičen razlog, kot je velika nuja, očitna korist, bogoljubnost, krščanska dobrodelnost ali drug tehten pastoralen razlog;

2. pismena cenitev izvedencev predmeta, ki se bo odtujil.

§ 2. Ravnati se je treba tudi po določbah o varnosti, ki jih je predpisala zakonita oblast, da se prepreči škoda za Cerkev.

Kan. 1294 — § 1. Stvar se redno ne sme odtujiti za nižjo ceno, kot jo navaja cenitev.

§ 2. Denar, ki se pri odtujitvi dobi, naj se preudarno naloži v dobro Cerkve ali pametno uporabi v namene, zaradi katerih se je odtujitev opravila.

Kan. 1295 — Zahteve po določbah kan. 1291—1294, katerim se morajo prilagoditi tudi statuti pravnih oseb, je treba upoštevati ne samo pri odtujitvi, temveč tudi pri kakršnemkoli poslu, kjer bi se mogel premoženjski položaj pravne osebe poslabšati.

Kan. 1296 — Če bi se kdaj cerkveno premoženje odtuilo brez potrebnih cerkvenopravnih običnosti, pa bi bila odtujitev civilno veljavna, ima pristojna oblast, ko vse modro pretehta, nalogu odločiti, ali in kakšna tožba, osebna ali stvarna, po kom in proti komu naj se uvede, da se zavarujejo pravice Cerkve.

Kan. 1297 — Naloga škofovsko konference je, upoštevajoč krajevne razmere, izdati določbe o dajanju cerkvenega premoženja v najem ali zakup, posebej o dovoljenju, ki ga je treba dobiti od pristojne cerkvene oblasti.

Kan. 1298 — Brez posebnega pismenega dovoljenja pristojne oblasti se cerkveno premoženje ne sme prodati ali dati v najem ali v zakup njenim lastnim upraviteljem in njih sorodnikom ter svakom do četrtega kolena, razen če gre za manjše stvari.

Četrti naslov

VOLILA V POBOŽNE NAMENE NA SPLOŠNO IN POBOŽNE USTANOVE

Kan. 1299 — § 1. Kdor more po naravnem in cerkvenem pravu prosto razpolagati s svojim premoženjem, ga more s pravnim poslom med živimi ali s poslednjevoljno odredbo zapustiti v pobožne namene.

§ 2. In dispositionibus mortis causa in bonum Ecclesiae serventur, si fieri possit, sollemnitates iuris civilis; quae si omissae fuerint, heredes moneri debent de obligatione, qua tenentur, adimplendi testatoris voluntatem.

Can. 1300 — Voluntates fidelium facultates suas in pias causas donantium vel relinquendum, sive per actum inter vivos sive per actum mortis causa, legitime acceptatae, diligentissime impleantur etiam circa modum administrationis et erogationis bonorum, firmo praescripto can. 1301, § 3.

Can. 1301 — § 1. Ordinarius omnium piarum voluntatum tam mortis causa quam inter vivos executor est.

§ 2. Hoc ex iure Ordinarius vigilare potest ac debet, etiam per visitationem, ut piae voluntates impleantur, eique ceteri executores, perfuncti munere, reddere rationem tenentur.

§ 3. Clausulae huic Ordinarii iuri contrariae, ultimis voluntatibus adiectae, tamquam non apposita habeantur.

Can. 1302 — § 1. Qui bona ad pias causas sive per actum inter vivos sive ex testamento fiduciarie accepit, debet de sua fiducia Ordinarium certiore reddere, eique omnia istiusmodi bona mobilia vel immobilia cum oneribus adiunctis indicare; quod si donator id expresse et omnino prohibuerit, fiduciariam ne acceptet.

§ 2. Ordinarius debet exigere ut bona fiduciaria in tuto collocentur, itemque vigilare pro executione piae voluntatis ad normam can. 1301.

§ 3. Bonis fiduciariis alicui sodali instituti religiosi aut societatis vitae apostolicae commissis, si quidem bona sint attributa loco seu dioecesi eorum incolis aut piis causis iuvandis, Ordinarius, de quo in §§ 1 et 2, est loci Ordinarius; secus est Superior maior in instituto clericali iuris pontificii et in clericalibus societatibus vitae apostolicae iuris pontificii, aut Ordinarius eiusdem sodalis proprius in aliis institutis religiosis.

Can. 1303 — § 1. Nomine piarum fundationum in iure veniunt:

1^o *piae fundationes autonomae*, scilicet universitates rerum ad fines de quibus in can. 114, § 2 destinatae et a competenti auctoritate ecclesiastica in personam iuridicam erectae;

2^o *piae fundationes non autonomae*, scilicet bona temporalia alicui personae iuridicae publicae quoquo modo data cum onere in diuturnum tempus, iure particulari determinandum, ex redditibus annuis Missas celebrandi aliasque praefinitas functiones ecclesiasticas peragendi, aut fines de quibus in can. 114, § 2 aliter persecuendi.

§ 2. Pri poslednjevoljnih odredbah v korist Cerkve se je treba, če je mogoče, ravnati po običnostih civilnega prava; če so se pa te opustile, je treba dediče opozoriti na obveznost, po kateri so dolžni spolniti zapustnikovo voljo.

Kan. 1300 — Zakonito sprejeta volja vernikov, ki s pravnim posлом med živimi ali s poslednjevoljno odredbo podarijo ali zapustijo svoje imetje v pobožne namene, se mora kar najbolj vestno spolnjevati tudi glede načina upravljanja in uporabljanja premoženja; velja pa predpis kan. 1301, § 3.

Kan. 1301 — § 1. Ordinarij je izvršilec vseh volil v pobožne namene v poslednjevoljnih odredbah in v pravnih poslih med živimi.

§ 2. Zaradi te pravice more in mora ordinarij paziti tudi z vizitacijami, da se pobožna naročila spolnjujejo in drugi izvršilci mu morajo predložiti obračun o opravljeni obveznosti.

§ 3. Če določila v poslednjevoljnih odredbah nasprotujejo tej ordinarijevi pravici, velja, kakor da niso dane.

Kan. 1302 — § 1. Tisti, ki je s pravnim posлом med živimi ali z oporočko na zaupanje sprejel premoženje v pobožne namene, mora o tem zaupanju obvestiti ordinarija in mu navesti vse to premično ali nepremično premoženje z bremenji vred; če pa darovalec to izrečeno in popolnoma prepove, naj zaupništva ne sprejme.

§ 2. Ordinarij mora zahtevati, da se zaupano premoženje spravi na varno, in enako po določbi kan. 1301 bedeti nad izvajanjem potobnega volila.

§ 3. Če je premoženje, ki je na zaupanje izročeno kakemu članu redovne ustanove ali družbe apostolskega življenja, dano v pomoč kraju ali škofiji ali njenim prebivalcem ali pobožnim namenom, je ordinarij, ki ga omenjata §§ 1 in 2, krajevni ordinarij, sicer je to v kleriški papeškopravni ustanovi in v kleriških papeškopravnih družbah apostolskega življenja višji predstojnik, v drugih redovnih ustanovah pa ordinarij, ki je lasten tistem članu.

Kan. 1303 — § 1. Z imenom pobožne ustanove v pravu označujemo:

1. *samostojne pobožne ustanove*, se pravi vse stvari, določene v namene, katere omenja kan. 114, § 2, in ki jih je pristojna cerkvena oblast povzdignila v pravne osebe;

2. *nesamostojne pobožne ustanove*, se pravi premoženje, dano na kakršen koli način kaki javni pravni osebi z obveznostjo, da se za daljši čas, ki ga mora določiti območno pravo, iz letnih dohodkov opravlja maše in druga določena cerkvena opravila ali da se drugače spolnjujejo nameni, omenjeni v kan. 114, § 2.

§ 2. Bona piae foundationis non autonomae, si concedita fuerint personae iuridicae Episcopo dioecesano subiectae, expleto tempore, ad institutum de quo in can. 1274, § 1 destinari debent, nisi alia fuerit fundatoris voluntas expresse manifestata; secus ipsi personae iuridicae cedunt.

Can. 1304 — § 1. Ut fundatio a persona iuridica valide acceptari possit, requiritur licentia Ordinarii in scriptis data; qui eam ne praebat, antequam legitime compererit personam iuridicam tum novo oneri suscipiendo, tum iam susceptis satisfacere posse; maximeque caveat ut redditus omnino respondeant oneribus adiunctis, secundum cuiusque loci vel regionis morem.

§ 2. Ulteriores condiciones ad constitutionem et acceptationem fundationum quod attinet, iure particulari definiuntur.

Can. 1305 — Pecunia et bona mobilia, dotationis nomine assignata, statim in loco tuto ab Ordinario approbando deponantur eum in finem, ut eadem pecunia vel bonorum mobilium pretium custodiantur et quam primum caute et utiliter secundum prudens eiusdem Ordinarii iudicium, auditis et iis quorum interest et proprio a rebus economicis consilio, collocentur in commodum eiusdem fundationis cum expressa et individua mentione oneris.

Can. 1306 — § 1. Foundationes, etiam viva voce factae, scripto consignentur.

§ 2. Alterum tabularum exemplar in curiae archivio, alterum in archivio personae iuridicae ad quam fundatio spectat, tuto asserventur.

Can. 1307 — § 1. Servatis praescriptis cann. 1300–1302, et 1287, onerum ex piis foundationibus incumbentium tabella conficiatur, quae in loco patenti exponatur, ne obligationes adimplendae in oblivionem cadant.

§ 2. Praeter librum de quo in can. 958, § 1, alter liber retineatur et apud parochum vel rectorem servetur, in quo singula onera eorumque adimpleti et eleemosynae adnotentur.

Can. 1308 — § 1. Reductio onerum Missarum, ex iusta tantum et necessaria causa facienda, reservatur Sedi Apostolicae, salvis praescriptis quae sequuntur.

§ 2. Si in tabulis foundationum id expresse caveatur, Ordinarius ob imminutos redditus onera Missarum reducere valet.

§ 3. Episcopo dioecesano competit potestas reducendi ob diminutionem redditum, quamdui causa perduret, ad rationem eleemosynae in dioecesi legitimate vigentis, Missas legatorum vel quoquo modo fun-

§ 2. Če je bilo premoženje nesamostojne pobožne ustanove izročeno pravni osebi, ki je podrejena krajevnemu škofu, ga je, ko preteče čas, treba dodeliti ustanovi, omenjeni v kan. 1274, § 1, če ni ustanovitelj izrečno določil drugače; sicer pripadejo pravni osebi sami.

Kan. 1304 — § 1. Pravna oseba more veljavno sprejeti ustanove le s pismenim dovoljenjem ordinarija, ki pa naj ga ne da, dokler ni zakonito poizvedel, da bo pravna oseba mogla spolnjevati novo dolžnost, ki naj jo prevzame, in dolžnosti, ki jih je že sprejela; zlasti pa naj pazi, da bodo dohodki po krajevnem ali regionalnem običaju popolnoma ustrezali bremenom.

§ 2. Nadaljnje pogoje glede ustanovitve in sprejema pobožnih ustanov naj opredeli območno pravo.

Kan. 1305 — Gotovina in premičnine, ki so namenjene za ustanovo, se morajo takoj shraniti na varnem kraju, ki ga mora odobriti ordinarij, da se zavaruje sama gotovina ali vrednost premičnine in se po razumni ordinarijevi presoji, ko se je posvetoval s prizadetimi in svojim gospodarskim svetom, čimprej preudarno in koristno naloži v dobro te ustanove, ko se izrečno in posamič naštejejo bremena.

Kan. 1306 — § 1. Ustanove, tudi tiste, ki se napravijo ustno, naj se zapišejo.

§ 2. En izvod listine naj se varno shrani v arhivu kurije, drugi pa v arhivu pravne osebe, ki ji ustanova pripada.

Kan. 1307 — § 1. Upoštevajoč predpise kan. 1300–1302 in kan. 1287, naj se napravi seznam bremen iz pobožnih ustanov, ki naj bo na vidnem mestu, da se ne pozabijo obveznosti, ki jih je treba spolniti.

§ 2. Poleg knjige, omenjene v kan. 958, § 1, naj bo še druga knjiga, ki naj se hrani pri župniku ali rektorju; vanjo naj se vpišejo posamezne obveznosti in njihova izpolnitev ter darovi.

Kan. 1308 — § 1. Zmanjšanje mašnih obveznosti, ki se sme opraviti le iz upravičenega in nujnega razloga, je pridržano apostolskemu sedežu; veljajo pa predpisi, ki sledijo.

§ 2. Če je v ustanovni listini to izrečno določeno, lahko ordinarij zaradi zmanjšanih dohodkov zmanjša mašne obveznosti.

§ 3. Krajevni škof ima pravico zaradi zmanjšanih dohodkov, dokler ta razlog traja, zmanjšati obveznosti sorazmerno višini zakonito veljavnega škofijskega daru za maše iz volil ali kakorkoli

datas, quae sint per se stantia, dummodo nemo sit qui obligatione tenetur et utiliter cogi possit ad eleemosynae augmentum faciendum.

§ 4. Eidem competit potestas reducendi onera seu legata Missarum gravantia institutum ecclesiasticum, si reditus insufficientes evaserint ad finem proprium eiusdem instituti congruenter consequendum.

§ 5. Iisdem potestatibus, de quibus in §§ 3 et 4, gaudet supremus Moderator instituti religiosi clericalis iuris pontificii.

Can. 1309 — Iisdem auctoritatibus, de quibus in can. 1308, potestas insuper competit transferendi, congrua de causa, onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria diversa ab illis, quae in fundationibus sunt statuta.

Can. 1310 — § 1. Fidelium voluntatum pro piis causis reductio, moderatio, commutatio, si fundator potestatem hanc Ordinario expresse concesserit, potest ab eodem fieri ex iusta tantum et necessaria causa.

§ 2. Si executio onerum impositorum, ob imminutos reditus aliamve causam, nulla administratorum culpa, impossibilis evaserit, Ordinarius, auditis iis quorum interest et proprio consilio a rebus oeconomicis atque servata, meliore quo fieri potest modo, fundatoris voluntate, poterit eadem onera aequre imminuere, excepta Missarum reductione, quae praescriptis can. 1308 regitur.

§ 3. In ceteris casibus recurrentum est ad Sedem Apostolicam.

ustanovnih, ki so samostojne, če le ni nikogar, ki bi bil dolžan in bi se ga dalo koristno prisiliti, da bi povečal dar za mašno opravilo.

§ 4. Krajevni škof ima tudi pravico zmanjšati mašne obveznosti ali maše iz volil, ki bremenijo cerkveno ustanovo, če so dohodki postali nezadostni, da bi se lahko dosegel namen, ki je isti cerkveni ustanovi lasten.

§ 5. Iste pravice, ki so omenjene v §§ 3 in 4, ima tudi vrhovni predstojnik kleriške papeškopopravne redovne ustanove.

Kan. 1309 — Iste oblasti, ki so omenjene v kan. 1308, imajo dodatno pravico iz primerrega razloga prenesti mašne obveznosti na dneve, cerkve in oltarje, ki so različni od določenih v ustanovah.

Kan. 1310 — § 1. Volila vernikov v pobožne namene lahko ordinarij, če mu je ustanovitelj to oblast izrečeno podelil, zmanjša, ublaži ali spremeni, a le iz upravičenega in nujnega razloga.

§ 2. Če brez krivde upraviteljev postane opravljanje naloženih bremen zaradi zmanjšanih dohodkov ali iz kakega drugega razloga nemogoče, more ordinarij, ko se posvetuje s prizadetimi in svojim gospodarskim svetom in ko ohrani ustanoviteljevo voljo, kakor najbolj more, ta bremena primerno zmanjšati; izvzeto pa je zmanjšanje mašnih obveznosti, ki se ravna po predpisih kan. 1308.

§ 3. V drugih primerih se je treba obrniti na apostolski sedež.

Liber VI
DE SANCTIONIBUS IN ECCLESIA

Pars I
DE DELICTIS ET POENIS IN GENERE

Titulus I
DE DELICTORUM PUNITIONE GENERATIM

Can. 1311 — Nativum et proprium Ecclesiae ius est christifideles delinquentes poenalibus sanctionibus coercere.

Can. 1312 — § 1. Sanctiones poenales in Ecclesia sunt:

1^o poenae medicinales seu censurae, quae in cann. 1331–1333 recensentur;

2^o poenae expiatoriae, de quibus in can. 1336.

§ 2. Lex alias poenas expiatorias constituere potest, quae christifidelem aliquo bono spirituali vel temporali privent et supernaturali Ecclesiae fini sint consentaneae.

§ 3. Praeterea remedia poenalia et paenitentiae adhibentur, illa quidem praesertim ad delicta praecavenda, hae potius ad poenam substituendam vel augendam.

Titulus II
DE LEGE POENALI AC DE PRAECEPTO POENALI

Can. 1313 — § 1. Si post delictum commissum lex mutetur, applicanda est lex reo favorabilior.

§ 2. Quod si lex posterior tollat legem vel saltem poenam, haec statim cessat.

Can. 1314 — Poena plerumque est ferendae sententiae, ita ut reum non teneat, nisi postquam irrogata sit; est autem latae sententiae, ita ut in eam incurritur ipso facto commissi delicti, si lex vel praeceptum id expresse statuat.

Can. 1315 — § 1. Qui legislativam habet potestatem, potest etiam poenales leges ferre; potest autem suis legibus etiam legem divinam

Šesta knjiga
SANKCIJE V CERKVI

Prvi del
KAZNIVA DEJANJA IN KAZNI NA SPLOŠNO

Prvi naslov
KAZNOVANJE KAZNIVIH DEJANJ NA SPLOŠNO

Kan. 1311 — Cerkev ima naravno in lastno pravico s kazenskimi sankcijami kaznovati vernike, ki so storili kaznivo dejanje.

Kan. 1312 — § 1. Kazenske sankcije v Cerkvi so:

1. zdravilne kazni ali cenzure, ki so naštete v kan. 1331–1333;
2. zadostilne kazni, o katerih govori kan. 1336.

§ 2. Zakon lahko določi druge zadostilne kazni, ki verniku odvzamejo kakšno duhovno ali časno dobrino in so v skladu z nadnaravnim namenom Cerkve.

§ 3. Poleg tega so v rabi pokorila in pokore, prva naj zlasti prečijo kazniva dejanja, druge naj kazen bolj nadomestijo ali postrožijo.

Drugi naslov
KAZENSKI ZAKON IN KAZENSKI UKAZ

Kan. 1313 — § 1. Če se potem, ko je kaznivo dejanje storjeno, zakon spremeni, je treba uporabiti zakon, ki je za storilca ugodnejši.

§ 2. Če pa poznejši zakon odpravlja prejšnjega ali vsaj kazen, le-ta takoj preneha.

Kan. 1314 — Kazen je navadno zagrožena, tako da storilca ne zadene, dokler ni naložena; je pa vnaprej izrečena, tako da zadene že s samim storjenim kaznivim dejanjem, če zakon ali ukaz to izrečno določa.

Kan. 1315 — § 1. Kdor ima zakonodajno oblast, lahko izdaja tudi kazenske zakone; more pa s svojimi zakoni zavarovati z ustrezno

vel legem ecclesiasticam, a superiore auctoritate latam, congrua poena munire, servatis suae competentiae limitibus ratione territorii vel personarum.

§ 2. Lex ipsa potest poenam determinare vel prudenti iudicis aestimatione determinandam relinquere.

§ 3. Lex particularis potest etiam poenis universali lege constitutis in aliquod delictum alias addere; id autem ne faciat, nisi ex gravissima necessitate. Quod si lex universalis indeterminatam vel facultativam poenam comminetur, lex particularis potest etiam in illius locum poenam determinatam vel obligatoriam constituere.

Can. 1316 — Curent Episcopi diocesani ut, quatenus fieri potest, in eadem civitate vel regione uniformes ferantur, si quae ferendae sint, poenales leges.

Can. 1317 — Poenae eatenus constituentur, quatenus vere necessariae sint ad aptius providendum ecclesiasticae disciplinae. Dismissio autem e statu clericali lege particulari constitui nequit.

Can. 1318 — Latae sententiae poenas ne comminetur legislator, nisi forte in singularia quaedam delicta dolosa, quae vel graviori esse possint scandalum vel efficaciter puniri poenis ferendae sententiae non possint; censuras autem, praesertim excommunicationem, ne constituant, nisi maxima cum moderatione et in sola delicta graviora.

Can. 1319 — § 1. Quatenus quis potest vi potestatis regiminis in foro externo praecepta imponere, eatenus potest etiam poenas determinatas, exceptis expiatoriis perpetuis, per praeceptum comminari.

§ 2. Praeceptum poenale ne feratur, nisi re mature perpensa, et iis servatis, quae in cann. 1317 et 1318 de legibus particularibus statuuntur.

Can. 1320 — In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem poenis coerceri.

Titulus III

DE SUBJECTO POENALIBUS SANCTIONIBUS OBNOXIO

Can. 1321 — § 1. Nemo punitur, nisi externa legis vel praecepti violatio, ad eo commissa, sit graviter imputabilis ex dolo vel ex culpa.

§ 2. Poena lege vel praecepto statuta is tenetur, qui legem vel praeceptum deliberate violavit; qui vero id egit ex omissione debitae diligentiae, non punitur, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.

§ 3. Posita externa violatione, imputabilitas praesumitur, nisi aliud appareat.

kaznijo tudi božji ali cerkveni zakon, ki ga je izdala višja oblast, upoštevajoč meje svoje pristojnosti glede ozemlja ali oseb.

§ 2. Zakon lahko določa kazen sam ali določitev prepusti pametni presoji sodnika.

§ 3. Območni zakon lahko kaznim, ki so določene za kako kaznivo dejanje po splošnem zakonu, doda druge; to pa naj stori le v zelo nujni potrebi. Če pa splošni zakon grozi le z nedoločeno ali možno kaznijo, more območni zakon namesto nje določiti določeno ali obvezno kazen.

Kan. 1316 — Krajevni škofje naj, kolikor je to mogoče, skrbijo, da bodo v isti državi ali regiji kazenski zakoni, če je treba kakšne sprejeti, enotni.

Kan. 1317 — Kazni naj bo le toliko, kolikor je resnično potrebno za ustrezno zagotovitev cerkvene discipline. Odslovitve iz kleriškega stanu pa ni mogoče določiti z območnim zakonom.

Kan. 1318 — Zakonodajalec naj ne grozi z vnaprej izrečenimi kaznimi, razen za nekatera posamezna naklepna kazniva dejanja, ki so lahko v večje pohujšanje ali jih ni mogoče učinkovito kaznovati z zagroženimi kaznimi; cenzure, zlasti izobčenje, pa naj predpisuje samo z veliko zmernostjo in le za hujša kazniva dejanja.

Kan. 1319 — § 1. Kolikor more kdo v moči vodstvene oblasti izdajati ukaze za zunanje področje, toliko more tudi z ukazom zagroziti z določenimi kaznimi, ne pa s trajnimi zadostilnimi kaznimi.

§ 2. Kazenski ukaz naj se izda le po zrelem preudarku in upoštevajoč, kar je določeno v kan. 1317 in 1318 glede območnih zakonov.

Kan. 1320 — Krajevni ordinarij lahko kaznuje redovnike v vsem, v čemer so mu podrejeni.

Tretji naslov

OSEBA, KI JO LAHKO ZADENEJO KAZENSKE SANKCIJE

Kan. 1321 — § 1. Nihče ne more biti kaznovan, razen če je za zunanjo kršitev zakona ali ukaza, ki jo je zaglebil iz naklepa ali malomarnosti, težko odgovoren.

§ 2. Kazen, ki jo določa zakon ali ukaz, zadene tistega, ki je zakon ali ukaz premišljeno kršil; kdor je to storil zaradi opustitve dolžne skrbnosti, se ne kaznuje, razen če zakon ali ukaz določa kaj drugega.

§ 3. Pri izvršeni zunanji kršitvi se odgovornost domneva, razen če se izkaže kaj drugega.

Can. 1322 — Qui habitualiter rationis usu carent, etsi legem vel praeceptum violaverint dum sani videbantur, delicti incapaces habentur.

Can. 1323 — Nulli poenae est obnoxius qui, cum legem vel praeceptum violavit:

1^o sextum decimum aetatis annum nondum explevit;

2^o sine culpa ignoravit se legem vel praeceptum violare; ignorantiae autem inadvertentia et error aequiparantur;

3^o egit ex vi physica vel ex casu fortuito, quem praevidere vel cui praeviso occurrere non potuit;

4^o metu gravi, quamvis relative tantum, coactus egit, aut ex necessitate vel gravi incommodo, nisi tamen actus sit intrinsece malus aut vergat in animarum damnum;

5^o legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, debitum servans moderamen;

6^o rationis usu carebat, firmis praescriptis cann. 1324, § 1, n. 2 et 1325;

7^o sine culpa putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in nn. 4 vel 5.

Can. 1324 — § 1. Violationis auctor non eximitur a poena, sed poena lege vel praecepto statuta temperari debet vel in eius locum paenitentia adhiberi, si delictum patratum sit:

1^o ab eo, qui rationis usum imperfectum tantum habuerit;

2^o ab eo qui rationis usu carebat propter ebrietatem aliamve similem mentis perturbationem, quae culpabilis fuerit;

3^o ex gravi passionis aestu, qui non omnem tamen mentis deliberationem et voluntatis consensum praecesserit et impedierit, et dummodo passio ipsa ne fuerit voluntarie excitata vel nutrita;

4^o a minore, qui aetatem sedecim annorum explevit;

5^o ab eo, qui metu gravi, quamvis relative tantum, coactus est, aut ex necessitate vel gravi incommodo, si delictum sit intrinsece malum vel in animarum damnum vergat;

6^o ab eo, qui legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, nec tamen debitum servavit moderamen;

7^o adversus aliquem graviter et iniuste provocantem;

8^o ab eo, qui per errorem, ex sua tamen culpa, putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in can. 1323, nn. 4 vel 5;

9^o ab eo, qui sine culpa ignoravit poenam legi vel praecepto esse adnexam;

10^o ab eo, qui egit sine plena imputabilitate, dummodo haec gravis permanserit.

Kan. 1322 — Tisti, ki navadno ne morejo razumno ravnati, veljajo za nezmožne kaznivega dejanja, čeprav so kršili zakon ali ukaz, dokler so bili videti zdravi.

Kan. 1323 — Kazen ne zadene tistega, ki je kršil zakon ali ukaz:

1. če še ni dopolnil šestnajstega leta starosti;

2. če brez krivde ni vedel, da krši zakon ali ukaz; z nevednostjo sta izenačeni tudi nepazljivost in zmota;

3. če je ravnal zaradi fizične prisile ali v slučaju, ki ga ni mogel predvideti ali predvidenega preprečiti;

4. če je ravnal prisiljen zaradi velikega strahu, čeprav le relativnega, ali v sili ali veliki stiski, vendar samo, če dejanje ni samo v sebi slabo ali se ne sprevrže v duhovno škodo;

5. če je ravnal v zakoniti obrambi sebe ali koga drugega proti krivičnemu napadalcu, ko se je pri tem držal potrebne meje;

6. če ni mogel ravnati razumno, upoštevajoč predpise kan. 1324, § 1, št. 2 in kan. 1325;

7. če je brez krivde menil, da obstaja katera od okoliščin, o katerih govorita št. 4 in 5.

Kan. 1324 — § 1. Storilec kaznivega dejanja ni prost kazni, vendar je treba z zakonom ali ukazom določeno kazen omiliti ali namesto nje uporabiti pokoro, če je kaznivo dejanje storil:

1. kdor je mogel le delno razumno ravnati;

2. kdor ni mogel razumno ravnati zaradi pijanosti ali kake druge podobne duševne motnje, ki je bila zakrivljena;

3. v velikem navalu strasti, ki pa ni prehitela in preprečila popolnega umskega preudarka in privolite volje in da le strast sama ni bila prostovoljno zbujena ali negovana;

4. mladoletnik, ki je dopolnil šestnajst let starosti;

5. kdor je ravnal prisiljen zaradi velikega strahu, čeprav le relativnega, ali v sili ali veliki stiski, če je kaznivo dejanje samo v sebi slabo ali se sprevrže v duhovno škodo;

6. kdor je ravnal v zakoniti obrambi sebe ali koga drugega proti krivičnemu napadalcu, se pa pri tem ni držal potrebne meje;

7. proti tistem, ki ga je hudo in krivično izzval;

8. kdor je, vendar po svoji krivdi, zmotno menil, da obstaja katera od okoliščin, o katerih govorita v kan. 1323, št. 4 in 5;

9. kdor brez svoje krivde ni vedel, da je zakonu ali ukazu pridružena kazzen;

10. kdor je ravnal brez polne odgovornosti, če je le-ta ostala velika.

§ 2. Idem potest iudex facere, si qua alia adsit circumstantia, quae delicti gravitatem deminuat.

§ 3. In circumstantiis, de quibus in § 1, reus poena latae sententiae non tenetur.

Can. 1325 — Ignorantia crassa vel supina vel affectata numquam considerari potest in applicandis praescriptis cann. 1323 et 1324; item ebrietas aliaeve mentis perturbationes, si sint de industria ad delictum patrandum vel excusandum quaesitae, et passio, quae voluntarie excitata vel nutrita sit.

Can. 1326 — § 1. Iudex gravius punire potest quam lex vel praeceptum statuit:

1^o eum, qui post condemnationem vel poenae declarationem ita delinquere pergit, ut ex adjunctis prudenter eius pertinacia in mala voluntate conici possit;

2^o eum, qui in dignitate aliqua constitutus est, vel qui auctoritate aut officio abusus est ad delictum patrandum;

3^o reum, qui, cum poena in delictum culposum constituta sit, eventum praevidit et nihilominus cautiones ad eum vitandum omisit, quas diligens quilibet adhibuisset.

§ 2. In casibus, de quibus in § 1, si poena constituta sit latae sententiae, alia poena addi potest vel paenitentia.

Can. 1327 — Lex particularis potest alias circumstantias eximentes, attenuantes vel aggravantes, praeter casus in cann. 1323–1326, statuere, sive generali norma, sive pro singulis delictis. Item in praecepto possunt circumstantiae statui, quae a poena praecepto constituta eximant, vel eam attenuent vel aggravent.

Can. 1328 — § 1. Qui aliquid ad delictum patrandum egit vel omisit, nec tamen, praeter suam voluntatem, delictum consummavit, non tenetur poena in delictum consummatum statuta, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.

§ 2. Quod si actus vel omissiones natura sua ad delicti executionem conducant, auctor potest paenitentiae vel remedio poenali subici, nisi sponte ab incepta delicti executione destiterit. Si autem scandalum aliudve grave damnum vel periculum evenerit, auctor, etsi sponte destiterit, iusta potest poena puniri, leviore tamen quam quae in delictum consummatum constituta est.

Can. 1329 — § 1. Qui communi delinquendi consilio in delictum concurrunt, neque in lege vel praecepto expresse nominantur, si poenae ferendae sententiae in auctorem principalem constitutae sint, iisdem poenis subiciuntur vel aliis eiusdem vel minoris gravitatis.

§ 2. Enako lahko ravna sodnik, če obstaja kakšna druga okoliščina, ki zmanjšuje težo kaznivega dejanja.

§ 3. V okoliščinah, ki so naštete v § 1, storilca ne zadene vnaprej izrečena kaznen.

Kan. 1325 — Groba, malomarna ali hotena nevednost se pri uporabi predpisov kan. 1323 in 1324 ne more nikoli upoštevati; enako velja za pjanost in druge duševne motnje, če so povzročene namenom za izvršitev ali v opravičilo kaznivega dejanja, in za strast, ki je prostovoljno zbujena ali negovana.

Kan. 1326 — § 1. Sodnik more strožje kaznovati, kakor določa zakon ali ukaz:

1. tistega, ki po obsodbi ali po izreku kazni tako nadaljuje s kaznivimi dejanji, da je iz okoliščin mogoče pametno sklepati na njegovo trdovratnost v slabih nameri;

2. tistega, ki je povzdignjen v kako dostojanstvo ali je zlorabil oblast ali službo za izvršitev kaznivega dejanja;

3. storilca, ki je, kadar je kaznen določena za kaznivo dejanje iz malomarnosti, predvidel posledico in je vseeno opustil ukrepe, ki bi jih vsak skrben človek uporabil, da bi se ji izognil.

§ 2. Če je za primere, o katerih govoriti § 1, določena vnaprej izrečena kaznen, je mogoče dodati drugo kaznen ali pokoro.

Kan. 1327 — Območni zakon more s splošno določbo ali za posamezna kazniva dejanja določiti druge oprostilne, olajševalne ali obteževalne okoliščine, razen primerov v kan. 1323–1326. Enako se v ukazu lahko določijo okoliščine, ki oprostijo kazni, predpisane v ukazu, ali jo omilijo ali postrožijo.

Kan. 1328 — § 1. Kdor je kaj storil ali opustil, da bi izvršil kaznivo dejanje, pa vendar kaznivega dejanja mimo svoje volje ni dovršil, ga ne zadene kaznen, ki je določena za izvršeno kaznivo dejanje, razen če zakon ali ukaz določa drugače.

§ 2. Če pa dejanja ali opustitve po svoji naravi vodijo k izvršitvi kaznivega dejanja, je storilcu mogoče naložiti pokoro ali pokorilo, če iz lastnega nagiba ne odstopi od začetne izvršitve kaznivega dejanja. Če pa pride do pohujšanja ali druge velike škode ali nevarnosti, se lahko storilec, čeprav je iz lastnega nagiba odstopil, kaznuje s pravično kaznijo, vendar lažjo, kot je določena za izvršeno kaznivo dejanje.

Kan. 1329 — § 1. Če so določene zagrožene kazni za glavnega storilca, zadenejo tiste, ki se po skupnem posvetu združijo za kaznivo dejanje in v zakonu ali ukazu niso izrečeno omenjeni, enake, druge enake ali manj težke kazni.

§ 2. In poenam latae sententiae delicto adnexam incurunt complices, qui in lege vel praecepto non nominantur, si sine eorum opera delictum patratum non esset, et poena sit talis naturae, ut ipso afficer possit; secus poenis ferendae sententiae puniri possunt.

Can. 1330 — Delictum quod in declaratione consistat vel in alia voluntatis vel doctrinae vel scientiae manifestatione, tamquam non consummatum censendum est, si nemo eam declarationem vel manifestationem percipiat.

Titulus IV DE POENIS ALIISQUE PUNITIONIBUS

Caput I DE CENSURIS

Can. 1331 — § 1. Excommunicatus vetatur:

1^o ullam habere participationem ministerialem in celebrandis Eucharistiae Sacrificio vel quibuslibet aliis cultus caerimonis;

2^o sacramenta vel sacramentalia celebrare et sacramenta recipere;

3^o ecclesiasticis officiis vel ministeriis vel muneribus quibuslibet fungi vel actus regiminis ponere.

§ 2. Quod si excommunicatio irrogata vel declarata sit, reus:

1^o si agere velit contra praeceptum § 1, n. 1, est arcendus aut a liturgica actione est cessandum, nisi gravis obstet causa;

2^o invalide ponit actus regiminis, qui ad normam § 1, n. 3, sunt illiciti;

3^o vetatur frui privilegiis antea concessis;

4^o nequit valide consequi dignitatem, officium aliudve munus in Ecclesia;

5^o fructus dignitatis, officii, muneris cuiuslibet, pensionis, quam quidem habeat in Ecclesia, non facit suos.

Can. 1332 — Interdictus tenetur vetitis, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1 et 2; quod si interdictum irrogatum vel declaratum sit, praeceptum can. 1331, § 2, n. 1 servandum est.

Can. 1333 — § 1. Suspensio, quae clericos tantum afficere potest, vetat:

§ 2. Soudeležence, ki jih zakon ali ukaz ne omenjata, zadene vnaprej izrečena kazen, ki je določena za kaznivo dejanje, če bi se brez njihovega sodelovanja kaznivo dejanje ne izvršilo, in je kazen takšne narave, da jih lahko zadene; sicer jih je mogoče kaznovati z zagroženimi kaznimi.

Kan. 1330 — Kaznivo dejanje, ki obstaja v izjavi ali v drugem izražanju volje, nauka ali vednosti, je treba imeti za neizvršeno, če te izjave ali izražanja nihče ne zazna.

Četrti naslov KAZNI IN DRUGA KAZNOVANJA

Prvo poglavje CENZURE

Kan. 1331 — § 1. Izobčencu je prepovedano:

1. biti kakorkoli kot sveti služabnik soudeležen pri obhajanju evharistične daritve ali pri katerihkoli drugih bogoslužnih opravilih;

2. obhajati zakramente ali zakramentale in zakramente prejemati;

3. opravljati katerekoli cerkvene službe, opravila ali naloge in izvrševati vodstvena dejanja.

§ 2. Če je izobčenje naloženo ali razglašeno, storilec:

1. če hoče ravnati proti predpisu § 1, št. 1, mora biti odstranjen, ali pa je treba prenehati z bogoslužnim opravilom, razen če to ovira tehten razlog;

2. neveljavno opravi vodstvena dejanja, ki so po določbi § 1, št. 3, nedopustna;

3. ne more uživati prej podeljenih privilegijev;

4. ne more veljavno doseči dostojanstva, službe ali druge naloge v Cerkvi;

5. ne postane lastnik dohodkov dostojanstva, službe, katerekoli naloge ali plače, ki naj jo sicer ima v Cerkvi.

Kan. 1332 — Kogar zadene interdikt, ga vežejo prepovedi, o katerih govorijo kan. 1331, § 1, št. 1 in 2; če je interdikt naložen ali razglašen, se je treba držati predpisa kan. 1331, § 2, št. 1.

Kan. 1333 — § 1. Suspenz, ki more zadeti samo klerike, prepoveduje:

1^o vel omnes vel aliquos actus potestatis ordinis;
 2^o vel omnes vel aliquos actus potestatis regiminis;
 3^o exercitium vel omnium vel aliquorum iurium vel munera officio inhaerentium.

§ 2. In lege vel praecepto statui potest, ut post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam actus regiminis suspensus valide ponere nequeat.

§ 3. Vetus numquam afficit:

1^o officia vel regiminis potestatem, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis;

2^o ius habitandi, si quod reus ratione officii habeat;

3^o ius administrandi bona, quae ad ipsius suspensi officium forte pertineant, si poena sit latae sententiae.

§ 4. Suspensio vetans fructus, stipendium, pensiones aliave eiusmodi percipere, obligationem secumfert restituendi quidquid illegitime, quamvis bona fide, perceptum sit.

Can. 1334 — § 1. Suspensionis ambitus, intra limites canone precedenti statutos, aut ipsa lege vel praecepto definitur, aut sententia vel decreto quo poena irrogatur.

§ 2. Lex, non autem praecipuum, potest latae sententiae suspensionem, nulla addita determinatione vel limitatione, constituere; eiusmodi autem poena omnes effectus habet, qui in can. 1333, § 1 recensentur.

Can. 1335 — Si censura vetet celebrare sacramenta vel sacramentalia vel ponere actum regiminis, vetus suspenditur, quoties id necessarium sit ad consulendum fidelibus in mortis periculo constitutis; quod si censura latae sententiae non sit declarata, vetus praeterea suspenditur, quoties fidelis petit sacramentum vel sacramentale vel actum regiminis; id autem petere ex qualibet iusta causa licet.

Caput II

DE POENIS EXPIATORIIS

Can. 1336 — § 1. Poenae expiatoriae, quae delinquentem afficere possunt aut in perpetuum aut in tempus praefinitum aut in tempus indeterminatum, praeter alias, quas forte lex constituerit, hae sunt:

1^o prohibitio vel praescriptio commorandi in certo loco vel territorio;

2^o privatio potestatis, officii, munera, iuris, privilegii, facultatis, gratiae, tituli, insignis, etiam mere honorifici;

1. vsa ali nekatera dejanja oblasti svetega reda;

2. vsa ali nekatera dejanja vodstvene oblasti;

3. izvrševanje vseh ali nekaterih pravic ali nalog, ki so povezane s službo.

§ 2. V zakonu ali ukazu je mogoče določiti, da po obsodilni ali ugotovitveni sodbi suspendirani ne more veljavno opravljati vodstvenih dejanj.

§ 3. Prepoved nikoli ne zadene:

1. služb ali vodstvene oblasti, ki niso pod oblastjo predstojnika, ki je kazen naložil;

2. pravice do stanovanja, če storilec kakšnega ima zaradi službe;

3. pravice do upravljanja premoženja, ki morda pripada službi samega suspendiranega, če gre za vnaprej izrečeno kazen.

§ 4. Suspenz, ki prepoveduje prejemanje dohodkov, plačila, plače ali kaj podobnega, vsebuje obveznost povrniti, karkoli je kdo nezakonito, čeprav v dobrì veri, prejel.

Kan. 1334 — § 1. Obseg suspenza v mejah, ki jih določa prejšnji kanon, določi sam zakon ali ukaz in sodba ali odločba, ki kazen nalaga.

§ 2. Vnaprej izrečeni suspenz more določiti zakon, ne da bi dodal kakšno določitev ali omejitev, ne pa ukaz; takšna kazen pa ima vse učinke, ki jih našteva kan. 1333, § 1.

Kan. 1335 — Če cenzura prepoveduje obhajati zakramente ali zakramentale ali opravljati vodstvena dejanja, prepoved preneha, če je treba poskrbeti za vernike v smrtni nevarnosti; če vnaprej izrečena cenzura ni razglašena, prepoved poleg tega preneha, če vernik prosi za zakrament, zakramental ali za vodstveno dejanje; za to pa je dovoljeno prositi iz kateregakoli upravičenega razloga.

Drugo poglavje

ZADOSTILNE KAZNI

Kan. 1336 — § 1. Zadostilne kazni, ki lahko zadenejo storilca za stalno, za vnaprej določen ali za nedoločen čas, so poleg tistih, ki jih je morda določil zakon, tele:

1. prepoved ali zapoved bivanja v določenem kraju ali ozemlju;

2. odvzem oblasti, službe, naloge, pravice, privilegija, pooblastila, ugodnosti, naslova, častnih znamenj, tudi zgolj častnih;

3^o prohibitio ea exercendi, quae sub n. 2 recensentur, vel prohibitio ea in certo loco vel extra certum locum exercendi; quae prohibiciones numquam sunt sub poena nullitatis;

4^o translatio poenalis ad aliud officium;

5^o dimissio e statu clericali.

§ 2. Latae sententiae eae tantum poenae expiatoriae esse possunt, quae in § 1, n. 3 recensentur.

Can. 1337 — § 1. Prohibitio commorandi in certo loco vel territorio sive clericos sive religiosos afficere potest; praescriptio autem commorandi, clericos saeculares et, intra limites constitutionum, religiosos.

§ 2. Ut praescriptio commorandi in certo loco vel territorio irrogetur, accedat oportet consensus Ordinarii illius loci, nisi agatur de domo extradioecesanis quoque clericis paenitentibus vel emendandis destinata.

Can. 1338 — § 1. Privationes et prohibitiones, quae in can. 1336, § 1, nn. 2 et 3 recensentur, numquam afficiunt potestates, officia, munera, iura, privilegia, facultates, gratias, titulos, insignia, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis.

§ 2. Potestatis ordinis privatio dari nequit, sed tantum prohibitio eam vel aliquos eius actus exercendi; item dari nequit privatio gradium academicorum.

§ 3. De prohibitionibus, quae in can. 1336, § 1, n. 3 indicantur, norma servanda est, quae de censuris datur in can. 1335.

Caput III

DE REMEDIIS POENALIBUS ET PAENITENTIIS

Can. 1339 — § 1. Eum, qui versatur in proxima delinquendi occasione, vel in quem, ex investigatione peracta, gravis cadit suspicio delicti commissi, Ordinarius per se vel per alium monere potest.

§ 2. Eum vero, ex cuius conversatione scandalum vel gravis ordinis perturbatio oriatur, etiam corripere potest, modo peculiaribus personae et facti condicionibus accommodato.

§ 3. De monitione et correptione constare semper debet saltem ex aliquo documento, quod in secreto curiae archivio servetur.

Can. 1340 — § 1. Paenitentia, quae imponi potest in foro externo, est aliquod religionis vel pietatis vel caritatis opus peragendum.

3. prepoved opravljati, kar je našteto pod št. 2, ali prepoved to opravljati na določenem kraju ali zunaj določenega kraja; zaradi teh prepovedi dejanja niso nikoli nična;

4. kazenska premestitev v drugo službo;

5. odslovitev iz kleriškega stanu.

§ 2. Vnaprej izrečene so lahko samo tiste zadostilne kazni, ki so naštete v § 1, št. 3.

Kan. 1337 — § 1. Prepoved bivanja v določenem kraju ali ozemlju more zadeti tako klerike kakor redovnike; zapoved bivanja pa svetne klerike in, v mejah konstitucij, redovnike.

§ 2. Da se naloži zapoved bivanja v določenem kraju ali ozemlju, je potrebna privolitev ordinarija tistega kraja, razen če gre za dom, namenjen tudi izvenškofijskim klerikom, da bi delali pokoro ali se poboljšali.

Kan. 1338 — § 1. Odvzemi in prepovedi, ki so naštete v kan. 1336, § 1, št. 2 in 3, nikoli ne zadenejo oblasti, služb, nalog, pravic, privilegijev, pooblastil, ugodnosti, naslovov in častnih znamenj, ki niso pod oblastjo predstojnika, ki kaznen nalaga.

§ 2. Odvzem oblasti svetega reda ni mogoč, pač pa samo prepoved izvrševati jo ali nekatera njena dejanja; prav tako ni mogoč odvzem akademskih naslovov.

§ 3. Glede prepovedi, ki so omenjene v kan. 1336, § 1, št. 3, se je treba ravnati po določbi, ki je dana v kan. 1335 glede cenzur.

Tretje poglavje

POKORILA IN POKORE

Kan. 1339 — § 1. Ordinarij more sam ali po drugem opominiti tistega, ki je v bližnji priložnosti, da bo zagrešil kaznivo dejanje, ali tistega, ki je po opravljeni preiskavi hudo sumljiv, da je kaznivo dejanje storil.

§ 2. Tistega pa, ki s svojim obnašanjem povzroča pohujšanje ali hudo moti red, more, primerno posebnim osebnim in dejanskim okoliščinam, tudi grajati.

§ 3. Opomin in graja mora biti vedno razvidna vsaj iz kake listine, ki naj se hrani v tajnjem arhivu kurije.

Kan. 1340 — § 1. Pokora, ki jo je mogoče naložiti v zunanjem področju, je kako dejanje bogovdanosti, pobožnosti ali krščanske dobrodelnosti, ki ga je treba opraviti.

§ 2. Ob transgressionem occultam numquam publica imponatur paenitentia.

§ 3. Paenitentias Ordinarius pro sua prudentia addere potest poenali remedio monitionis vel correptionis.

Titulus V DE POENIS APPLICANDIS

Can. 1341 — Ordinarius proceduram iudicialem vel administrativam ad poenas irrogandas vel declarandas tunc tantum promovendum curet, cum perspexerit neque fraterna correctione neque correptione neque aliis pastoralis sollicitudinis viis satis posse scandalum reparari, iustitiam restitui, reum emendari.

Can. 1342 — § 1. Quoties iustae obstent causae ne iudicallis processus fiat, poena irrogari vel declarari potest per decretum extra iudicium; remedia poenalia autem et paenitentiae applicari possunt per decretum in quolibet casu.

§ 2. Per decretum irrogari vel declarari non possunt poenae perpetuae, neque poenae quas lex vel praeceptum eas constituens vetet per decretum applicare.

§ 3. Quae in lege vel praecepto dicuntur de iudice, quod attinet ad poenam irrogandam vel declarandam in iudicio, applicanda sunt ad Superiorem, qui per decretum extra iudicium poenam irroget vel declarat, nisi aliter constet neque agatur de praeceptis quae ad procedendi tantum rationem attineant.

Can. 1343 — Si lex vel praeceptum iudici det potestatem applicandi vel non applicandi poenam, iudex potest etiam, pro sua conscientia et prudentia, poenam temperare vel in eius locum paenitentiam imponere.

Can. 1344 — Etiamsi lex utatur verbis praeceptivis, iudex pro sua conscientia et prudentia potest:

1º poenae irrogationem in tempus magis opportunum differre, si ex praepropera rei punitione maiora mala eventura praevideantur;

2º a poena irroganda abstinere vel poenam mitiorem irrogare aut paenitentiam adhibere, si reus emendatus sit et scandalum reparaverit, aut si ipse satis a civili auctoritate punitus sit vel punitum iri praevideatur;

3º si reus primum post vitam laudabiliter peractam deliquerit neque necessitas urgeat reparandi scandalum, obligationem servandi poenam expiatoriam suspendere, ita tamen ut, si reus intra tempus

§ 2. Za skrivni prestopek naj se nikoli ne naloži javna pokora.

§ 3. Ordinarij more po svoji uvidevnosti pokorilu opomina ali graje dodati pokore.

Peti naslov NALAGANJE KAZNI

Kan. 1341 — Ordinarij naj samo tedaj poskrbi za sodni ali upravni postopek za naložitev ali razglasitev kazni, ko spozna, da ni mogoče ne z bratskim svarilom ne z grajo ne z drugimi načini pastoralnega prizadevanja zadostno popraviti pohujšanje, vzpostaviti pravičnost in storilca poboljšati.

Kan. 1342 — § 1. Kadar obstajajo upravičeni razlogi, da se sodni postopek ne izvede, je mogoče kazen naložiti ali razglasiti z odločbo mimo sodbe; pokorila in pokore pa je mogoče v vsakršnem primeru naložiti z odločbo.

§ 2. Z odločbo ni mogoče naložiti ali razglasiti trajnih kazni in ne kazni, ki jih zakon ali ukaz, s katerim so določene, prepoveduje naložiti z odločbo.

§ 3. Kar je v zakonu ali ukazu rečeno o sodniku glede nalaganja ali razglašanja kazni s sodbo, velja tudi za predstojnika, ki nalaga ali razglaša kazen z odločbo mimo sodbe, razen če je razvidno družače, in če gre za predpise, ki se tičejo samo načina postopka.

Kan. 1343 — Če zakon ali ukaz daje sodniku oblast naložiti ali ne naložiti kazen, sme sodnik po svoji vesti in preudarnosti kazen tudi omiliti ali namesto nje naložiti pokoro.

Kan. 1344 — Čeprav zakon uporablja zapovedujoče besede, more sodnik po svoji vesti in preudarnosti:

1. naložitev kazni odložiti na ugodnejši čas, če predvideva, da bo zaradi prenaglega kaznovanja storilca nastalo večje zlo;

2. naložitev kazni opustiti ali naložiti milejšo kazen ali določiti pokoro, če se je storilec poboljšal in je pohujšanje popravil, ali če je bil zadostno kaznovan, ali se predvideva, da bo kaznovan od civilne oblasti;

3. odložiti obveznost prestati zadostilno kazen, če je storilec po zglednem življenju prvič storil kaznivo dejanje in ni treba takoj odpraviti pohujšanja, vendar tako, da bo prestal za vsako od obeh kaznivih dejanj dolžno kazen, če bo storilec v času, ki ga določi

ab ipso iudice determinatum rursus deliquerit, poenam utriusque delicto debitam luat, nisi interim tempus decurrerit ad actionis poenalis pro priore delicto praescriptionem.

Can. 1345 — Quoties delinquens vel usum rationis imperfectum tantum habuerit, vel delictum ex metu vel necessitate vel passionis aestu vel in ebrietate aliave simili mentis perturbatione patraverit, iudex potest etiam a qualibet punitione irroganda abstinere, si censeat aliter posse melius consuli eius emendationi.

Can. 1346 — Quoties reus plura delicta patraverit, si nimius videatur poenarum ferenda sententiae cumulus, prudenti iudicis arbitrio relinquitur poenas intra aequos terminos moderari.

Can. 1347 — § 1. Censura irrogari valide nequit, nisi antea reus semel saltem monitus sit aut a contumacia recedat, dato congruo ad resipiscentiam tempore.

§ 2. A contumacia recessisse dicendus est reus, quem delicti vere paenituerit, quique praeterea congruam damnorum et scandali reparationem dederit vel saltem serio promiserit.

Can. 1348 — Cum reus ab accusatione absolvitur vel nulla poena ei irrogatur, Ordinarius potest opportunis monitis aliquis pastoralis sollicitudinis viis, vel etiam, si res ferat, poenalibus remediis eius utilitati et publico bono consulere.

Can. 1349 — Si poena sit indeterminata neque aliud lex caveat, iudex poenas graviores, praesertim censuras, ne irroget, nisi casus gravitas id omnino postulet; perpetuas autem poenas irrogare non potest.

Can. 1350 — § 1. In poenis clero irrogandis semper cavendum est, ne iis quae ad honestam sustentationem sunt necessaria ipse carent, nisi agatur de dimissione e statu clericali.

§ 2. Dimisso autem e statu clericali, qui propter poenam vere indigeat, Ordinarius meliore quo fieri potest modo providere curet.

Can. 1351 — Poena reum ubique tenet, etiam resoluto iure eius qui poenam constituit vel irrogavit, nisi aliud expresse caveatur.

Can. 1352 — § 1. Si poena vetet recipere sacramenta vel sacramentalia, vetitum suspenditur, quamdiu reus in mortis periculo versatur.

§ 2. Obligatio servandi poenam latae sententiae, quae neque declarata sit neque sit notoria in loco ubi delinquens versatur, eatenus

sodnik sam, spet storil kaznivo dejanje, razen če je medtem potekel čas zastaranja za kazensko ukrepanje glede prejšnjega kaznivega dejanja.

Kan. 1345 — Kadar je storilec kaznivega dejanja mogel le nepopolno razumno ravnati, ali je kaznivo dejanje storil iz strahu, v sili, v navalu strasti, v pijanosti ali zaradi druge podobne duševne motnje, more sodnik opustiti tudi naložitev katerekoli kazni, če meni, da bo drugače mogoče bolje poskrbeti za njegovo poboljšanje.

Kan. 1346 — Kadar je storilec storil več kaznivih dejanj in, če se zdi, da bo zagroženih kazni preveč, se prepusta sodnikovemu razsodnemu preudarku, da kazni odmeri v primernih mejah.

Kan. 1347 — § 1. Cenzure ni mogoče veljavno naložiti, razen če je bil storilec prej vsaj enkrat posvarjen, naj odstopi od trdovratnosti in mu je bil dan ustrezan čas za spamerovanje.

§ 2. Reči je treba, da se je storilec odvrnil od trdovratnosti, če se je kaznivega dejanja resnično kesal in če je poleg tega ustrezno popravil škodo in pohujšanje ali je to vsaj resno obljudil.

Kan. 1348 — Če je storilec oproščen obtožbe ali mu ni naložena nobena kaznen, more ordinarij v njegovo korist in javni blagor poskrbeti z ustreznimi opomini in drugimi načini pastoralnega prizadevanja ali tudi, če je potrebno, s pokorili.

Kan. 1349 — Če je kaznen nedoločena in zakon tudi ne predvideva kaj drugega, naj sodnik ne nalaga hujših kazni, zlasti ne cenzur, razen če teža primera to vsekakor zahteva; ne more pa naložiti trajnih kazni.

Kan. 1350 — § 1. Pri nalaganju kazni kleriku je treba vedno paziti, da ne bo ostal brez tistega, kar potrebuje za dostojno vzdrževanje, razen če gre za odslovitev iz kleriškega stanu.

§ 2. Za tistega, ki je odslovljen iz kleriškega stanu in je zaradi kazneni v resnični stiski, naj ordinarij poskrbi na kar najboljši način.

Kan. 1351 — Storilca veže kaznen povsod, tudi če je prenehalo pravo tistega, ki je kaznen določil ali naložil, razen če ni izrečeno določeno kaj drugega.

Kan. 1352 — § 1. Če kaznen prepoveduje prejemati zakramente ali zakramentale, prepoved preneha, dokler je storilec v smrtni nevarnosti.

§ 2. Dolžnost prestajanja vnaprej izrečene kazni, ki ni bila razglašena in ni splošno znana v kraju, kjer se storilec kaznivega dejanja zadržuje, toliko preneha v celoti ali delno, kolikor se je

ex toto vel ex parte suspenditur, quatenus reus eam servare nequeat sine periculo gravis scandali vel infamiae.

Can. 1353 — Appellatio vel recursus a sententiis iudicialibus vel a decretis, quae poenam quamlibet irrogent vel declarant, habent effectum suspensivum.

Titulus VI DE POENARUM CESSATIONE

Can. 1354 — § 1. Praeter eos, qui in cann. 1355-1356 recensentur, omnes, qui a lege, quae poena munita est, dispensare possunt vel a praecepto poenam comminanti eximere, possunt etiam eam poenam remittere.

§ 2. Potest praeterea lex vel praceptum, poenam constituens, aliis quoque potestatem facere remittendi.

§ 3. Si Apostolica Sedes poenae remissionem sibi vel aliis reservaverit, reservatio stricte est interpretanda.

Can. 1355 — § 1. Poenam lege constitutam, si sit irrogata vel declarata, remittere possunt, dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata:

1^o Ordinarius, qui iudicum ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit;

2^o Ordinarius loci in quo delinquens versatur, consulto tamen, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, Ordinario, de quo sub n. 1.

§ 2. Poenam latae sententiae nondum declaratam lege constitutam, si Sedi Apostolicae non sit reservata, potest Ordinarius remittere suis subditis et iis qui in ipsius territorio versantur vel ibi deliquerint, et etiam quilibet Episcopus in actu tamen sacramentalis confessionis.

Can. 1356 — § 1. Poenam ferendae vel latae sententiae constitutam pracepto quod non sit ab Apostolica Sede latum, remittere possunt:

1^o Ordinarius loci, in quo delinquens versatur;

2^o si poena sit irrogata vel declarata, etiam Ordinarius qui iudicum ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit.

§ 2. Antequam remissio fiat, consulendum est, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, pracepti auctor.

storilec ne more držati brez nevarnosti velikega pohujšanja ali sramote.

Kan. 1353 — Priziv ali pritožba zoper sodbe sodišča ali zoper odločbe, ki nalagajo ali razglašajo katerokoli kazen, imata odložilni učinek.

Šesti naslov PRENEHANJE KAZNI

Kan. 1354 — § 1. Razen tistih, ki so našteti v kan. 1355—1356, morejo vsi, ki lahko dajo spregled zakona, ki je zavarovan s kaznijo, ali izvzamejo od ukaza, ki grozi s kaznijo, to kazen tudi odpustiti.

§ 2. Zakon ali ukaz, ki določa kazen, more poleg tega tudi drugim dati oblast odpustiti kazen.

§ 3. Če je apostolski sedež sebi ali drugim pridržal odpustitev kazni, je treba pridržanje ozko razlagati.

Kan. 1355 — § 1. Kazen, ki je določena po zakonu, pa naj je naložena ali razglašena, more odpustiti, da le ni pridržana apostolskemu sedežu:

1. ordinarij, ki je uvedel postopek za naložitev ali razglasitev kazni, ali jo je sam ali po drugem z odločbo naložil ali razglasil;

2. ordinarij kraja, kjer se storilec kaznivega dejanja zadržuje, vendar po posvetu z ordinarijem, o katerem govori št. 1, razen če je zaradi izrednih okoliščin to nemogoče.

§ 2. Ordinarij more svojim podrejenim in tistim, ki se zadržujejo na njegovem ozemlju ali so tam storili kaznivo dejanje, odpustiti z zakonom določeno vnaprej izrečeno še ne razglašeno kazen, če ni pridržana apostolskemu sedežu, pa tudi katerikoli škof, vendar v dejanju zakramentalne spovedi.

Kan. 1356 — § 1. Zagroženo ali vnaprej izrečeno kazen, ki je določena po ukazu, ki ga ni izdal apostolski sedež, more odpustiti:

1. ordinarij kraja, kjer se storilec zadržuje;

2. tudi ordinarij, ki je uvedel sodni postopek za naložitev ali razglasitev kazni, ali jo je sam ali po drugem z odločbo naložil ali razglasil, če je kazen naložena ali razglašena.

§ 2. Preden se podeli odpustitev, se je treba posvetovati s tistim, ki je izdal ukaz, razen če je to zaradi izrednih okoliščin nemogoče.

Can. 1357 — § 1. Firmis praescriptis cann. 508 et 976, censuram latae sententiae excommunicationis vel interdicti non declaratam confessarius remittere potest in foro interno sacramentali, si paenitenti durum sit in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat.

§ 2. In remissione concedenda confessarius paenitenti onus iniungat recurrendi intra mensem sub poena reincidentiae ad Superiorum competentem vel ad sacerdotem facultate praeditum, et standi huius mandatis; interim imponat congruam paenitentiam et, quatenus urget, scandali et damni reparationem; recursus autem fieri potest etiam per confessarium, sine nominis mentione.

§ 3. Eodem onere recurrendi tenentur, postquam convaluerint, ii quibus ad normam can. 976 remissa est censura irrogata vel declarata vel Sedi Apostolicae reservata.

Can. 1358 — § 1. Remissio censurae dari non potest nisi delinquenti qui a contumacia, ad normam can. 1347, § 2, recesserit; recipienti autem denegari nequit.

§ 2. Qui censuram remittit, potest ad normam can. 1348 providere vel etiam paenitentiam imponere.

Can. 1359 — Si quis pluribus poenis detineatur, remissio valet tantummodo pro poenis in ipsa expressis; generalis autem remissio omnes aufert poenas, iis exceptis quas in petitione reus mala fide reticuerit.

Can. 1360 — Poenae remissio metu gravi extorta irrita est.

Can. 1361 — § 1. Remissio dari potest etiam absenti vel sub condicione.

§ 2. Remissio in foro externo detur scripto, nisi gravis causa aliud suadeat.

§ 3. Caveatur ne remissionis petitio vel ipsa remissio divulgetur, nisi quatenus id vel utile sit ad rei famam tuendam vel necessarium ad scandalum reparandum.

Can. 1362 — § 1. Actio criminalis praescriptione extinguitur trienio, nisi agatur:

1^o de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis;
2^o de actione ob delicta de quibus in cann. 1394, 1395, 1397, 1398, quae quinquennio praescribitur;

3^o de delictis quae non sunt iure communi punita, si lex particularis alium praescriptionis terminum statuerit.

Kan. 1357 — § 1. Če je spovedancu težko ostati v stanju velikega greha za čas, ki je potreben, da pristojni predstojnik v zadevi odloči, more spovednik v notranjem zakrumentalnem področju odpustiti vnaprej izrečeno nerazglašeno cenzuro izobčenja ali interdikta, upoštevajoč predpise kan. 508 in 976.

§ 2. Spovednik naj spovedancu pri podelitvi odpustitve naloži dolžnost, da se mora pod kaznijo ponovne zapadlosti cenzuri v enem mesecu obrniti na pristojnega predstojnika ali pooblaščenega duhovnika in se ravnat po njegovih naročilih; medtem naj naloži ustrezeno pokoro in, če je nujno, poravnanje pohujšanja in škode; to pa je mogoče storiti tudi po spovedniku, brez navedbe imena.

§ 3. Prav tako dolžnost obrniti se na pristojnega predstojnika ali pooblaščenega duhovnika veže tiste, ki so po določbi kan. 976 doobili odpustitev naložene ali razglašene ali apostolskemu sedežu pridržane cenzure, potem ko so ozdraveli.

Kan. 1358 — § 1. Cenzuro odpustiti je mogoče samo storilcu, ki je po določbi kan. 1347, § 2 odstopil od trdovratnosti; tistemu, ki odstopi od trdovratnosti, pa je ni mogoče odreči.

§ 2. Kdor odpusti cenzuro, more ukrepati po kan. 1348 ali tudi naložiti pokoro.

Kan. 1359 — Če je koga zadelo več kazni, velja odpustitev samo za kazni, ki so v njej izrečeno omenjene; splošna odpustitev pa ovzame vse kazni razen tistih, ki jih je storilec v prošnji zamolčal v slabí veri.

Kan. 1360 — Odpustitev kazni, ki je bila izsiljena z velikim strahom, je nična.

Kan. 1361 — § 1. Odpustitev je mogoče podeliti tudi odsotnemu ali pogojno.

§ 2. Odpustitev v zunanjem področju naj se da pismeno, razen če tehten razlog svetuje kaj drugega.

§ 3. Paziti je treba, da se za prošnjo za odpustitev ali za samo odpustitev ne zve, razen kolikor je to koristno za varovanje dobrega imena storilca ali potrebno za popravo pohujšanja.

Kan. 1362 — § 1. Kazenska tožba zastara v treh letih, razen če gre za:

1. kazniva dejanja, ki so pridržana kongregaciji za verski nauk;
2. tožbo zaradi kaznivih dejanj, naštetih v kan. 1394, 1395, 1397, 1398, ki zastara v petih letih;
3. kazniva dejanja, ki niso kazniva po splošnem pravu, če je območni zakon določil drug rok zastaranja.

§ 2. Praescriptio decurrit ex die quo delictum patratum est, vel, si delictum sit permanens vel habituale, ex die quo cessavit.

Can. 1363 — § 1. Si intra terminos de quibus in can. 1362, ex die quo sententia condemnatoria in rem iudicatam transierit computandos, non sit reo notificatum exsecutorium iudicis decretum de quo in can. 1651, actio ad poenam exsequendam praescriptione extinguitur.

§ 2. Idem valet, servatis servandis, si poena per decretum extra iudicium irrogata sit.

Pars II DE POENIS IN SINGULA DELICTA

Titulus I

DE DELICTIS CONTRA RELIGIONEM ET ECCLESIAE UNITATEM

Can. 1364 — § 1. Apostata a fide, haereticus vel schismaticus in excommunicationem latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 194, § 1, n. 2; clericus praeterea potest poenis, de quibus in can. 1336, § 1, nn. 1, 2 et 3, puniri.

§ 2. Si diuturna contumacia vel scandali gravitas postulet, aliae poenae addi possunt, non excepta dimissione e statu clericali.

Can. 1365 — Reus vetitae communicationis in sacris iusta poena puniatur.

Can. 1366 — Parentes vel parentum locum tenentes, qui liberos in religione acatholica baptizandos vel educandos tradunt, censura aliave iusta poena puniantur.

Can. 1367 — Qui species consecratas abicit aut in sacrilegum finem abducit vel retinet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, puniri potest.

Can. 1368 — Si quis, asserens vel promittens aliquid coram ecclesiastica auctoritate, periurium committit, iusta poena puniatur.

Can. 1369 — Qui in publico spectaculo vel concione, vel in scripto publice evulgato, vel aliter instrumentis communicationis socialis

§ 2. Zastaranje začne teči od dne, ko je bilo kaznivo dejanje storjeno ali, če je kaznivo dejanje trajajoče ali iz navade, od dne, ko je prenehalo.

Kan. 1363 — § 1. Če v rokih, o katerih govori kan. 1362, ki jih je treba šteti od dne, ko je obsodilna sodba postala pravnomočna, storilcu ni sporočena izvršna odločba sodnika, o kateri govori kan. 1651, postopek za izvršitev kazni zastara.

§ 2. Isto velja, upoštevajoč ustreznega določila, če je kaznen naložen z odločbo mimo sodnega postopka.

Drugi del KAZNI ZA POSAMEZNA KAZNIVA DEJANJA

Prvi naslov

KAZNIVA DEJANJA PROTI VERI IN EDINOSTI CERKVE

Kan. 1364 — § 1. Ob veljavnosti predpisa kan. 194, § 1, št. 2 zadene vnaprej izrečeno izobčenje odpadnika od vere, krivoverca ali razkolnika; klerika je poleg tega mogoče kaznovati s kaznimi, o katerih govori kan. 1336, § 1, št. 1, 2 in 3.

§ 2. Če zahteva dolgorajna trdovratnost ali veliko pohujšanje, je mogoče dodati druge kazni, ne izvzemši odslovitev iz kleriškega stanu.

Kan. 1365 — Kdor je zagrešil prepovedano udeležbo pri skupnosti svetih obredov, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Kan. 1366 — Starši ali njihovi namestniki, ki dajo otroke krstiti ali vzgajati v nekatoliški veri, naj se kaznujejo s cenzuro ali z drugo pravično kaznijo.

Kan. 1367 — Kdor svete podobe kruha in vina odvrže, jih s svetoskrunskim namenom vzame ali obdrži, ga zadene vnaprej izrečeno apostolskemu sedežu pridržano izobčenje; klerika je poleg tega mogoče kaznovati z drugo kaznijo, ne izvzemši odslovitev iz kleriškega stanu.

Kan. 1368 — Če kdo zagreši krivo prisego, ko pred cerkveno oblastjo nekaj potrjuje ali obljudbla, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Kan. 1369 — Kdor na javnem prostoru, v govoru, v pisaju, razširjenem v javnosti ali, uporabljajoč sredstva družbenega obvešča-

utens, blasphemiam profert, aut bonos mores graviter laedit, aut in religionem vel Ecclesiam iniurias exprimit vel odium contemptumve excitat, iusta poena puniatur.

Titulus II

DE DELICTIS CONTRA ECCLESIASTICAS AUCTORITATES ET ECCLESIAE LIBERTATEM

Can. 1370 — § 1. Qui vim physicam in Romanum Pontificem adhibet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit, cui, si clericus sit, alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, pro delicti gravitate addi potest.

§ 2. Qui id agit in eum qui episcopali chartere pollet, in interdictum latae sententiae et, si sit clericus, etiam in suspensionem latae sententiae incurrit.

§ 3. Qui vim physicam in clericum vel religiosum adhibet in fidei vel Ecclesiae vel ecclesiasticae potestatis vel ministerii contemptum, iusta poena puniatur.

Can. 1371 — Iusta poena puniatur:

1^o qui, praeter casum de quo in can. 1364, § 1, doctrinam a Romano Pontifice vel a Concilio Oecumenico damnatam docet vel doctrinam, de qua in can. 752, pertinaciter respuit, et ab Apostolica Sede vel ab Ordinario admonitus non retractat;

2^o qui aliter Sedi Apostolicae, Ordinario, vel Superiori legitimate praecipienti vel prohibenti non obtemperat, et post monitum in inobedientia persistit.

Can. 1372 — Qui contra Romani Pontificis actum ad Concilium Oecumenicum vel ad Episcoporum collegium recurrit censura puniatur.

Can. 1373 — Qui publice aut subditorum simultates vel odia aduersus Sedem Apostolicam vel Ordinarium excitat propter aliquem potestatis vel ministerii ecclesiastici actum, aut subditos ad inobedientiam in eos provocat, interdicto vel aliis iustis poenis puniatur.

Can. 1374 — Qui nomen dat consociationi, quae contra Ecclesiam machinatur, iusta poena puniatur; qui autem eiusmodi consociationem promovet vel moderatur, interdicto puniatur.

Can. 1375 — Qui impediunt libertatem ministerii vel electionis vel potestatis ecclesiasticae aut legitimum bonorum sacrorum alior-

nja, bogokletno nastopi ali hudo žali nravnost ali se žaljivo izraža glede vere ali Cerkve ali zbuja sovraščvo ali prezir, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Drugi naslov

KAZNIVA DEJANJA PROTI CERKVENIM OBLASTEM IN SVOBODI CERKVE

Kan. 1370 — § 1. Kdor uporabi fizično silo proti rimskemu papežu, ga zadene vnaprej izrečeno apostolskemu sedežu pridržano izobčenje, ki mu je, če je klerik, mogoče glede na težo kaznivega dejanja dodati drugo kazen, ne izvzemši odslovitev iz kleriškega stanu.

§ 2. Kdor to stori proti tistemu, ki ima škofovsko neizbrisno znamenje, ga zadene vnaprej izrečen interdikt in, če je klerik, tudi vnaprej izrečen suspenz.

§ 3. Kdor uporabi fizično silo proti kleriku ali redovniku iz prezira vere, Cerkve, cerkvene oblasti ali službe, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Kan. 1371 — S pravično kaznijo naj se kaznuje:

1. tisti, ki razen primera, o katerem govori kan. 1364, § 1, uči nauk, obsojen od rimskega papeža ali vesoljnega cerkvenega zpora, ali nauk, o katerem govori kan. 752, trdovratno zavrača, in tega, ko ga je apostolski sedež ali ordinarij posvaril, ne opusti;

2. tisti, ki drugače ni pokoren apostolskemu sedežu, ordinariju ali predstojniku, ko zakonito zapoveduje ali prepoveduje, in po opominu vztraja v nepokorščini.

Kan. 1372 — Kdor se proti odločitvi rimskega papeža pritoži na vesoljni cerkveni zbor ali na škofovski zbor, naj se kaznuje s cenzuro.

Kan. 1373 — Kdor javno zbuja mržnjo ali sovraščvo podrejenih proti apostolskemu sedežu ali ordinariju zaradi kakega dejanja cerkvene oblasti ali službe, ali podrejene poziva k nepokorščini do njiju, naj se kaznuje z interdiktom ali drugimi pravičnimi kaznimi.

Kan. 1374 — Kdor se vpiše v združenje, ki spletkari proti Cerkvi, naj se kaznuje s pravično kaznijo; kdor pa takšno združenje razširja ali vodi, naj se kaznuje z interdiktom.

Kan. 1375 — Tisti, ki ovirajo svobodo službe ali volitev ali cerkvene oblasti ali zakonito rabo svetih dobrin ali drugega cerkve-

umve ecclesiasticorum bonorum usum, aut perterrent electorem vel electum vel eum qui potestatem vel ministerium ecclesiasticum exercuit, iusta poena puniri possunt.

Can. 1376 — Qui rem sacram, mobilem vel immobilem, profanat iusta poena puniatur.

Can. 1377 — Qui sine praescripta licentia bona ecclesiastica alienat, iusta poena puniatur.

Titulus III

DE MUNERUM ECCLESIASTICORUM USURPATIONE DEQUE DELICTIS IN IIS EXERCENDIS

Can. 1378 — § 1. Sacerdos qui contra praescriptum can. 977 agit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit.

§ 2. In poenam latae sententiae interdicti vel, si sit clericus, suspensionis incurrit:

1º qui ad ordinem sacerdotalem non promotus liturgicam eucharistici Sacrificii actionem attentat;

2º qui, praeter casum de quo in § 1, cum sacramentalem absolutionem dare valide nequeat, eam impertire attentat, vel sacramentalē confessionem audit.

§ 3. In casibus de quibus in § 2, pro delicti gravitate, aliae poenae, non exclusa excommunicatione, addi possunt.

Can. 1379 — Qui, praeter casus de quibus in can. 1378, sacramentum se administrare simulat, iusta poena puniatur.

Can. 1380 — Qui per simoniam sacramentum celebrat vel recipit, interdicto vel suspensione puniatur.

Can. 1381 — § 1. Quicumque officium ecclesiasticum usurpat, iusta poena puniatur.

§ 2. Usurpationi aequiparatur illegitima, post privationem vel cessationem a munere, eiusdem retentio.

Can. 1382 — Episcopus qui sine pontificio mandato aliquem consecrat in Episcopum, itemque qui ab eo consecrationem recipit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurront.

Can. 1383 — Episcopus qui, contra praescriptum can. 1015, alienum subditum sine legitimis litteris dimissoriis ordinavit, prohibetur

nega premoženja, ali strahujejo volivca ali izvoljenega ali tistega, ki je izvrševal cerkveno oblast ali službo, se lahko kaznujejo s pravično kaznijo.

Kan. 1376 — Kdor premično ali nepremično sveto stvar oskruni, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Kan. 1377 — Kdor brez predpisane dovoljenja odtuje cerkveno premoženje, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Tretji naslov

PRISVAJANJE CERKVENIH OPRAVIL IN KAZNIVA DEJANJA PRI NJIHOVEM OPRAVLJANJU

Kan. 1378 — § 1. Duhovnika, ki ravna proti predpisu kan. 977, zadene vnaprej izrečeno apostolskemu sedežu pridržano izobčenje.

§ 2. Vnaprej izrečena kazen interdikta ali suspenza, če je klerik, zadene:

1. tistega, ki ni povzdignjen v duhovniški red, pa poskuša opraviti liturgično opravilo evharistične daritve;

2. tistega, ki, razen primera, o katerem govori § 1, poskuša podeliti zakramentalno odvezo, ko je ne more veljavno dati, ali sprejme zakramentalno spoved.

§ 3. V primerih, o katerih govori § 2, je mogoče glede na težo dejanja dodati druge kazni, ne izvzemši izobčenje.

Can. 1379 — Tisti, ki poleg primerov, naštetih v kan. 1378, hlini podeljevanje zakramenta, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Can. 1380 — Kdor simonistično obhaja ali prejme zakrament, naj se kaznuje z interdiktom ali suspenzom.

Can. 1381 — § 1. Kdorkoli si prisvoji cerkveno službo, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

§ 2. Prisvojitvi je enako nezakonito zadrževanje le-te po odvezemu ali prenehanju naloge.

Can. 1382 — Škofa, ki brez papeškega naročila posveti koga za škofa, in enako tistega, ki od njega prejme posvečenje, zadene vnaprej izrečeno apostolskemu sedežu pridržano izobčenje.

Can. 1383 — Škof, ki proti predpisu kan. 1015 brez zakonite odpustnice podeli sveti red tujemu podrejenemu, ne sme eno leto po-

per annum ordinem conferre. Qui vero ordinationem recepit, est ipso facto a recepto ordine suspensus.

Can. 1384 — Qui, praeter casus, de quibus in cann. 1378—1383, sacerdotale munus vel aliud sacrum ministerium illegitime exsequitur, iusta poena puniri potest.

Can. 1385 — Qui quaestum illegitime facit ex Missae stipe, censura vel alia iusta poena puniatur.

Can. 1386 — Qui quidvis donat vel pollicetur ut quis, munus in Ecclesia exercens, illegitime quid agat vel omittat, iusta poena puniatur; item qui ea dona vel pollicitationes acceptat.

Can. 1387 — Sacerdos, qui in actu vel occasione vel praetextu confessionis paenitentem ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum sollicitat, pro delicti gravitate, suspensione, prohibitionibus, privationibus puniatur, et in casibus gravioribus dimittatur e statu clericali.

Can. 1388 — § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violat, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; qui vero indirecte tantum, pro delicti gravitate puniatur.

§ 2. Interpres aliquie, de quibus in can. 983, § 2, qui secretum violent, iusta poena puniantur, non exclusa excommunicatione.

Can. 1389 — § 1. Ecclesiastica potestate vel munere abutens pro actus vel omissionis gravitate puniatur, non exclusa officii privatione, nisi in eum abusum iam poena sit lege vel praecepto constituta.

§ 2. Qui vero, ex culpabili neglegentia, ecclesiasticae potestatis vim ministerii vel muneris actum illegitime cum damno alieno ponit vel omittit, iusta poena puniatur.

Titulus IV DE CRIMINE FALSI

Can. 1390 — § 1. Qui confessarium de delicto, de quo in can. 1387, apud ecclesiasticum Superiorum falso denuntiat, in interdictum latae sententiae incurrit et, si sit clericus, etiam in suspensionem.

§ 2. Qui alias ecclesiastico Superiori calumniosam praebet delicti denuntiationem, vel aliter alterius bonam famam laedit, iusta poena, non exclusa censura, puniri potest.

deljevati svetih redov. Tisti, ki sveti red prejme, pa je že s tem dejanjem suspendiran od prejetega reda.

Kan. 1384 — Kdor poleg primerov, naštetih v kan. 1378—1383, nezakonito opravlja duhovniško nalogu ali drugo sveto službo, ga je mogoče kaznovati s pravično kaznijo.

Kan. 1385 — Kdor si z darovi za maše nezakonito ustvarja dobiček, naj se kaznuje s cenzuro ali drugo pravično kaznijo.

Kan. 1386 — Kdor karkoli podari ali oblubi, da bi kdo, ki v Cerkvi opravlja nalogu, kaj nezakonito storil ali opustil, naj se kaznuje s pravično kaznijo; prav tako tisti, ki te darove ali oblube sprejme.

Kan. 1387 — Duhovnik, ki pri sami spovedi, ob priložnosti ali pod pretvezo spovedi spovedanca zapeljuje h grehu proti šesti božji zapovedi, naj se glede na težo kaznivega dejanja kaznuje s suspenzom, prepovedmi ali odvzemti, v hujših primerih pa naj se odslovi iz kleriškega stanu.

Kan. 1388 — § 1. Spovednika, ki neposredno prekrši spovedno molčečnost, zadene vnaprej izrečeno apostolskemu sedežu pridržano izobčenje; kdor pa le posredno, naj se kaznuje po teži kaznivega dejanja.

§ 2. Prevajalec in drugi, o katerih govori kan. 983, § 2, ki prekršijo spovedno molčečnost, naj se kaznujejo s pravično kaznijo, ne izvzemši izobčenje.

Kan. 1389 — § 1. Kdor zlorabi cerkveno oblast ali nalogu, naj se kaznuje po teži dejanja ali opustitve, ne izvzemši odvzem službe, razen če je za to zlorabo v zakonu ali ukazu kazen že določena.

§ 2. Kdor pa zaradi zakrivljene malomarnosti nezakonito opravi ali opusti dejanje cerkvene oblasti, službe ali naloge v tujo škodo, naj se kaznuje s pravično kaznijo.

Četrти naslov KRIVA OVADBA IN PONEVERBA

Kan. 1390 — § 1. Kdor spovednika pri cerkvenem predstojniku po krivem ovadi za kaznivo dejanje, o katerem govori kan. 1387, ga zadene vnaprej izrečen interdikt; če pa je klerik, tudi suspenz.

§ 2. Kdor cerkvenemu predstojniku poda drugo krivo ovadbo o kaznivem dejanju ali drugače škoduje dobremu imenu drugega, ga je mogoče kaznovati s pravično kaznijo, ne izvzemši cenzuro.

§ 3. Calumniator potest cogi etiam ad congruam satisfactionem praestandam.

Can. 1391 — Iusta poena pro delicti gravitate puniri potest:

1^o qui ecclesiasticum documentum publicum falsum conficit, vel verum mutat, destruit, occultat, vel falso vel mutato utitur;

2^o qui alio falso vel mutato documento utitur in re ecclesiastica;

3^o qui in publico ecclesiastico documento falsum asserit.

Titulus V

DE DELICTIS CONTRA SPECIALES OBLIGATIONES

Can. 1392 — Clerici vel religiosi mercaturam vel negotiationem contra canonum praescripta exercentes pro delicti gravitate puniantur.

Can. 1393 — Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, iusta poena puniri potest.

Can. 1394 — § 1. Firma praescripto can. 194, § 1, n. 3, clericus matrimonium, etiam civiliter tantum, attentans, in interdictum latae sententiae incurrit; quod si monitus non resipuerit et scandalum dare perrexerit, gradatim privationibus ac vel etiam dimissione e statu clericali puniri potest.

§ 2. Religiosus a votis perpetuis, qui non sit clericus, matrimonium etiam civiliter tantum attentans in interdictum latae sententiae incurrit, firma praescripto can. 694.

Can. 1395 — § 1. Clericus concubinarius, praeter casum de quo in can. 1394, et clericus in alio peccato externo contra sextum Decalogi praeceptum cum scando permanens, suspensione puniantur, cui, persistente post monitionem delicto, aliae poenae gradatim addi possunt usque ad dimissionem e statu clericali.

§ 2. Clericus qui aliter contra sextum Decalogi praeceptum deliquerit, si quidem delictum vi vel minis vel publice vel cum minore infra aetatem sedecim annorum patratum sit, iustis poenis puniatur, non exclusa, si casus ferat, dimissione e statu clericali.

Can. 1396 — Qui graviter violat residentiae obligationem cui ratione ecclesiastici officii tenetur, iusta poena puniatur, non exclusa, post monitionem, officii privatione.

§ 3. Od tistega, ki je podal krivo ovadbo, je mogoče zahtevati tudi, da da primerno zadoščenje.

Kan. 1391 — S pravično kaznijo je po teži krivde mogoče kaznovati:

1. tistega, ki javno cerkveno listino ponaredi ali verodostojno listino spremeni, uniči, skriva ali ponarejeno ali spremenjeno uporabi;

2. tistega, ki uporabi drugo ponarejeno ali spremenjeno listino v cerkveni zadevi;

3. tistega, ki v javni cerkveni listini zatrjuje neresnico.

Peti naslov

KAZNIVA DEJANJA PROTI POSEBNIM DOLŽNOSTIM

Can. 1392 — Kleriki ali redovniki, ki proti predpisom kanonov opravljajo trgovske ali kupčijske posle, naj se kaznujejo po teži kaznivega dejanja.

Can. 1393 — Kdor krši obveznosti, ki so mu naložene kot kazneni, se lahko kaznuje s pravično kaznijo.

Can. 1394 — § 1. Klerika, ki poskuša skleniti zakon, čeprav samo civilni, zadene vnaprej izrečena suspenza, velja pa predpis kan. 194, § 1, št. 3; če se po opominu ne spameruje in še naprej daje pohujšanje, ga je mogoče postopoma kaznovati z odvzemili ali tudi celo z odslovitvijo iz kleriškega stanu.

§ 2. Redovnika z večnimi zaobljubami, ki ni klerik, in poskuša skleniti zakon, čeprav samo civilni, zadene vnaprej izrečena suspenza, velja pa kan. 694.

Can. 1395 — § 1. Klerik priležnik, poleg primera, o katerem govori kan. 1394, in klerik, ki s pohujšanjem vztraja v drugem zunanjem grehu proti šesti božji zapovedi, naj se kaznjujeta s suspenzom, mogoče pa mu je, če tudi po opominu vztraja v kaznivem dejanju, postopoma dodati druge kazni do odslovitve iz kleriškega stanu.

§ 2. Klerik, ki se je drugače pregrešil proti šesti božji zapovedi, a je kaznivo dejanje storil z nasiljem ali grožnjo ali javno ali z osebo pod šestnajstim letom starosti, naj se kaznuje s pravično kaznijo, ne izvzemši odslovitev iz kleriškega stanu, če primer zahteva.

Can. 1396 — Kdor se hudo pregreši proti dolžnostim rezidence, ki ga veže zaradi cerkvene službe, naj se kaznuje s pravično kaznijo, ne izvzemši odvzem službe, ko bil prej opomnjen.

Titulus VI
DE DELICTIS CONTRA HOMINIS
VITAM ET LIBERTATEM

Can. 1397 — Qui homicidium patrat, vel hominem vi aut fraude rapit vel detinet vel mutilat vel graviter vulnerat, privationibus et prohibitionibus, de quibus in can. 1336, pro delicti gravitate puniatur; homicidium autem in personas de quibus in can. 1370, poenis ibi statutis punitur.

Can. 1398 — Qui abortum procurat, effectu secuto, in excommunicationem latae sententiae incurrit.

Titulus VII
NORMA GENERALIS

Can. 1399 — Praeter casus hac vel aliis legibus statutos, divinae vel canonicae legis externa violatio tunc tantum potest iusta quidem poena puniri, cum specialis violationis gravitas punitionem postulat, et necessitas urget scandala praeveniendi vel reparandi.

Šesti naslov
KAZNIVO DEJANJE PROTI ČLOVEŠKEMU ŽIVLJENJU
IN SVOBODI

Kan. 1397 — Kdor zgreši umor, človeka s silo ali zvijačo ugrabi, zadržuje, pohabi ali hudo rani, naj se po teži kaznivega dejanja kaznuje z odvzemi in prepovedmi, o katerih govori kan. 1336; umor oseb, o katerih govori kan. 1370, se kaznuje s tam določenimi kaznimi.

Kan. 1398 — Kdor učinkovito oskrbi odpravo plodu, ga zadene vnaprej izrečeno izobčenje.

Sedmi naslov
SPLOŠNA DOLOČBA

Kan. 1399 — Poleg primerov, ki jih določajo ta ali drugi zakoni, je zunanjo kršitev božjega ali cerkvenega zakona mogoče kaznovati s pravično kaznijo le tedaj, kadar posebna teža kršitve kaznovanje zahteva in je nujno treba pohujšanja preprečiti ali popraviti.

**Liber VII
DE PROCESSIBUS**

**Pars I
DE IUDICIIS IN GENERE**

Can. 1400 — § 1. Obiectum iudicii sunt:

1º personarum physicarum vel iuridicarum iura persequenda aut vindicanda, vel facta iuridica declaranda;

2º delicta, quod spectat ad poenam irrogandam vel declarandam.

§ 2. Attamen controversiae ortae ex actu potestatis administrativae deferri possunt solummodo ad Superiorem vel ad tribunal administrativum.

Can. 1401 — Ecclesia iure proprio et exclusivo cognoscit:

1º de causis quae respiciunt res spirituales et spiritualibus adnexas;

2º de violatione legum ecclesiasticarum deque omnibus in quibus inest ratio peccati, quod attinet ad culpae definitionem et poenarum ecclesiasticarum irrogationem.

Can. 1402 — Omnia Ecclesiae tribunalia reguntur canonibus qui sequuntur, salvis normis tribunalium Apostolicae Sedis.

Can. 1403 — § 1. Causae canonizationis Servorum Dei reguntur peculiari lege pontificia.

§ 2. Iisdem causis applicantur praeterea praescripta huius Codicis, quoties in eadem lege ad ius universale remissio fit vel de normis agitur quae, ex ipsa rei natura, easdem quoque causas afficiunt.

**Titulus I
DE FORO COMPETENTI**

Can. 1404 — Prima Sedes a nemine iudicatur.

Can. 1405 — § 1. Ipsius Romani Pontificis dumtaxat ius est iudicandi in causis de quibus in can. 1401:

1º eos qui supremum tenent civitatis magistratum;

2º Patres Cardinales;

3º Legatos Sedis Apostolicae, et in causis penalibus Episcopos;

4º alias causas quas ipse ad suum advocaverit iudicium.

**Sedma knjiga
POSTOPKI**

**Prvi del
SODSTVO NA SPLOŠNO**

Kan. 1400 — § 1. Predmet sodstva so:

1. uveljavljanje ali varovanje pravic fizičnih in pravnih oseb ali ugotavljanje pravnih dejstev;

2. kazniva dejanja glede na nalaganje ali razglašanje kazni.

§ 2. Vendar je spore, nastale iz dejavnosti upravne oblasti, mogoče predložiti samo predstojniku ali upravnemu sodišču.

Kan. 1401 — Cerkev po lastnem in izključnem pravu presoja:

1. o pravdah, ki se tičejo duhovnih in z duhovnimi povezanimi stvari;

2. o kršitvi cerkvenih zakonov in o vsem, kar ima značaj greha, kolikor gre za določitev krvide in naložitev cerkvenih kazni.

Kan. 1402 — Vsa cerkvena sodišča se ravnajo po naslednjih kanonih, določbe sodišč apostolskega sedeža pa ohranijo veljavo.

Kan. 1403 — § 1. Postopke pri razglašanju božjih služabnikov za svetnike ureja poseben papeški zakon.

§ 2. Za iste postopke se poleg tega uporablajo predpisi tega zakonika, kadar se v tistem zakonu opozarja na splošno pravo ali gre za določbe, ki se jih po sami naravi stvari tičejo tudi ti postopki.

**Prvi naslov
PRISTOJNO SODIŠČE**

Kan. 1404 — Prvega sedeža ne sodi nihče.

Kan. 1405 — § 1. Samo rimski papež ima pravico soditi v zadevah, o katerih govoriti kan. 1401:

1. državne poglavarje;

2. kardinale;

3. odpolance apostolskega sedeža in v kazenskih zadevah škofe;

4. druge pravdne zadeve, ki jih je sam pritegnil pod svojo sodbo.

§ 2. Iudex de actu vel instrumento a Romano Pontifice in forma specifica confirmato videre non potest, nisi ipsius praecesserit man datum.

§ 3. Rotae Romanae reservatur iudicare:

1^o Episcopos in contentiosis, firmo praescripto can. 1419, § 2;

2^o Abbatem primatem, vel Abbatem superiorem congregationis monasticae, et supremum Moderatorem institutorum religiosorum iuris pontificii;

3^o dioeceses aliasve personas ecclesiasticas, sive physicas sive iuridicas, quae Superiorem infra Romanum Pontificem non habent.

Can. 1406 — § 1. Violato praescripto can. 1404, acta et decisiones pro infectis habentur.

§ 2. In causis, de quibus in can. 1405, aliorum iudicium incompetencia est absoluta.

Can. 1407 — § 1. Nemo in prima instantia conveniri potest, nisi coram iudice ecclesiastico qui competens sit ob unum ex titulis qui in cann. 1408—1414 determinantur.

§ 2. Incompetentia iudicis, cui nullus ex his titulis suffragatur, dicitur relativa.

§ 3. Actor sequitur forum partis conventae; quod si pars conventa multiplex forum habet, optio fori actori conceditur.

Can. 1408 — Quilibet conveniri potest coram tribunali domicilii vel quasi-domicilii.

Can. 1409 — § 1. Vagus forum habet in loco ubi actu commoratur.

§ 2. Is, cuius neque domicilium aut quasi-domicilium neque locus commorationis nota sint, conveniri potest in foro actoris, dummodo aliud forum legitimum non suppetat.

Can. 1410 — Ratione rei sitae, pars conveniri potest coram tribunali loci, ubi res litigiosa sita est, quoties actio in rem directa sit, aut de spolio agatur.

Can. 1411 — § 1. Ratione contractus pars conveniri potest coram tribunali loci in quo contractus initus est vel adimpleri debet, nisi partes concorditer aliud tribunal elegerint.

§ 2. Si causa versetur circa obligationes quae ex alio titulo proveniant, pars conveniri potest coram tribunali loci, in quo obligato vel orta est vel est adimplenda.

Can. 1412 — In causis poenalibus accusatus, licet absens, conveniri potest coram tribunali loci, in quo delictum patratum est.

§ 2. Sodnik ne more soditi o dejanju ali listini, ki jo je v posebni obliki potrdil rimski papež, razen če je prej dobil njegovo naročilo.

§ 3. Rimski roti je pridržano soditi:

1. škofe v spornih zadevah, velja pa predpis kan. 1419, § 2;

2. prvega ali višjega opata zveze samostanov in vrhovnega predstojnika papeškopravnih redovnih ustanov;

3. škofije in druge fizične ali pravne cerkvene osebe, ki razen rimskega papeža nimajo nad seboj drugega predstojnika.

Kan. 1406 — 1. Kadar se prekrši predpis kan. 1404, veljajo listine in odločitve za nične.

§ 2. V pravdnih zadevah, o katerih govori kan. 1405, so drugi sodniki absolutno nepristojni.

Kan. 1407 — § 1. Na prvi stopnji je mogoče koga tožiti le pred cerkvenim sodnikom, ki je pristojen iz enega od naslovov, določenih v kan. 1408—1414.

§ 2. Nepristojnost sodnika, ki ga ne priporoča nobeden od teh naslovov, se imenuje relativna.

§ 3. Tožnik more tožiti toženo stranko le v kraju njene podsodnosti; če pa ima tožena stranka več podsodnosti, sme tožnik podsodnost izbirati.

Kan. 1408 — Vsakogar je mogoče tožiti pri sodišču domovališča ali nepravega domovališča.

Kan. 1409 — § 1. Brezdomec ima podsodnost v kraju, kjer se trenutno zadržuje.

§ 2. Tistega, čigar domovališče ali nepravo domovališče ali kraj bivanja niso znani, je mogoče tožiti v kraju tožnikove podsodnosti, če ni na voljo druge zakonite podsodnosti.

Kan. 1410 — Glede na kraj, kjer je stvar, je mogoče stranko tožiti pri sodišču, kjer je sporna stvar, kadar je pravda naravnana na stvar ali gre za odvzem posesti.

Kan. 1411 — § 1. Zaradi pogodbe je mogoče stranko tožiti pri sodišču kraja, kjer je bila pogodba sklenjena ali jo je treba spolniti, razen če sta stranki sporazumno izbrali drugo sodišče.

§ 2. Če teče pravda o obveznostih, ki izhajajo iz drugega raslova, je mogoče stranko tožiti pred sodiščem kraja, kjer je obveznost nastala ali jo je treba spolniti.

Kan. 1412 — V kazenskih zadevah je mogoče tožiti obtoženca, čeprav je odsoten, pred sodiščem kraja, kjer je bilo kaznivo dejanje izvršeno.

Can. 1413 — Pars conveniri potest:

1^o in causis quae circa administrationem versantur, coram tribunalii loci ubi administratio gesta est;

2^o in causis quae respiciunt hereditates vel legata pia, coram tribunali ultimi domicilii vel quasi-domicilii vel commorationis, ad normam cann. 1408-1409, illius de cuius hereditate vel legato pio agitur, nisi agatur de mera exsecutione legati, quae videnda est secundum ordinarias competentiae normas.

Can. 1414 — Ratione conexionis, ab uno eodemque tribunali et in eodem processu cognoscendae sunt causae inter se conexae, nisi legis praescriptum obstet.

Can. 1415 — Ratione praeventonis, si duo vel plura tribunalia aequae competentia sunt, ei ius est causam cognoscendi, quod prius partem conventam legitime citaverit.

Can. 1416 — Conflictus competentiae inter tribunalia eidem tribunali appellationis subiecta, ab hoc tribunali solvuntur; a Signatura Apostolica, si eidem tribunali appellationis non subsunt.

Titulus II

DE VARIIS TRIBUNALIUM GRADIBUS ET SPECIEBUS

Can. 1417 — § 1. Ob primatum Romani Pontificis integrum est cuilibet fideli causam suam sive contentiosam sive poenalem, in quovis iudicij gradu et in quovis litis statu, cognoscendam ad Sanctam Sedem deferre vel apud eandem introducere.

§ 2. Provocatio tamen ad Sedem Apostolicam interposita non suspendit, praeter casum appellationis, exercitium iurisdictionis in iudice qui causam iam cognoscere coepit; quiique idcirco poterit iudicium prosequi usque ad definitivam sententiam, nisi Sedes Apostolica iudici significaverit se causam advocasse.

Can. 1418 — Quodlibet tribunal ius habet in auxilium vocandi aliud tribunal ad causam instruendam vel ad actus intimandos.

Kan. 1413 — Stranko je mogoče tožiti:

1. v sporih glede uprave pred sodiščem kraja, kjer se je uprava vršila;

2. v sporih glede dediščin ali pobožnih volil pred sodiščem zadnjega domovališča, nepravega domovališča ali kraja bivanja, po določbi kan. 1408—1409, tistega, za čigar dediščino ali pobožno volilo gre, razen če gre samo za izvršitev volila, ki se mora presojati po rednih določbah o pristojnosti.

Kan. 1414 — Zaradi zveze mora eno in isto sodišče in v istem postopku soditi v sporih, ki so med seboj povezani, razen če temu nasprotuje zakonski predpis.

Kan. 1415 — Če je dvoje ali več sodišč enako pristojnih, ima na temelju prehitevanja pravico soditi v sporni zadevi tisto, ki je prej zakonito pozvalo toženo stranko.

Kan. 1416 — Spore o pristojnosti med sodišči, ki so podrejena istemu prizivnemu sodišču, rešuje prizivno sodišče; če niso podrejena istemu prizivnemu sodišču, apostolska signatura.

Drugi naslov

RAZLIČNE STOPNJE IN VRSTE SODIŠČ

Kan. 1417 — § 1. Zaradi prvenstva rimskega papeža ima vsak vernik neokrnjeno pravico svojo pravdno ali kazensko zadevo na katerikoli stopnji in v kateremkoli stanju postopka predložiti v sojenje svetemu sedežu ali jo pri njem začeti.

§ 2. S tem, da se kdo obrne na apostolski sedež, se ne ustavi izvrševanje sodne oblasti pri sodniku, ki je že začel postopek, razen v primeru priziva; zato mora le-ta sojenje nadaljevati do končnega izreka sodbe, razen če je apostolski sedež sodnika obvestil, da je zadevo pritegnil predse.

Kan. 1418 — Katerokoli sodišče ima pravico, da za zbiranje procesnega gradiva ali vročanje spisov zaprosi za pomoč drugo sodišče.

Caput I
DE TRIBUNALI PRIMAE INSTANTIAE

Art. 1
DE IUDICE

Can. 1419 — § 1. In unaquaque dioecesi et pro omnibus causis iure expresse non exceptis, iudex primae instantiae est Episcopus dioecesanus, qui iudiciale potestatem exercere potest per se ipse vel per alios, secundum canones qui sequuntur.

§ 2. Si vero agatur de iuribus aut bonis temporalibus personae iuridicæ ab Episcopo repraesentatae, iudicat in primo gradu tribunal appellationis.

Can. 1420 — § 1. Quilibet Episcopus dioecesanus tenetur Vicarium iudiciale seu Officiale constituere cum potestate ordinaria iudicandi, a Vicario generali distinctum, nisi parvitas dioecesis aut paucitas causarum aliud suadeat.

§ 2. Vicarius iudicialis unus constituit tribunal cum Episcopo, sed nequit iudicare causas quas Episcopus sibi reservat.

§ 3. Vicario iudiciali dari possunt adiutores, quibus nomen est Vicariorum iudicium adiunctorum seu Vice-officialium.

§ 4. Tum Vicarius iudicialis tum Vicarii iudiciales adiuncti esse debent sacerdotes, integrae famae, in iure canonico doctores vel saltem licentiati, annos nati non minus triginta.

§ 5. Ipsi, sede vacante, a munere non cessant nec ab Administratore dioecesano amoveri possunt; adveniente autem novo Episcopo, indigent confirmatione.

Can. 1421 — § 1. In dioecesi constituantur ab Episcopo iudices dioecesani, qui sint clerci.

§ 2. Episcoporum conferentia permittere potest ut etiam laici iudices constituantur, e quibus, suadente necessitate, unus assumi potest ad collegium efformandum.

§ 3. Iudices sint integrae famae et in iure canonico doctores vel saltem licentiati.

Can. 1422 — Vicarius iudicialis, Vicarii iudiciales adiuncti et ceteri iudices nominantur ad definitum tempus, firmo praescripto can. 1420, § 5, nec removeri possunt nisi et legitima gravique causa.

Can. 1423 — § 1. Plures dioecesani Episcopi, probante Sede Apostolica, possunt concordes, in locum tribunalium dioecesanorum de quibus in cann. 1419—1421, unicum constituere in suis dioecesibus

Prvo poglavje
SODIŠČE PRVE STOPNJE

Prvi člen
SODNIK

Kan. 1419 — § 1. V vsaki škofiji in za vse zadeve, ki niso po pravu izrečno izvzete, je sodnik prve stopnje krajevni škof, ki more po naslednjih kanonih sodno oblast izvrševati sam ali po drugih.

§ 2. Če pa gre za pravice ali premoženje pravne osebe, ki jo zastopa škof, sodi na prvi stopnji prizivno sodišče.

Kan. 1420 — § 1. Katerikoli krajevni škof je dolžan postaviti sodnega vikarja ali oficiala, ki ima redno sodno oblast in ni generalni vikar, razen če majhna velikost škofije ali majhno število zadev priporoča kaj drugega.

§ 2. Sodni vikar s škofom tvori eno sodišče, ne more pa soditi v zadevah, ki jih škof pridrži sebi.

§ 3. Sodnemu vikarju je mogoče dati pomočnike, ki se imenujejo adjunkti sodnega vikarja ali viceofficiali.

§ 4. Sodni vikar in adjunkti sodnega vikarja morajo biti duhovniki, neoporečni, doktorji ali vsaj licenciati cerkvenega prava, stari vsaj trideset let.

§ 5. Kadar je sedež izpraznjen, njihova služba ne preneha in jih škofijski upravitelj ne more odstraniti; ko pa nastopi nov škof, potrebujejo potrditev.

Kan. 1421 — § 1. V škofiji naj škof postavi škofijske sodnike, ki naj bodo kleriki.

§ 2. Škofovská konferenca lahko dovoli, da se postavijo za sodnike tudi laiki, izmed katerih se, če je potrebno, lahko eden prihvzame, da se sestavi sodni zbor.

§ 3. Sodniki naj bodo neoporečni in doktorji ali vsaj licenciati cerkvenega prava.

Kan. 1422 — Sodni vikar, adjunkti sodnega vikarja in drugi sodniki se imenujejo za določen čas, upoštevajoč predpis kan. 1420, § 5, in jih je mogoče odstraniti le iz zakonitega in tehtnega razloga.

Kan. 1423 — § 1. Več krajevnih škofov more z odobritvijo apostolskega sedeža namesto škofijskih sodišč, o katerih govorijo kan. 1419—1421, za svoje škofije sporazumno ustanoviti eno samo sodišče

tribunal primae instantiae; quo in casu ipsorum Episcoporum coetui vel Episcopo ab eisdem designato omnes competunt potestates, quas Episcopus dioecesanus habet circa suum tribunal.

§ 2. Tribunalia, de quibus in § 1, constitui possunt vel ad causas quaslibet vel ad aliqua tantum causarum genera.

Can. 1424 — Unicus iudex in quolibet iudicio duos assessorum, clericos vel laicos probatae vitae, sibi consulentem asciscere potest.

Can. 1425 — § 1. Reprobata contraria consuetudine, tribunali collegiali trium iudicium reservantur:

1^o causae contentiosae: a) de vinculo sacrae ordinationis; b) de vinculo matrimonii, firmis praescriptis cann. 1686 et 1688;

2^o causae poenales: a) de delictis quae poenam dimissionis e statu clericali secumferre possunt; b) de irroganda vel declaranda excommunicatione.

§ 2. Episcopus causas difficiliores vel maioris momenti committere potest iudicio trium vel quinque iudicium.

§ 3. Vicarius iudicialis ad singulas causas cognoscendas iudices ex ordine per turnum advocet, nisi Episcopus in singulis casibus aliter statuerit.

§ 4. In primo iudicii gradu, si forte collegium constitui nequeat, Episcoporum conferentia, quamdiu huiusmodi impossibilitas perduret, permittere potest ut Episcopus causas unico iudicii clerico committat, qui, ubi fieri possit, assessorem et auditorem sibi asciscat.

§ 5. Iudices semel designatos ne subroget Vicarius iudicialis, nisi ex gravissima causa in decreto exprimenda.

Can. 1426 — § 1. Tribunal collegiale collegialiter procedere debet, et per maiorem suffragiorum partem sententias ferre.

§ 2. Eidem praeesse debet, quatenus fieri potest, Vicarius iudicialis vel Vicarius iudicialis adjunctus.

Can. 1427 — § 1. Si controversia sit inter religiosos vel domos eiusdem instituti religiosi clericalis iuris pontificii, iudex primae instantiae, nisi aliud in constitutionibus caveatur, est Superior provincialis, aut, si monasterium sit sui iuris, Abbas localis.

§ 2. Salvo diverso constitutionum praescripto, si res contentiosa agatur inter duas provincias, in prima instantia iudicabit per se ipse vel per delegatum supremus Moderator; si inter duo monasteria, Abbas superior congregationis monasticae.

§ 3. Si demum controversia enascatur inter religiosas personas physicas vel iuridicas diversorum institutorum religiosorum, aut etiam eiusdem instituti clericalis iuris dioecesani vel laicalis, aut

prve stopnje; v tem primeru ima skupnost teh škofov ali od njih dočleni škof vso oblast, ki jo ima krajevni škof glede svojega sodišča.

§ 2. Sodišča, o katerih govorí § 1, se morejo ustanoviti za katerekoli zadeve ali samo za nekatere vrste zadev.

Kan. 1424 — Sodnik posameznik si more v kateremkoli postopku privzeti kot svetovalca dva prisednika, klerika ali laika, neoporečnega življenja.

Kan. 1425 — § 1. Ko je nasproten običaj zavrnjen, so sodnemu zboru treh sodnikov pridržane:

1. sporne zadeve: a) glede vezi svetega reda; b) glede zakonske vezi, veljajo pa predpisi kan. 1686 in 1688;

2. kazenske zadeve: a) glede kaznivih dejanj, ki morejo imeti za posledico kazen odslovitve iz kleričkega stanu; b) glede naložitve ali razglasitve izobčenja.

§ 2. Škof more sodišču treh ali petih sodnikov poveriti težavnejše ali pomembnejše zadeve.

§ 3. Sodni vikar naj za sojenje posameznih zadev pokliče sodnike po vrtnem redu, če ni škof v posameznih primerih določil drugače.

§ 4. Če morebiti na sodišču prve stopnje sodnega zpora ni mogoče sestaviti, more škofovsko konferenco, dokler ta nezmožnost traja, dovoliti, da škof poveri zadevo sodniku posamezniku kleriku, ki naj si, kjer je mogoče, privzame prisednika ali zasliševalca.

§ 5. Že določenih sodnikov naj sodni vikar ne nadomesti, razen iz zelo tehtnega razloga, ki ga je treba v odločbi navesti.

Kan. 1426 — § 1. Sodni zbor mora voditi postopke na zborni način in izrekati sodbe z večino glasov.

§ 2. Predsedovati mu mora, kolikor je mogoče, sodni vikar ali adjunkt sodnega vikarja.

Kan. 1427 — § 1. Če je spor med redovniki ali hišami iste kleriske papeškopravne redovne ustanove, je sodnik prve stopnje, razen če je v konstitucijah določeno kaj drugega, predstojnik province ali, če je samostan samopraven, krajevni opat.

§ 2. Če se obravnava spor med dvema provincama, bo na prvi stopnji sodil vrhovni predstojnik sam ali po pooblaščencu, velja pa drugačen predpis konstitucij; če med dvema samostanoma, opat, ki je predstojnik samostanske zveze.

§ 3. Če končno nastane spor med redovnimi fizičnimi ali pravnimi osebami različnih redovnih ustanov ali tudi iste kleriske škofti skopravne ali laičke ustanove, ali med redovno osebo in svetnim kle-

inter personam religiosam et clericum saecularem vel laicum vel personam iuridicam non religiosam, iudicat in prima instantia tribunal diocesanum.

Art. 2

DE AUDITORIBUS ET RELATORIBUS

Can. 1428 — § 1. Iudex vel tribunalis collegialis praeses possunt auditorem designare ad causae instructionem peragendam, eum se ligentes aut ex tribunalis iudicibus aut ex personis ab Episcopo ad hoc munus approbatis.

§ 2. Episcopus potest ad auditoris munus approbare clericos vel laicos, qui bonis moribus, prudentia et doctrina fulgeant.

§ 3. Auditoris est, secundum iudicis mandatum, probationes tan tum colligere easque collectas iudici tradere; potest autem, nisi iudicis mandatum obstat, interim decidere quae et quomodo probationes colligendae sint, si forte de hac re quaestio oriatur, dum ipse munus suum exercet.

Can. 1429 — Tribunalis collegialis praeses debet unum ex iudicibus collegii ponentem seu relatorem designare, qui in coetu iudicium de causa referat et sententias in scriptis redigat; in ipsius locum idem praeses alium ex iusta causa substituere potest.

Art. 3

DE PROMOTORE IUSTITIAE,
VINCULI DEFENSORI ET NOTARIO

Can. 1430 — Ad causas contentiosas, in quibus bonum publicum in discrimen vocari potest, et ad causas poenales constituatur in dioecesi promotor iustitiae, qui officio tenetur providendi bono publico.

Can. 1431 — § 1. In causis contentiosis, Episcopi diocesani est iudicare utrum bonum publicum in discrimen vocari possit necne, nisi interventus promotoris iustitiae lege praecipiatur vel ex natura rei evidenter necessarius sit.

§ 2. Si in praecedenti instantia intervenerit promotor iustitiae, in ulteriore gradu huius interventus praesumitur necessarius.

Can. 1432 — Ad causas, in quibus agitur de nullitate sacrae ordinationis aut de nullitate vel solutione matrimonii, constituatur in

rikom ali laikom ali pravno neredovno osebo, sodi na prvi stopnji škofijsko sodišče.

Drugi člen

SODNIKI ZASLIŠEVALCI IN POROČEVALCI

Kan. 1428 — § 1. Sodnik ali predsednik sodnega zborna moreta določiti sodnika zasliševalca za zbiranje procesnega gradiva, ko ga izbereta ali izmed sodnikov sodišča ali izmed oseb, ki jih je za to nalogu potrdil škof.

§ 2. Škof more za nalogu sodnika zasliševalca potrditi klerike ali laike, ki se odlikujejo po dobrih hraveh, razsodnosti in znanju.

§ 3. Naloga sodnika zasliševalca je po naročilu sodnika samo zbrati dokaze in zbrane izročiti sodniku; more pa, če ne nasprotuje sodnikovo naročilo, medtem odločiti, katere dokaze in kako jih je treba zbrati, če morebiti glede tega nastane vprašanje, ko on izvršuje svojo nalogu.

Kan. 1429 — Predsednik sodnega zborna mora enega izmed sodnikov zborna določiti za ponensa ali poročevalca, ki v sodnem zboru poroča o pravdni zadevi in pismeno sestavi sodbo; na njegovo mesto more isti predsednik iz upravičenega razloga postaviti namesto njega drugega.

Tretji člen

PRAVDNIK, BRANILEC VEZI IN NOTAR

Kan. 1430 — Za sporne zadeve, v katerih more nastati nevarnost za javni blagor, in za kazenske zadeve naj se v škofijski postavi pravdnik, ki je po službi dolžan skrbeti za javni blagor.

Kan. 1431 — § 1. V spornih zadevah mora krajevni škof presoditi, ali more nastati nevarnost za javni blagor ali ne, razen če posredovanje pravdnika ukazuje zakon ali je po naravi stvari očitno potrebno.

§ 2. Če je pravdnik posredoval na prejšnji stopnji, se domneva, da je njegovo posredovanje na nadaljnji stopnji nujno.

Kan. 1432 — Za zadeve, v katerih gre za ničnost svetega reda ali za ničnost oziroma razvezo zakona, naj se v škofijski postavi bra-

dioecesi defensor vinculi, qui officio tenetur proponendi et exponendi omnia quae rationabiliter adduci possint adversus nullitatem vel solutionem.

Can. 1433 — In causis in quibus promotoris iustitiae aut defensoris vinculi praesentia requiritur, iis non citatis, acta irrita sunt, nisi ipsi, etsi non citati, revera interfuerint, aut saltem ante sententiam, actis inspectis, munere suo fungi potuerint.

Can. 1434 — Nisi aliud expresse caveatur:

1^o quoties lex praecipit ut iudex partes earumve alteram audiat, etiam promotor iustitiae et vinculi defensor, si iudicio intersint, audiendi sunt;

2^o quoties instantia partis requiritur ut iudex aliquid decernere possit, instantia promotoris iustitiae vel vinculi defensoris, qui iudicio intersint, eandem vim habet.

Can. 1435 — Episcopi est promotorem iustitiae et vinculi defensorem nominare, qui sint clerici vel laici, integrae famae, in iure canonico doctores vel licentiati, ac prudentia et iustitiae zelo probati.

Can. 1436 — § 1. Eadem persona, non autem in eadem causa, officium promotoris iustitiae et defensoris vinculi gerere potest.

§ 2. Promotor et defensor constitui possunt tum ad universitatem causarum tum ad singulas causas; possunt autem ab Episcopo, iusta de causa, removeri.

Can. 1437 — § 1. Cuilibet processui intersit notarius, adeo ut nulla habeantur acta, si non fuerint ab eo subscripta.

§ 2. Acta, quae notarii conficiunt, publicam fidem faciunt.

Caput II

DE TRIBUNALI SECUNDÆ INSTANTIAE

Can. 1438 — Firmo praescripto can. 1444, § 1, n. 1:

1^o a tribunali Episcopi suffraganei appellatur ad tribunal Metropolitæ, salvo praescripto can. 1439;

2^o in causis in prima instantia pertractatis coram Metropolita fit appellatio ad tribunal quod ipse, probante Sede Apostolica, stabilitate designaverit;

3^o pro causis coram Superiore provinciali actis tribunal secundæ instantiae est penes supremum Moderatorem; pro causis actis coram Abbatे locali, penes Abbatem superiorem congregationis monasticae.

nilec vezi, ki je po svoji službi dolžan predložiti in pojasniti vse, kar je mogoče pametno navajati proti ničnosti ali razvezi.

Kan. 1433 — V pravdah, v katerih se zahteva navzočnost pravdnika ali branilca vezi, in nista bila povabljena, so opravila nična, razen če sta se jih, čeprav nista bila povabljena, v resnici udeležila, ali sta vsaj pred izrekom sodbe po pregledu spisov mogla izvršiti svojo nalogu.

Kan. 1434 — Če ni izrečno določeno kaj drugega:

1. je treba, kadar zakon ukazuje, naj sodnik zasliši stranki ali katero od njiju, zaslišati tudi pravdnika in branilca vezi, če se udeležjeta sodnega postopka;

2. ima, kadar je potrebna zahteva stranke, da more sodnik kaj odločiti, zahteva pravdnika ali branilca vezi, ki se udeležuje sodnega postopka, isto moč.

Kan. 1435 — Škof ima pravico imenovati pravdnika in branilca vezi, ki naj bosta klerika ali laika, neoporečna, doktorja ali licenciata cerkvenega prava ter preizkušena v razsodnosti in gorečnosti za pravičnost.

Kan. 1436 — § 1. Ista oseba more opravljati službo pravdnika in branilca vezi, toda ne v isti pravdi.

§ 2. Pravnik in branilec vezi moreta biti postavljen tako za skupnost zadev kakor za posamezne zadeve; iz upravičenega razloga pa ju more škof odstraniti.

Kan. 1437 — § 1. Vsakega postopka naj se udeleži notar takoj, da so neveljavni spisi, ki jih on ni podpisal.

§ 2. Spisi, ki jih sestavijo notarji, uživajo javno zaupanje.

Drugo poglavje

SODIŠČE DRUGE STOPNJE

Kan. 1438 — Upoštevajoč predpis kan. 1444, § 1, št. 1:

1. od sodišča podrejenega škofa se vlagajo prizivi na sodišče metropolita, velja pa predpis kan. 1439;

2. v zadevah, ki so se na prvi stopnji obravnavale pred metropolitom, se vloži priziv na sodišče, ki ga je z odobritvijo apostolskega sedeža, sam za stalno določil;

3. za zadeve, ki so se obravnavale pred provincialnim predstojnikom, je sodišče druge stopnje pri vrhovnem predstojniku; za pravde, ki so se obravnavale pred krajevnim opatom, pri opatu predstojniku samostanske zveze.

Can. 1439 — § 1. Si quod tribunal primae instantiae unicum pro pluribus dioecesibus, ad normam can. 1423, constitutum sit, Episcoporum conferentia debet tribunal secundae instantiae, probante Sede Apostolica, constituere, nisi dioeceses sint omnes eiusdem archidioecesis suffraganeae.

§ 2. Episcoporum conferentia potest, probante Sede Apostolica, unum vel plura tribunalia secundae instantiae constituere, etiam praeter casus de quibus in § 1.

§ 3. Quod attinet ad tribunalia secundae instantiae, de quibus in §§ 1-2, Episcoporum conferentia vel Episcopus ab ea designatus omnes habent potestates, quae Episcopo dioecesano competunt circa suum tribunal.

Can. 1440 — Si competentia ratione gradus, ad normam cann. 1438 et 1439 non servetur, incompetencia iudicis est absoluta.

Can. 1441 — Tribunal secundae instantiae eodem modo quo tribunal primae instantiae constituere debet. Si tamen in primo iudicium gradu, secundum can. 1425, § 4, iudex unicus sententiam tulit, tribunal secundae instantiae collegialiter procedat.

Caput III DE APOSTOLICAE SEDIS TRIBUNALIBUS

Can. 1442 — Romanus Pontifex pro toto orbe catholico iudex est supremus, qui vel per se ipse ius dicit, vel per ordinaria Sedis Apostolicae tribunalia, vel per iudices a se delegatos.

Can. 1443 — Tribunal ordinarium a Romano Pontifice constitutum appellationibus recipiendis est Rota Romana.

Can. 1444 — § 1. Rota Romana iudicat:

1º in secunda instantia, causas quae ab ordinariis tribunalibus primae instantiae diiudicatae fuerint et ad Sanctam Sedem per appellationem legitimam deferantur;

2º in tertia vel ulteriore instantia, causas ab ipsa Rota Romana et ab aliis quibusvis tribunalibus iam cognitas, nisi res iudicata habeatur.

§ 2. Hoc tribunal iudicat etiam in prima instantia causas de quibus in can. 1405, § 3, aliasve quas Romanus Pontifex sive motu proprio, sive ad instantiam partium ad suum tribunal advocaverit et Rotae Romanae commiserit; easque, nisi aliud cautum sit in commissi muneric rescripto, ipsa Rota iudicat etiam in secunda et ulteriore instantia.

Kan. 1439 — § 1. Če je katero sodišče prve stopnje po določbi kan. 1423 ustanovljeno kot skupno za več škofij, mora škofovská konferenca z odobritvijo apostolskega sedeža ustanoviti sodišče druge stopnje, razen če so vse škofije podrejene isti nadškofiji.

§ 2. Škofovská konferenca more tudi poleg primerov, o katerih govoriti § 1, z odobritvijo apostolskega sedeža ustanoviti eno ali več sodišč druge stopnje.

§ 3. Škofovská konferenca ali od nje določen škof imata, kar se tiče sodišč druge stopnje, o katerih govorita §§ 1—2, vse oblasti, ki pripadajo krajevnemu škofu glede njegovega sodišča.

Kan. 1440 — Če pristojnost po določbi kan. 1438 in 1439 glede stopnje ni upoštevana, je nepristojnost sodnika absolutna.

Kan. 1441 — Sodišče druge stopnje se mora tako sestaviti kakor sodišče prve stopnje. Če pa je na prvi stopnji sodišča po kan. 1425, § 4 sodnik posameznik izrekel sodbo, naj sodišče druge stopnje vodi postopek zborno.

Tretje poglavje SODIŠČI APOSTOLSKEGA SEDEŽA

Kan. 1442 — Rimski papež je za ves katoliški svet vrhovni sodnik, ki izvršuje sodno oblast sam osebno ali po rednih sodiščih apostolskega sedeža ali po sodnikih, ki jih pooblašti.

Kan. 1443 — Redno sodišče, ki ga je rimski papež ustanovil za sprejemanje prizivov, je rimska rota.

Kan. 1444 — § 1. Rimska rota sudi:

1. na drugi stopnji v zadevah, ki so jih razsodila redna sodišča prve stopnje in se svetemu sedežu predložijo v zakonitem prizivu;

2. na tretji ali nadaljnji stopnji v zadevah, ki jih je že pre-sodila sama rimska rota in katerakoli druga sodišča, razen če naj stvar velja za pravnomočno rešeno zadevo.

§ 2. To sodišče sudi tudi na prvi stopnji v zadevah, ki se omenjajo v kan. 1405, § 3, ali v drugih, ki jih je rimski papež po lastnem nagibu ali na prošnjo strank pritegnil pred svoje sodišče in izročil rimske roti; o njih pa sudi rota sama tudi na drugi in nadaljnji stopnji, če ni v reskriptu o zaupani nalogi določeno kaj drugega.

Can. 1445 — § 1. Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal cognoscit:

1^o querelas nullitatis et petitiones restitutionis in integrum et alios recursus contra sententias rotales;

2^o recursus in causis de statu personarum, quas ad novum examen Rota Romana admittere renuit;

3^o exceptiones suspicionis aliasque causas contra Auditores Rotae Romanae propter acta in exercitio ipsorum muneris;

4^o conflictus competentiae de quibus in can. 1416.

§ 2. Ipsum Tribunal videt de contentionibus ortis ex actu potestatis administrativa ecclesiasticae ad eam legitimate delatis, de aliis controversiis administrativis quae a Romano Pontifice vel a Romanae Curiae dicasteriis ipsi deferantur, et de conflictu competentiae inter eadem dicasteria.

§ 3. Supremi huius Tribunalis praeterea est:

1^o rectae administrationi iustitiae invigilare et in advocatos vel procuratores, si opus sit, animadvertere;

2^o tribunalium competentiam prorogare;

3^o promovere et approbare erectionem tribunalium, de quibus in cann. 1423 et 1439.

Titulus III

DE DISCIPLINA IN TRIBUNALIBUS SERVANDA

Caput I

DE OFFICIO IUDICUM ET TRIBUNALIS MINISTRORUM

Can. 1446 — § 1. Christifideles omnes, in primis autem Episcopi, sedulo annitantur ut, salva iustitia, lites in populo Dei, quantum fieri possit, vitentur et pacifice quam primum componantur.

§ 2. Iudex in limine litis, et etiam quolibet alio momento, quotiescumque spem aliquam boni exitus perspicit, partes hortari et adiuvare ne omittat, ut de aequa controversiae solutione quaerenda communis consilio current, viisque ad hoc propositum idoneas ipsis indicet, gravibus quoque hominibus ad mediationem adhibitis.

§ 3. Quod si circa privatum partium bonum lis versetur, dispiciat iudex num transactione vel arbitrorum iudicio, ad normam cann. 1713—1716, controversia finem habere utiliter possit.

Kan. 1445 — § 1. Vrhovno sodišče apostolske signature rešuje:

1. ničnostne pritožbe in prošnje za vrnitev v prejšnje stanje in druge pritožbe proti sodbam rote;

2. pritožbe v zadevah o statusu oseb, ki jih rimska rota ni sprejela v novo sojenje;

3. ugovore nezaupanja in druge ugovore zoper sodnike zasliševalce rimske rote zaradi dejanj pri izvrševanju njihove naloge;

4. spore glede pristojnosti, ki se omenjajo v kan. 1416.

§ 2. Isto sodišče presoja v sporih, nastalih iz dejavnosti cerkvene upravne oblasti, ki so mu zakonito predloženi, v drugih upravnih sporih, ki jih rimske papež ali uradi rimske kurije njemu predložijo in v sporu o pristojnosti med temi uradi.

§ 3. Poleg tega je naloga tega vrhovnega sodišča:

1. nadzirati pravilno izvajanje sodstva in kaznovati odvetnike ali zastopnike, če je potrebno;

2. podaljšati pristojnost sodišč;

3. pospeševati in potrjevati ustanavljanje sodišč, ki se omenjajo v kan. 1423 in 1439.

Tretji naslov SODNI RED

Prvo poglavje

SLUŽBA SODNIKOV IN SODNIH USLUŽBENCEV

Kan. 1446 — § 1. Vsi verniki, predvsem pa škopje, naj se vneto trudijo, da se ob neokrnjeni pravičnosti spori med božjim ljudstvom kolikor je mogoče preprečujejo in čimprej mirno poravnavajo.

§ 2. Sodnik naj na začetku postopka in tudi v vsakem drugem trenutku, kadar vidi kako upanje za dober izid, ne opusti spodbujati stranki in jima pomagati, da skušata po skupnem posvetovanju poiskati pravšno rešitev spora in jima tudi pokaže v ta namen primerna pota, ko za posredovanje privzame resne ljudi.

§ 3. Če gre za spor o zasebni dobrini strank, naj sodnik presodi, ali bi bilo mogoče spor uspešno končati s poravnavo ali sodbo razsodnikov po določbi kan. 1713—1716.

Can. 1447 — Qui causae interfuit tamquam iudex, promotor iustitiae, defensor vinculi, procurator, advocatus, testis aut peritus, nequit postea valide eandem causam in alia instantia tamquam iudex definire aut in eadem munus assessoris sustinere.

Can. 1448 — § 1. Iudex cognoscendam ne suscipiat causam, in qua ratione consanguinitatis vel affinitatis in quolibet gradu lineae rectae et usque ad quartum gradum lineae collateralis, vel ratione tutelae et curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis, vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit.

§ 2. In iisdem adiunctis ab officio suo abstinere debent iustitiae promotor, defensor vinculi, assessor et auditor.

Can. 1449 — § 1. In casibus, de quibus in can. 1448, nisi iudex ipse abstineat, pars potest eum recusare.

§ 2. De recusatione videt Vicarius iudicialis; si ipse recusetur, videt Episcopus qui tribunali praest.

§ 3. Si Episcopus sit iudex et contra eum recusatio opponatur, ipse abstineat a iudicando.

§ 4. Si recusatio opponatur contra promotorem iustitiae, defensorem vinculi aut alios tribunalis ministros, de hac exceptione videt praeses in tribunali collegiali vel ipse iudex, si unicus sit.

Can. 1450 — Recusatione admissa, personae mutari debent, non vero iudicii gradus.

Can. 1451 — § 1. Quaestio de recusatione expeditissime definienda est, auditis partibus, promotore iustitiae vel vinculi defensore, si intersint, neque ipsi recusati sint.

§ 2. Actus positi a iudice antequam recusetur, validi sunt; qui autem positi sunt post propositam recusationem, rescindi debent, si pars petat intra decem dies ab admissa recusatione.

Can. 1452 — § 1. In negotio quod privatorum solummodo interest, iudex procedere potest dumtaxat ad instantiam partis. Causa autem legitime introducta, iudex procedere potest et debet etiam ex officio in causis penalibus aliquique, quae publicum Ecclesiae bonum aut animalium salutem respiciunt.

§ 2. Potest autem praeterea index partium neglegentiam in probationibus afferendis vel in exceptionibus opponendis supplere, quoties id necessarium censeat ad vitandam graviter iniustam sententiam, firmis praescriptis can. 1600.

Can. 1453 — Iudices et tribunalia current ut quam primum, salva iustitia, causae omnes terminentur, utque in tribunali primae instan-

Kan. 1447 — Kdor se je udeležil pravde kot sodnik, pravnik, branilec vezi, zastopnik, odvetnik, priča ali izvedenec, ne more v isti zadevi na drugi stopnji pozneje veljavno odločati kot sodnik ali na njej prevzeti nalogo prisednika.

Kan. 1448 — § 1. Sodnik naj ne sprejme sojenja v zadevi, v kateri je kaj prizadet zaradi sorodstva ali svašča v kateremkoli kolenu ravne črte in do četrtega kolena stranske črte ali zaradi varušča ali skrbstva, tesne prijateljske vezi, velikega sovrašča ali pridobitve koristi ali odvrnitve škode.

§ 2. V istih okoliščinah se morajo vzdržati izvrševanja svoje službe pravnik, branilec vezi, prisednik in sodnik zaslijevalec.

Kan. 1449 — § 1. V primerih, ki so omenjeni v kan. 1448, lahko stranka sodnika odkloni, če se že sodnik sam ne vzdrži.

§ 2. O odklonitvi odloča sodni vikar; če je on odklonjen, odloča škof, ki predseduje sodišču.

§ 3. Če naj bo škof sodnik in se zoper njega uveljavlja odklonitev, naj se sam vzdrži sojenja.

§ 4. Če se uveljavlja odklonitev zoper pravnika, branilca vezi ali druge sodne uslužbence, o tem ugovoru odloča predsednik sodnega zabora ali sam sodnik, če sodi kot posameznik.

Kan. 1450 — Če se odklonitev dopusti, je treba zamenjati osebe, ne pa stopnjo sodišča.

Kan. 1451 — § 1. Vprašanje glede odklonitve je treba kar najhitreje rešiti, ko se zaslišijo stranki, pravnik ali branilec vezi, če sta udeležena in nista sama odklonjena.

§ 2. Dejanja, ki jih je sodnik izvršil, preden je prišlo do odklonitve, so veljavna; tista, ki so bila izvršena po predloženi odklonitvi, se morajo razveljaviti, če stranka vloži zahtevo v roku desetih dni, odkar je bila odklonitev dopuščena.

Kan. 1452 — § 1. V zadevi, ki se tiče le zasebnikov, more sodnik voditi postopek samo na zahtevo stranke. Ko pa je zakonito uveden, more in mora sodnik voditi postopek tudi po uradni dolžnosti v kazenskih zadevah in v drugih, ki se tičejo javnega blagra Cerkve ali blagra duš.

§ 2. Sodnik pa more poleg tega dopolniti vnemarnost strank pri predložitvi dokazov ali uveljavljanju ugovorov, kadar ima to za potrebno, da prepreči hudo krivično sodbo, veljajo pa predpisi kan. 1600.

Kan. 1453 — Sodniki in sodišča naj skrbijo, da se vse zadeve ob neokrnjeni pravičnosti čimprej zaključijo in da pri sodišču prve

tiae ultra annum ne protrahantur, in tribunali vero secundae instan-
tiae, ultra sex menses.

Can. 1454 — Omnes qui tribunal constituunt aut eidem opem fer-
unt, iusurandum de munere rite et fideliter implendo praestare debent.

Can. 1455 — § 1. In iudicio poenali semper, in contentioso autem si ex revelatione alicuius actus processualis praeiudicium partibus obvenire possit, iudices et tribunalis adiutores tenentur ad secretum officii servandum.

§ 2. Tenentur etiam semper ad secretum servandum de discussio-
ne quae inter iudices in tribunali collegiali ante ferendam sententiam habetur, tum etiam de variis suffragiis et opinionibus ibidem prolatis, firmo praescripto can. 1609, § 4.

§ 3. Immo, quoties natura causae vel probationum talis sit ut ex actorum vel probationum evulgatione aliorum fama periclitetur, vel praebeatur ansa dissidiis, aut scandalum aliudve id genus incommo-
dum oriatur, iudex poterit testes, peritos, partes earumque advocatos vel procuratores iureiurando astringere ad secretum servandum.

Can. 1456 — Iudex et omnes tribunalis administri, occasione agen-
di iudicii, dona quaevis acceptare prohibentur.

Can. 1457 — § 1. Iudices qui, cum certe et evidenter competentes sint, ius reddere recusent, vel nullo suffragante iuris praescripto se competentes declarant atque causas cognoscant ac definiant, vel se-
creti legem violent, vel ex dolo aut gravi neglegentia aliud litiganti-
bus damnum inferant, congruis poenis a competenti auctoritate puniri possunt, non exclusa officii privatione.

§ 2. Iisdem sanctionibus subsunt tribunalis ministri ex adiutores, si officio suo, ut supra, defuerint; quos omnes etiam iudex punire potest.

Caput II DE ORDINE COGNITIONUM

Can. 1458 — Causae cognoscenda sunt eo ordine quo fuerunt propositae et in albo inscriptae, nisi ex iis aliqua celerem prae ceteris expeditionem exigat, quod quidem peculiari decreto, rationibus suf-
fusto, statuendum est.

Can. 1459 — § 1. Vitia, quibus sententiae nullitas haberi potest, in quolibet iudicii statu vel gradu excipi possunt itemque a iudice ex officio declarari.

stopnje ne bodo trajale nad eno leto, pri sodišču druge stopnje pa ne nad šest mesecev.

Kan. 1454 — Vsi, ki sestavljajo sodišče ali so mu v pomoč, morajo priseči, da bodo nalogi pravilno in vestno opravljeni.

Kan. 1455 — § 1. V kazenskem postopku so sodniki in sodni po-
močniki vedno dolžni varovati uradno tajnost, v pravdnem pa, če bi iz odkritja kakega procesnega dejanja mogla za stranki nastati škoda.

§ 2. Dolžni so tudi vedno varovati tajnost o razpravljanju, ki je med sodniki v sodnem zboru pred izrekom sodbe, kakor tudi o različnih glasovanjih in mnenjih, ki so bila pri tem izrečena, velja pa predpis kan. 1609, § 4.

§ 3. Kadar je narava zadeve ali dokazov takšna, da bi moglo zaradi objave spisov ali dokazov trpeti dobro ime drugih, ali bi bilo to povod za spore, ali bi nastalo pohujšanje ali kakšna druga te vrste nevšečnost, lahko sodnik priče, izvedence, stranke in njihove odvetnike ali zastopnike s prisego zaveže k molčečnosti.

Kan. 1456 — Sodniku in vsem sodnim uslužencem je pri izvr-
ševanju sodstva prepovedano sprejemati kakršnakoli darila.

Kan. 1457 — § 1. Sodnike, ki se branijo soditi, čeprav so gotovo in očitno pristojni, ali se brez opore v kakšnem pravnem predpisu razglasijo za pristojne in zadeve preiskujejo ter razsojajo, ali kršijo zakon tajnosti, ali prizadenejo naklepno ali iz velike malomarnosti pravdnim strankam drugo škodo, jih more pristojna oblast kaznovati s primernimi kaznimi, ne izvzemši odvzem službe.

§ 2. Iste sankcije veljajo za sodne uslužence in pomočnike, če zanemarijo svojo službo, kakor je zgoraj navedeno; vse te more kaznovati tudi sodnik.

Drugo poglavje

VRSTNI RED PRI REŠEVANJU ZADEV

Kan. 1458 — Pravdne stvari se morajo reševati po istem redu, kakor so bile predložene in vpisane v seznam, razen če katera med njimi zahteva hitrejšo rešitev kot druge, kar pa je treba ugotoviti s posebno odločbo, podprtto z razlogi.

Kan. 1459 — § 1. Zoper kršitve, zaradi katerih more biti sodba nična, je mogoče ugovarjati pri kakršnemkoli stanju ali stopnji so-
jenja in enako jih more sodnik razglasiti po uradni dolžnosti.

§ 2. Praeter casus de quibus in § 1, exceptiones dilatoriae, eae praesertim quae respiciunt personas et modum iudicii, proponendae sunt ante contestationem litis, nisi contestata iam lite emerserint, et quam primum definiendae.

Can. 1460 — § 1. Si exceptio proponatur contra iudicis competentiā, hac de re ipse iudex videre debet.

§ 2. In casu exceptionis de incompetentiā relativa, si iudex se competentem pronuntiet, eius decisio non admittit appellationem, at non prohibentur querela nullitatis et restitutio in integrum.

§ 3. Quod si iudex se incompetentem declareret, pars quae se gravatam reputat, potest intra quindecim dies utiles provocare ad tribunal appellationis.

Can. 1461 — Iudex in quovis stadio causae se absolute incompetentem agnoscens, suam incompetentiam declarare debet.

Can. 1462 — § 1. Exceptiones rei iudicatae, transactionis et aliae peremptoriae quae dicuntur *litis finitae*, proponi et cognosci debent ante contestationem litis; qui serius eas oposuerit, non est reicendus, sed condemnetur ad expensas, nisi probet se oppositionem maliōse non distulisse.

§ 2. Aliae exceptiones peremptoriae proponantur in contestatione litis, et suo tempore tractandae sunt secundum regulas circa quaestiones incidentes.

Can. 1463 — § 1. Actiones reconventionales proponi valide nequeunt, nisi intra triginta dies a lite contestata.

§ 2. Eadem autem cognoscantur simul cum conventionali actione, hoc est pari gradu cum ea, nisi eas separatim cognoscere necessarium sit aut iudex id opportunius existimaverit.

Can. 1464 — Quaestiones de cautione pro expensis iudicialibus praestanda aut de concessione gratuitī patrocinii, quod statim ab initio postulatum fuerit, et aliae huiusmodi regulariter videndae sunt ante litis contestationem.

Caput III DE TERMINIS ET DILATIONIBUS

Can. 1465 — § 1. Fatalia legis quae dicuntur, id est termini permendis iuribus lege constituti, prorogari non possunt, neque valide, nisi potentibus partibus, coaretari.

§ 2. Razen primerov, ki so omenjeni v § 1, je treba odložilne ugovore, zlasti tiste, ki se tičejo oseb in načina sodnega postopka, predložiti pred ugotavljanjem pravdnega spora, razen če so se povjavili med ugotavljanjem spora, in jih je treba čimprej rešiti.

Kan. 1460 — § 1. Če se ugovor vloži proti sodnikovi pristojnosti, mora o tej stvari odločiti sodnik sam.

§ 2. Če se sodnik ob ugovoru o relativni nepristojnosti razglasí za pristojnega, zoper njegovo odločitev ni dopuščen priziv, ni pa prepovedana ničnostna tožba in vrnitev v prejšnje stanje.

§ 3. Če se sodnik razglasí za nepristojnega, se more stranka, ki se čuti prizadeto, v petnajstih uporabnih dneh pritožiti na prizivno sodišče.

Kan. 1461 — Sodnik, ki v kateremkoli stanju zadeve ugotovi, da je absolutno nepristojen, mora svojo nepristojnost razglasiti.

Kan. 1462 — § 1. Ugovori pravnomočno rešene zadeve, poravnave in drugi tako imenovani strogi ugovori o *končanem sporu* se morajo vlagati in reševati pred ugotavljanjem pravdnega spora; če jih kdo uveljavlja pozneje, se ne sme zavrniti, marveč naj se obsodi, da nosi stroške, razen če dokaže, da z uveljavljivijo ni zlobno odlašal.

§ 2. Drugi strogi ugovori se morajo vložiti pri ugotavljanju pravdnega spora in jih je treba pravočasno obravnavati po pravilih o vmesnih vprašanjih.

Kan. 1463 — § 1. Nasprotnih tožb ni mogoče veljavno vložiti, razen v tridesetih dneh od ugotovitve pravdnega spora.

§ 2. Obravnavajo pa naj se hkrati z glavno tožbo, to se pravi, na isti stopnji z njo, razen če je potrebno, ali po sodnikovem mnjenju primernejše, da se obravnavajo ločeno.

Kan. 1464 — Vprašanja o položitvi varščine za sodne stroške ali o podelitvi pravice ubogih, ki je bila takoj na začetku zaprošena, in druga podobna je treba praviloma odločiti pred ugotavljanjem pravdnega spora.

Tretje poglavje ROKI IN PODALJŠANJA

Kan. 1465 — § 1. Tako imenovanih zakonitih strogih rokov, to je takšnih, ki so po zakonu določeni, da v njih ugasnejo pravice, ni mogoče podaljšati, ne veljavno skrajšati, razen če stranke prosijo.

§ 2. Termini autem iudiciales et conventionales, ante eorum lapsum, poterunt, iusta intercedente causa, a iudice, auditis vel petentiibus partibus, prorogari, numquam autem, nisi partibus consentientibus, valide coarctari.

§ 3. Caveat tamen iudex ne nimis diuturna lis fiat ex prorogatione.

Can. 1466 — Ubi lex terminos haud statuat ad actus processuales peragendos, iudex illos praefinire debet, habita ratione naturae uniuscuiusque actus.

Can. 1467 — Si die ad actum iudicialem indicto vacaverit tribunal, terminus intellegitur prorogatus ad primum sequentem diem non feriatum.

Caput IV DE LOCO IUDICII

Can. 1468 — Uniuscuiusque tribunalis sedes sit, quantum fieri potest, stabilis, quae statutis horis pateat.

Can. 1469 — § 1. Iudex e territorio suo vi expulsus vel a iurisdictione ibi exercenda impeditus, potest extra territorium iurisdictionem suam exercere et sententiam ferre, certiore tamen hac de re facto Episcopo dioecesano.

§ 2. Praeter casum de quo in § 1, iudex, ex iusta causa et auditis partibus, potest ad probationes acquirendas etiam extra proprium territorium se conferre, de licentia tamen Episcopi dioecesani loci adeundi et in sede ab eodem designata.

Caput V DE PERSONIS IN AULAM ADMITTENDIS ET DE MODO CONFICIENDI ET CONSERVANDI ACTA

Can. 1470 — § 1. Nisi aliter lex particularis caveat, dum causae coram tribunali aguntur, ii tantummodo adsint in aula quos lex aut iudex ad processum expediendum necessarios esse statuerit.

§ 2. Omnes iudicio assistentes, qui reverentiae et oboedientiae tribunalis debitae graviter defuerint, iudex potest congruis poenis ad officium reducere, advocatos praeterea et procuratores etiam a munere apud tribunalia ecclesiastica exercendo suspendere.

§ 2. Sodniške in dogovorjene roke more sodnik, preden se iztečejo, podaljšati, če nastopi upravičen razlog, ko zasliši stranki ali na njuno prošnjo, nikdar pa jih veljavno skrajšati, razen če stranki soglašata.

§ 3. Vendar naj sodnik pazi, da pravda zaradi podaljšanja ne bo predolgo trajala.

Kan. 1466 — Kjer zakon ne določa rokov za izvršitev procesnih dejanj, jih mora sodnik vnaprej določiti, ko upošteva naravo vsakega opravila.

Kan. 1467 — Če na dan, ki je določen za napovedano sodno opravilo, sodišče ne uraduje, velja, da je rok podaljšan na prvi naslednji nepraznični dan.

Četrto poglavje

KRAJ SOJENJA

Can. 1468 — Vsako sodišče naj ima, kolikor je mogoče, stalni sedež, ki naj bo odprt ob določenih urah.

Kan. 1469 — § 1. Sodnik, ki je s silo izgnan s svojega ozemlja ali oviran, da bi tam izvrševal sodstvo, more svojo oblast izvrševati in izrekati sodbe zunaj ozemlja, vendar mora o tem obvestiti krajevnega škofa.

§ 2. Razen primera, ki ga omenja § 1, more sodnik iz upravičenega razloga in po zaslišanju strank iti izven lastnega ozemlja, da opravi dokazni postopek, vendar z dovoljenjem krajevnega škofa kraja, kamor naj pride, in na sedežu, ki ga le-ta določi.

Peto poglavje

OSEBE, KI IMAJO PRISTOP V SODNO DVORANO, IN NAČIN, KAKO SE SESTAVLJAJO IN HRANIJO SPISI

Kan. 1470 — § 1. Med obravnavanjem zadeve na sodišču, razen če območni zakon določa drugače, smejo biti v dvorani navzoči letisti, za katere določa zakon ali sodnik, da so za potek postopka potrebni.

§ 2. Sodnik more vse pri sojenju navzoče, ki bi se težko pregrešili proti sodišču dolžnemu spoštovanju in poslušnosti, s primerimi kaznimi pripraviti k izpolnjevanju dolžnosti, odvetnikom in zastopnikom pa more poleg tega odvzeti tudi opravljanje službe pri cerkvenih sodiščih.

Can. 1471 — Si qua persona interroganda utatur lingua iudici vel partibus ignota, adhibetur interpres iuratus a iudice designatus. Declarationes tamen scripto redigantur lingua originaria et translatio addatur. Interpres etiam adhibetur si surdus vel mutus interrogari debet, nisi forte malit iudex quaestionibus a se datis scripto respondereat.

Can. 1472 — § 1. Acta iudicialia, tum quae meritum quaestionis respiciunt, seu acta causae, tum quae ad formam procedendi pertinent, seu acta processus, scripto redacta esse debent.

§ 2. Singula folia actorum numerentur et authenticitatis signum muniantur.

Can. 1473 — Quoties in actis iudicialibus partium aut testium subscriptio requiritur, si pars aut testis subscribere nequeat vel nolit, id in ipsis actis adnotetur, simulque iudex et notarius fidem faciant actum ipsum de verbo ad verbum parti aut testi perlectum fuisse, et partem aut testem vel non potuisse vel noluisse subscribere.

Can. 1474 — § 1. In casu appellationis, actorum exemplar, fide facta a notario de eius authenticitate, ad tribunal superiorius mittatur.

§ 2. Si acta exarata fuerint lingua tribunali superiori ignota, transferantur in aliam eidem tribunali cognitam, cautelis adhibitis, ut de fideli translatione constet.

Can. 1475 — § 1. Iudicio expleto, documenta quae in privatorum dominio sunt, restitu debent, retento tamen eorum exemplari.

§ 2. Notarii et cancellarius sine iudicis mandato tradere prohibent exemplar actorum iudicialium et documentorum, quae sunt processui acquisita.

Titulus IV DE PARTIBUS IN CAUSA

Caput I DE ACTORE ET DE PARTE CONVENTA

Can. 1476 — Quilibet, sive baptizatus sive non baptizatus, potest in iudicio agere; pars autem legitime conventa respondere debet.

Can. 1477 — Licet actor vel pars conventa procuratorem vel advocatum constituerit, semper tamen tenetur in iudicio ipsem adesse ad praescriptum iuris vel iudicis.

Kan. 1471 — Če kaka oseba, ki jo je treba izprašati, govori jezik, ki ga sodnik ali stranki ne razumejo, naj se privzame od sodnika določeni zapriseženi tolmač. Vendar naj se izjave sestavijo pismeno v izvirnem jeziku in doda prevod. Tolmač naj se tudi privzame, če je treba izprašati gluhega ali nemega, razen če je sodniku morebiti ljubše, da mu odgovarja na njegova pismena vprašanja.

Kan. 1472 — § 1. Sodna dejanja, tako tista, ki zadevajo bistvo vprašanja, to je dejanja, ki se tičejo stvari same, kakor tista, ki spadajo k obliki postopka, to je procesna dejanja, se morajo opraviti pismeno.

§ 2. Posamezne liste sodnih spisov je treba oštrevilčiti in opremiti z znakom pristnosti.

Kan. 1473 — Če stranka ali priča, kadar se v sodnih spisih zahteva podpis strank ali prič, ne more ali noče podpisati, naj se to v samih spisih omeni in hkrati naj sodnik in notar potrdita, da so bili spisi sami stranki ali priči dobesedno prebrani in da stranka ali priča ni mogla ali ni hotela podpisati.

Kan. 1474 — § 1. V primeru priziva je treba prepis spisov z ovetrivojo notarja o njegovi pristnosti poslati višjemu sodišču.

§ 2. Če so bili spisi sestavljeni v jeziku, ki ga višje sodišče ne razume, naj se prevedejo v drug jezik, ki ga to sodišče razume, ob uporabi primernih ukrepov, da je zagotovljena točnost prevoda.

Kan. 1475 — § 1. Ko je postopek končan, je treba listine, ki so v zasebni lasti, vrniti, vendar se zadrži njihov prepis.

§ 2. Notarjem in kanclerju je prepovedano brez sodnikovega naročila izročiti prepis sodnih spisov in listin, ki so bile pridobljene za postopek.

Četrti naslov PRAVDNE STRANKE

Prvo poglavje TOŽNIK IN TOŽENA STRANKA

Kan. 1476 — Vsakdo, bodisi krščen ali nekrščen, more nastopiti kot tožnik; stranka pa, ki je zakonito tožena, mora odgovarjati.

Kan. 1477 — Čeprav si je tožnik ali tožena stranka postavila zastopnika ali odvetnika, vendar mora biti po predpisu prava ali sodnika vedno sama navzoča pred sodiščem.

Can. 1478 — § 1. Minores et ii, qui rationis usu destituti sunt, stare in iudicio tantummodo possunt per eorum parentes aut tutores vel curatores, salvo praescripto § 3.

§ 2. Si iudex existimet minorum iura esse in conflictu cum iuribus parentum vel tutorum vel curatorum, aut hos non satis tueri posse ipsorum iura, tunc stent in iudicio per tutorem vel curatorem a iudice datum.

§ 3. Sed in causis spiritualibus et cum spiritualibus conexis, si minores usum rationis assecuti sint, agere et respondere queunt sine parentum vel tutoris consensu, et quidem per se ipsi, si aetatem quatuordecim annorum expleverint; secus per curatorem a iudice constitutum.

§ 4. Bonis interdicti, et ii qui minus firmae mentis sunt, stare in iudicio per se ipsi possunt tantummodo ut de propriis delictis respondeant, aut ad praescriptum iudicis; in ceteris agere et respondere debent per suos curatores.

Can. 1479 — Quoties adest tutor aut curator ab auctoritate civili constitutus, idem potest a iudice ecclesiastico admitti, auditio, si fieri potest, Episcopo dioecesano eius cui datus est; quod si non adsit aut non videatur admittendus, ipse iudex tutorem aut curatorem pro causa designabit.

Can. 1480 — § 1. Personae iuridicae in iudicio stant per suos legitimos reprezentantes.

§ 2. In casu vero defectus vel neglegentiae reprezentantis, potest ipse Ordinarius per se vel per alium stare in iudicio nomine personarum iuridicarum, quae sub eius potestate sunt.

Caput II

DE PROCURATORIBUS AD LITES ET ADVOCATIS

Can. 1481 — § 1. Pars libere potest advocatum et procuratorem sibi constituere; sed praeter casus in §§ 2 et 3 statutos, potest etiam per se ipsa agere et respondere, nisi iudex procuratoris vel advocati ministerium necessarium existimaverit.

§ 2. In iudicio poenali accusatus aut a se constitutum aut a iudice datum semper habere debet advocatum.

§ 3. In iudicio contentioso, si agatur de minoribus aut de iudicio in quo bonum publicum vertitur, exceptis causis matrimonialibus, iudex parti carenti defensorem ex officio constituat.

Kan. 1478 — § 1. Mladoletni in tisti, ki ne morejo razumno ravnati, morejo pred sodiščem nastopiti samo po svojih starših, varuhih ali skrbnikih, velja pa predpis § 3.

§ 2. Če sodnik meni, da so pravice mladoletnih v navzkrižju s pravicami staršev, varuhov ali skrbnikov, ali da ti ne morejo dovolj varovati njihovih pravic, tedaj naj nastopijo pred sodiščem po varahu ali skrbniku, ki ga določi sodnik.

§ 3. Toda v duhovnih in z duhovnimi povezanih zadevah morejo mladoletniki, če morejo razumno ravnat, nastopati in odgovarjati brez privolitve staršev ali skrbnika in sicer sami osebno, če so dopolnili štirinajst let starosti; sicer pa po skrbniku, ki ga postavi sodnik.

§ 4. Sodno preklicani in duševno manj sposobni morejo sami osebno le toliko nastopati pred sodiščem, da odgovarjajo za svoja kazniva dejanja, ali na ukaz sodnika; v drugih zadevah morajo tožiti in biti toženi po svojih skrbnikih.

Kan. 1479 — Kadar je navzoč varuh ali skrbnik, ki ga je postavila civilna oblast, ga more cerkveni sodnik dopustiti, ko po možnosti poizve za mnenje krajevnega škofa tistega, komur je postavljen; če ga pa ni ali se zdi, da ga ne sme dopustiti, bo sodnik sam določil varuha ali skrbnika za zadevo.

Kan. 1480 — § 1. Pravne osebe nastopajo pred sodiščem po svojih zakonitih predstavnikih.

§ 2. V primeru, da ni predstavnika ali je ta vnemaren, more ordinarij sam osebno ali po drugem nastopiti pred sodiščem v imenu pravnih oseb, ki so pod njegovo oblastjo.

Drugo poglavje

PRAVDNI ZASTOPNIKI IN ODVETNIKI

Kan. 1481 — § 1. Stranka si more svobodno določiti odvetnika in zastopnika; toda razen v §§ 2 in 3 določenih primerih more tudi sama nastopati kot tožnik in tožena stranka, razen če sodnik meni, da je sodelovanje zastopnika ali odvetnika potrebno.

§ 2. V kazenski zadevi mora obtoženec vedno imeti odvetnika, ki ga postavi sam ali pa mu ga da sodnik.

§ 3. Če gre v sporni zadevi za mladoletnike ali za javni blagor, izvzemši zakonske pravde, naj sodnik po uradni dolžnosti dodeli branilca stranki, ki ga nima.

Can. 1482 — § 1. Unicum sibi quisque potest constituere procuratorem, qui nequit alium sibimet substituere, nisi expressa facultas eidem facta fuerit.

§ 2. Quod si tamen, iusta causa suadente, plures ab eodem consti-tuantur, hi ita designentur, ut detur inter ipsos locus praeventio-ni.

§ 3. Advocati autem plures simul constitui queunt.

Can. 1483 — Procurator et advocatus esse debent aetate maiores et bonae famae; advocatus debet praeterea esse catholicus, nisi Episcopius dioecesanus aliter permittat, et doctor in iure canonico, vel alioquin vere peritus et ab eodem Episcopo approbatus.

Can. 1484 — § 1. Procurator et advocatus antequam munus susci-piant, mandatum authenticum apud tribunal deponere debent.

§ 2. Ad juris tamen extinctionem impediendam iudex potest pro-curatorem admittere etiam non exhibito mandato, praestita, si res ferat, idonea cautione; actus autem qualibet vi caret, si intra termi-num peremptorium a iudice statuendum, procurator mandatum rite non exhibeat.

Can. 1485 — Nisi speciale mandatum habuerit, procurator non po-test valide renuntiare actioni, instantiae vel actis iudicibus, nec transigere, pacisci, compromittere in arbitros et generatim ea agere pro quibus ius requirit mandatum speciale.

Can. 1486 — § 1. Ut procuratoris vel advocati remotio effectum sortiatur, necesse est ipsis intimetur, et, si lis iam contestata fuerit, iudex et aduersa pars certiores facti sint de remotione.

§ 2. Lata definitiva sententia, ius et officium appellandi, si man-dans non renuat, procuratori manet.

Can. 1487 — Tum procurator tum advocatus possunt a iudice, da-to decreto, repelli sive ex officio sive ad instantiam partis, gravi ta-men de causa.

Can. 1488 — § 1. Vetatur uterque emere litem, aut sibi de immo-dico emolumento vel rei litigiosae parte vindicata pacisci. Quae si fecerint, nulla est pactio, et a iudice poterunt poena pecuniaria mul-tari. Advocatus praeterea tum ab officio suspendi, tum etiam, si reci-divus sit, ab Episcopo, qui tribunalii praeceps, ex albo advocatorum ex-pungii potest.

§ 2. Eodem modo puniri possunt advocati et procuratores qui a competentibus tribunalibus causas, in fraudem legis, subtrahunt ut ab aliis favorabilius definiantur.

Kan. 1482 — § 1. Vsakdo more izbrati samo enega zastopnika, ki pa si ne more postaviti namestnika, razen če je bila ta pravica iz-rečeno dana.

§ 2. Če pa upravičen razlog svetuje, naj jih postavi več, in sicer tako, da tisti, ki prej začne, izključi druge.

§ 3. Mogoče pa je postaviti več odvetnikov hkrati.

Kan. 1483 — Zastopnik in odvetnik morata biti polnoletna in na dobrém glasu; odvetnik mora poleg tega biti katoličan, razen če krajevni škof dovoli drugače, in doktor cerkvenega prava ali dru-gače resnično izveden in potrjen od istega škofa.

Kan. 1484 — § 1. Preden zastopnik ali odvetnik prevzameta na-logo, mora pri sodišču vložiti verodostojno pooblastilo oziroma naročilo.

§ 2. Da pa se prepreči ugasnitev pravice, more sodnik dopustiti zastopnika, četudi ni predložil pooblastila, da je le, če stvar to zahteva, dana primerna varščina; sodno dejanje pa nima nobene moči, če zastopnik v nepodaljšljivem roku, ki ga mora določiti sodnik, po-oblascila ne predloži pravilno.

Kan. 1485 — Zastopnik se brez posebnega pooblastila ne more veljavno odpovedati tožbi, postopku ali sodnim dejanjem in ne iz-vesti poravnavo, se pogoditi, se dogovoriti o razsodnikih in na splošno opraviti dejanj, za katera pravo zahteva posebno pooblastilo.

Kan. 1486 — § 1. Da odstranitev zastopnika ali odvetnika posta-ne učinkovita, se jima mora sporočiti, in če se je ugotovitev pravd-nega spora že izvršila, naj se o odstranitvi obvestita sodnik in na-sprotna stranka.

§ 2. Ko je izdana končna sodba, ima zastopnik pravico in dolž-nost vložiti priziv, če pooblastitelj tega ne odkloni.

Kan. 1487 — Sodnik pa more, vendar iz tehtnega razloga, po-uradni dolžnosti ali na zahtevo stranke z odločbo zavrniti tako za-stopnika kakor odvetnika.

Kan. 1488 — § 1. Vsakemu od obeh je prepovedano odkupiti pravdo ali se pogoditi o čezmerni koristi ali o delu spornega pred-meta. Če sta to storila, je pogodba nična in sodnik ju more kazno-vati z denarno kaznijo. Odvetnika je poleg tega mogoče razrešiti službe in, če je povratnik, ga more škof, ki predseduje sodišču, izbrisati iz seznama odvetnikov.

§ 2. Na isti način je mogoče kaznovati odvetnike in zastopnike, ki z izigravanjem zakona umaknejo pravde pri pristojnih sodiščih, da bi jih druga ugodnejše rešila.

Can. 1489 — Advocati ac procuratores qui ob dona aut pollicitationes aut quamlibet aliam rationem suum officium prodiderint, a patrocinio exercendo suspendantur, et multa pecuniaria aliisve con- gruis poenis plectantur.

Can. 1490 — In unoquoque tribunali, quatenus fieri possit, stabiles patroni constituantur, ab ipso tribunali stipendum recipientes, qui munus advocati vel procuratoris in causis praesertim matrimonialibus pro partibus quae eos seligere malint, exerceant.

Titulus V

DE ACTIONIBUS ET EXCEPTIONIBUS

Caput I

DE ACTIONIBUS ET EXCEPTIONIBUS IN GENERE

Can. 1491 — Quodlibet ius non solum actione munitur, nisi aliud expresse cautum sit, sed etiam exceptione.

Can. 1492 — § 1. Quaevis actio extinguitur praescriptione ad normam iuris aliove legitimo modo, exceptis actionibus de statu personarum, quae numquam extinguuntur.

§ 2. Exceptio, salvo praescripto can. 1462, semper competit et est suapte natura perpetua.

Can. 1493 — Actor pluribus simul actionibus, quae tamen inter se non confligant, sive de eadem re sive de diversis, aliquem convenire potest, si aditi tribunalis competentiam non egrediantur.

Can. 1494 — § 1. Pars conventa potest coram eodem iudice in eodem iudicio contra actorem vel propter causae nexum cum actione principali vel ad submovendam vel ad minuendam actoris petitionem, actionem reconventionalem instituere.

§ 2. Reconventio reconventionis non admittitur.

Can. 1495 — Actio reconventionalis proponenda est iudici coram quo actio prior instituta est, licet ad unam causam dumtaxat delegato vel alioquin relative incompetenti.

Kan. 1489 — Odvetniki in zastopniki, ki bi se zaradi daril, obljud ali iz kakega drugega razloga izneverili svoji službi, naj se razrešijo izvrševanja zastopstva in kaznujejo z denarno kaznijo ali drugimi primernimi kaznimi.

Kan. 1490 — Pri vsakem sodišču naj se, kolikor je to mogoče, postavijo stalni zagovorniki, ki prejemajo nagrado od samega sodišča in naj opravljajo nalogu odvetnika ali zastopnika predvsem v zakonskih pravdah za stranke, ki si jih želijo izbrati.

Peti naslov

TOŽBE IN UGOVORI

Prvo poglavje

TOŽBE IN UGOVORI NA SPLOŠNO

Kan. 1491 — Vsakršno pravico ne varuje le tožba, razen če je izrečeno določeno kaj drugega, marveč tudi ugovor.

Kan. 1492 — § 1. Vsaktera tožba ugasne z zastaranjem po dočabi prava ali na drug zakonit način, izvzete pa so tožbe o statusu oseb, ki nikdar ne ugasnejo.

§ 2. Ugovor je ob veljavnosti predpisa kan. 1462 vedno primeren in je po svoji naravi trajen.

Kan. 1493 — Tožnik more proti toženi stranki hkrati naperiti v isti ali v različnih stvareh več med seboj ne nasprotajočih si tožb, če ne presegajo pristojnosti sodišča, na katero se obrača.

Kan. 1494 — § 1. Tožena stranka more pri istem sodniku vistem postopku ali zaradi povezanosti zadeve z glavno tožbo ali zato, da izpodbjala ali zmanjša tožnikov zahtevek, zoper tožnika naperiti nasprotno tožbo.

§ 2. Nasprotna tožba proti nasprotni tožbi ni dopustna.

Kan. 1495 — Nasprotna tožba se mora vložiti pri sodniku, pri katerem je bila vložena prva tožba, čeprav je ta pooblaščen samo za eno pravdo ali je drugače relativno nepristojen.

Caput II
DE ACTIONIBUS ET EXCEPTIONIBUS IN SPECIE

Can. 1496 — § 1. Qui probabilibus saltem argumentis ostenderit super aliqua re ab alio detenta ius se habere, sibique damnum immovere nisi res ipsa custodienda tradatur, ius habet obtinendi a iudice eiusdem rei sequestrationem.

§ 2. In similibus rerum adiunctis obtinere potest, ut iuris exercitium alicui inhibeatur.

Can. 1497 — § 1. Ad crediti quoque securitatem sequestratio rei admittitur, dummodo de creditoris iure satis constet.

§ 2. Sequestratio extendi potest etiam ad res debitoris quae quolibet titulo apud alias personas reperiantur, et ad debitoris credita.

Can. 1498 — Sequestratio rei et inhibitio exercitii iuris decerni nullatenus possunt, si damnum quod timetur possit aliter reparari et idonea cautio de eo reparando offeratur.

Can. 1499 — Iudex potest ei, cui sequestrationem rei vel inhibitionem exercitii iuris concedit, praeviam imponere cautionem de damnis, si ius suum non probaverit, resarcendis.

Can. 1500 — Ad naturam et vim actionis possessoriae quod attinet, serventur praescripta iuris civilis loci ubi sita est res de cuius possessione agitur.

Pars II
DE IUDICIO CONTENTIOSO

Sectio I
DE IUDICIO CONTENTIOSO ORDINARIO

Titulus I
DE CAUSAE INTRODUCTIONE

Caput I
DE LIBELLO LITIS INTRODUCTORIO

Can. 1501 — Iudex nullam causam cognoscere potest, nisi petitio, ad normam canonum, proposita sit ab eo cuius interest, vel a promotore iustitiae.

Drugo poglavje
POSEBNE TOŽBE IN UGOVORI

Kan. 1496 — § 1. Kdor vsaj z verjetnimi razlogi izkaže, da ima pravico do kake stvari, ki jo drug zadržuje, in da mu grozi škoda, če se ta stvar ne izroči v varstvo, ima pravico doseči, da sodnik odredi začasno upravo te stvari.

§ 2. V podobnih okoliščinah more doseči, da se komu prepove izvrševanje pravice.

Kan. 1497 — § 1. Tudi za zavarovanje terjatve se dovoli začasna uprava stvari, če je le upnikova pravica zadosti izkazana.

§ 2. Začasna uprava se more raztegniti tudi na tiste dolžnikove stvari, ki se iz kakršnegakoli naslova odkrijejo pri drugih osebah, in na dolžnikove terjatve.

Kan. 1498 — Začasne uprave in prepovedi izvrševanja pravice nikakor ni mogoče odrediti, če je mogoče škodo, ki se je kdo boji, drugače popraviti in se za njeno poravnavo ponudi primerna varščina.

Kan. 1499 — Sodnik more tistem, ki mu dovoli začasno upravo stvari ali prepoved izvrševanja pravice, naložiti predhodno varščino za povrnitev škode, če ne bo dokazal svoje pravice.

Kan. 1500 — Kar zadeva naravo in učinek posestne tožbe, naj veljajo predpisi civilnega prava kraja, kjer je predmet, za katerega posest gre.

Drugi del
SPORNI SODNI POSTOPEK

Prvi oddelek
REDNI SPORNI SODNI POSTOPEK

Prvi naslov
UVEDBA PRAVDE

Prvo poglavje
TOŽBENI SPIS

Kan. 1501 — Sodnik ne more soditi nobene zadeve, če ni po dolobi kanonov predložil zahtevka tisti, ki se ga tiče, ali pravnik.

Can. 1502 — Qui aliquem convenire vult, debet libellum competenti iudici exhibere, in quo controversiae obiectum proponatur, et ministerium iudicis expostuletur.

Can. 1503 — § 1. Petitionem oralem iudex admittere potest, quoties vel actor libellum exhibere impediatur vel causa sit facilis investigationis et minoris momenti.

§ 2. In utroque tamen casu iudex notarium iubeat scriptis actum redigere qui actori legendus est et ab eo probandus, quique locum tenet libelli ab actore scripti ad omnes iuris effectus.

Can. 1504 — Libellus, quo lis introducitur, debet:

1^o exprimere coram quo iudice causa introducatur, quid petatur et a quo petatur;

2^o indicare quo iure innitatur actor et generatim saltem quibus factis et probationibus ad evincenda ea quae asseruntur;

3^o subscribi ab actore vel eius procuratore, appositis die, mense et anno, necnon loco in quo actor vel eius procurator habitant, aut residere se dixerint actorum recipiendorum gratia;

4^o indicare domicilium vel quasi-domicilium partis conventae.

Can. 1505 — § 1. Iudex unicus vel tribunalis collegialis praeses, postquam viderint et rem esse suaे competentiae et actori legitimam personam standi in iudicio non deesse, debent suo decreto quam primum libellum aut admittere aut reicere.

§ 2. Libellus reici potest tantum:

1^o si iudex vel tribunal incompetens sit;

2^o si sine dubio constet actori legitimam deesse personam standi in iudicio;

3^o si non servata sint praescripta can. 1504, nn. 1-3;

4^o si certo pateat ex ipso libello petitionem quolibet carere fundamento, neque fieri posse, ut aliquod ex processu fundamentum appareat.

§ 3. Si libellus reiectus fuerit ob vitia quae emendari possunt, actor novum libellum rite confectum potest eidem iudici denuo exhibere.

§ 4. Adversus libelli reiectionem integrum semper est parti intra tempus utile decem dierum recursum rationibus suffultum interponere vel ad tribunal appellacionis vel ad collegium, si libellus reiectus fuerit a praeside; quaestio autem reiectionis expeditissime definienda est.

Can. 1506 — Si iudex intra messem ab exhibito libello decretum non ediderit, quo libellum admittit vel reicit ad normam can. 1505,

Kan. 1502 — Kdor hoče koga tožiti, mora pristojnemu sodniku izročiti tožbeni spis, v katerem naj navede sporni predmet in prosi sodnika za pomoč.

Kan. 1503 — § 1. Sodnik more dopustiti ustni zahtevek, kadar je tožnik oviran v izročitvi tožbenega spisa, ali je zadevo lahko preiskati in je manjšega pomena.

§ 2. V vsakem od obeh primerov pa naj sodnik naroči notarju, da pismeno napravi zapisnik, ki ga je treba tožniku prebrati in ga mora on odobriti, in ki z vsemi pravnimi učinki nadomešča od tožnika napisani tožbeni spis.

Kan. 1504 — Tožbeni spis, s katerim se uvede pravda, mora:

1. izraziti, pred katerim sodnikom naj se pravda uvede, kaj in od koga se zahteva;

2. navesti, na katero pravico in, vsaj splošno na katera dejstva in dokazila za svoje navedbe se tožnik opira;

3. podpisati tožnik ali njegov zastopnik z dostavitvijo dneva, meseca in leta pa tudi kraja, kjer tožnik ali njegov zastopnik prebivata, ali pravita, da bosta bivala za sprejemanje sodnih spisov;

4. navesti domovališče ali nepravo domovališče tožene stranke.

Kan. 1505 — § 1. Potem ko sta sodnik posameznik ali predsednik sodnega zbora spoznala, da spada stvar v njuno pristojnost in da je tožnik pravdno sposoben, mora tožbeni spis s svojo odločbo čimprej sprejeti ali zavrniti.

§ 2. Tožbeni spis je mogoče zavrniti samo:

1. če sodnik ali sodišče ni pristojno;

2. če je nedvomno ugotovljeno, da tožnik pravdno ni sposoben;

3. če niso upoštevani predpisi kan. 1504, št. 1—3;

4. če je iz samega tožbenega spisa razvidno, da je zahtevek brez vsakršne podlage, in da ni mogoče, da bi se v sodnem postopku pokazala kaka podlaga.

§ 3. Če je bil tožbeni spis zavrnjen zaradi napak, ki jih je mogoče popraviti, more tožnik pred istim sodnikom znova vložiti nov pravilno sestavljen tožbeni spis.

§ 4. Zoper zavrnitev tožbenega spisa ima stranka vedno neokrnjeno pravico v uporabnem času desetih dni vložiti z razlogi podproto pritožbo pri prizivnem sodišču ali sodnem zboru, če je predsednik tožbeni spis zavrnil; vprašanje o zavrnitvi je treba kar najhitreje odločiti.

Kan. 1506 — Če sodnik v enem mesecu, odkar je bil tožbeni spis vložen, ni izdal odločbe, s katero tožbeni spis sprejme ali zavrne po

pars, cuius interest, instare potest ut iudex suo munere fungatur; quod si nihilominus iudex sileat, inutiliter lapsis decem diebus a facta instantia, libellus pro admisso habeatur.

Caput II

DE CITATIONE ET DENUNTIATIONE ACTORUM IUDICIALIUM

Can. 1507 — § 1. In decreto, quo actoris libellus admittitur, debet iudex vel praeses ceteras partes in iudicium vocare seu citare ad litem contestandam, statuens utrum eae scripto respondere debeant an coram ipso se sistere ad dubia concordanda. Quod si ex scriptis responsionibus perspiciat necessitatem partes convocandi, id potest novo decreto statuere.

§ 2. Si libellus pro admisso habetur ad normam can. 1506, decretum citationis in iudicium fieri debet intra viginti dies a facta instantia, de qua in eo canone.

§ 3. Quod si partes litigantes de facto coram iudice se sistant ad causam agendam, opus non est citatione, sed actuarius significet in actis partes iudicio adfuisse.

Can. 1508 — § 1. Decretum citationis in iudicium debet statim parti conventae notificari, et simul ceteris, qui comparere debent, notum fieri.

§ 2. Citationi libellus litis introductory adiungatur, nisi iudex propter graves causas censeat libellum significantum non esse parti, antequam haec deposuerit in iudicio.

§ 3. Si lis moveatur adversus eum qui non habet liberum exercitium suorum iurium, vel liberam administrationem rerum de quibus disceptatur, citatio denuntianda est, prout casus ferat, tutori, curatori, procuratori speciali, seu ei qui ipsius nomine iudicium suspicere tenetur ad normam iuris.

Can. 1509 — § 1. Citationum, decretorum, sententiarum aliorumque iudicialium actorum notificatio facienda est per publicos tabellarios vel alio modo qui tutissimus sit, servatis normis lege particuli statutis.

§ 2. De facto notificationis et de eius modo constare debet in actis.

Can. 1510 — Conventus, qui citatoriam schedam recipere recuset, vel qui impedit quominus citatio ad se perveniat, legitimate citatus habeatur.

določbi kan. 1505, more prizadeta stranka vztrajati, naj sodnik opravi svojo nalogu; če sodnik ne glede na to molči, naj po brezuspešnem preteklu desetih dni, odkar je zahteva vložena, velja tožbeni spis za sprejet.

Drugo poglavje

VABLJENJE IN SPOROČANJE SODNIH DEJANJ

Kan. 1507 — § 1. V odločbi, s katero se sprejme tožbeni spis, mora sodnik ali predsednik poklicati ali pozvati druge stranke pred sodišče k ugotovitvi pravdnega spora, ko določi, ali morajo le-te odgovoriti pismeno ali priti pred njega za ugotovitev spornih točk. Če iz pismenih odgovorov spozna, da je nujno treba sklicati stranki, more to določiti z novo odločbo.

§ 2. Če tožbeni spis po določbi kan. 1506 velja za sprejet, se mora odločba o pozivu pred sodišče izvršiti v dvajsetih dneh od vložitve zahteve, ki jo omenja ta kanon.

§ 3. Vabilo ni potrebno, če pravdni stranki dejansko prideta pred sodnika zaradi pravde, zapisnikar pa naj v spisih zaznamuje, da sta stranki prišli pred sodišče.

Kan. 1508 — § 1. Odločba o vabljenju pred sodišče se mora takoj sporočiti v vednost toženi stranki in hkrati sporočiti drugim, ki morajo priti pred sodišče.

§ 2. Vabilo naj se priloži tožbeni spis, razen če sodnik iz tehnih razlogov meni, da se tožbeni spis stranki ne sme izročiti v vednost, dokler ta ni dala izpovedbe pred sodiščem.

§ 3. Če teče pravda zoper koga, ki ne more svobodno izvrševati svojih pravic, ali stvari, o katerih se razpravlja, ne upravlja svobodno, se mora vabilo glede na primer sporočiti varuhu, skrbniku, posebnemu zastopniku ali tistemu, ki je po določbi prava dolžan v njegovem imenu nastopati pred sodiščem.

Kan. 1509 — § 1. Vročitev vabil, odločb, sodb in drugih sodnih spisov je treba opraviti po pošti ali na drug način, ki je najvarnejši, ravnat pa se je treba po določbah, ki so določene z območnim zakonom.

§ 2. Iz spisov mora biti razvidno dejstvo in način vročitve.

Kan. 1510 — Toženec, ki se brani sprejeti vabilo ali prepreči, da bi vabilo prišlo do njega, velja za zakonito vabljenega.

Can. 1511 — Si citatio non fuerit legitime notificata, nulla sunt acta processus, salvo praescripto can. 1507, § 3.

Can. 1512 — Cum citatio legitime notificata fuerit aut partes coram iudice steterint ad causam agendum:

1^o res desinit esse integra;

2^o causa fit propria illius iudicis aut tribunalis ceteroquin competentis, coram quo actio instituta est;

3^o in iudice delegato firma redditur iurisdictio, ita ut non expiret resolutio iure delegantis;

4^o interrupitur praescriptio, nisi aliud cautum sit;

5^o lis pendere incipit; et ideo statim locum habet principium «lite pendente, nihil innovetur».

Titulus II DE LITIS CONTESTATIONE

Can. 1513 — § 1. Contestatio litis habetur cum per iudicis decreatum controversiae termini, ex partium petitionibus et responsionibus desumpti, definiuntur.

§ 2. Partium petitiones responsionesque, praeterquam in libello litis introductory, possunt vel in responsione ad citationem exprimi vel in declarationibus ore coram iudice factis; in causis autem difficultioribus partes convocandae sunt a iudice ad dubium vel dubia concordanda, quibus in sententia respondendum sit.

§ 3. Decretum iudicis partibus notificandum est; quae nisi iam consenserint, possunt intra decem dies ad ipsum iudicem recurrere, ut mutetur; quaestio autem expeditissime ipsius iudicis decreto dirimenda est.

Can. 1514 — Controversiae termini semel statuti mutari valide nequeunt, nisi novo decreto, ex gravi causa, ad instantiam partis et auditis reliquis partibus earumque rationibus perpensis.

Can. 1515 — Lite contestata, possessor rei alienae desinit esse bona fidei; ideoque, si damnatur ut rem restituat, fructus quoque a contestationis die reddere debet et damna sarcire.

Can. 1516 — Lite contestata, iudex congruum tempus partibus praestitutus probationibus proponendis et explendis.

Kan. 1511 — Če vabilo ni bilo vročeno zakonito, so procesna dejanja nična, velja pa predpis kan. 1507, § 3.

Kan. 1512 — Ko je bilo vabilo zakonito vročeno ali sta stranki prišli pred sodnika zaradi pravde:

1. preneha stvar biti nedotaknjena;
2. je pravda vezana na tega sodnika ali sicer pristojno sodišče, pri katerem je bila tožba vložena;
3. se utrdi jurisdikcija pooblaščenega sodnika, tako da ne ugasne, če preneha oblast tistega, ki je pooblastilo dal;
4. se pretrga zastaranje, če ni določeno kaj drugega;
5. spor prične teči; in zato takoj začne veljati načelo »ko spor teče, naj se nič ne uvaja na novo.«

Drugi naslov

UGOTOVITEV PRAVDNEGA SPORA

Kan. 1513 — § 1. Ugotovitev pravdnega spora je v tem, da se s sodnikovo odločbo opredelijo meje spora, povzete iz zahtevkov in odgovorov pravnih strank.

§ 2. Zahtevke in odgovore strank je mogoče razen v tožbenem spisu izraziti v odgovoru na vabilo ali z ustnimi izjavami pred sodnikom; v težjih zadevah pa mora sodnik poklicati stranki za ugotovitev spora ali spornih točk, na katere je treba v sodbi odgovoriti.

§ 3. Sodnikovo odločbo je treba strankama vročiti; če ti ne soglašata takoj, se moreta v desetih dneh obrniti na samega sodnika, naj se spremeni; vprašanje je treba z odločbo tega sodnika kar najhitreje razrešiti.

Kan. 1514 — Ko so meje spora enkrat ugotovljene, jih ni mogoče veljavno spremeniti, razen z novo odločbo, iz tehtnega razloga, na zahtevo stranke in po zaslišanju drugih strank ter po pretresu njihovih razlogov.

Kan. 1515 — Ko je pravdni spor ugotovljen, preneha posestnik tuje stvari biti v dobrni veri; če je obsojen na vrnitev stvari, mora zato vrniti tudi njene plodove od dneva ugotovitve in poravnati škodo.

Kan. 1516 — Ko je pravdni spor ugotovljen, naj sodnik stranka določi primeren rok za predložitev in dopolnitev dokazov.

Titulus III
DE LITIS INSTANTIA

Can. 1517 — Instantiae initium fit citatione; finis autem non solum pronuntiatione sententiae definitivae, sed etiam aliis modis iure praefinitis.

Can. 1518 — Si pars litigans moriatur aut statum mutet aut cesset ab officio cuius ratione agit:

1^o causa nondum conclusa, instantia suspenditur donec heres defuncti aut successor aut is, cuius intersit, litem resumat;

2^o causa conclusa, iudex procedere debet ad ulteriora, citato procuratore, si adsit, secus defuncti herede vel successore.

Can. 1519 — § 1. Si a munere cesseret tutor vel curator vel procurator, qui sit ad normam can. 1481, §§ 1 et 3 necessarius, instantia interim suspenditur.

§ 2. Alium autem tutorem vel curatorem iudex quam primum constitutus; procuratorem vero ad litem constituere potest, si pars neglexerit intra brevem terminum ab ipso iudice statutum.

Can. 1520 — Si nullus actus processualis, nullo obstante impedimento, ponatur a partibus per sex menses, instantia perimitur. Lex particularis alios peremptionis terminos statuere potest.

Can. 1521 — Peremptio obtinet ipso iure et adversus omnes, minores quoque aliosve minoribus aequiparatos, atque etiam ex officio declarari debet, salvo iure petendi indemnitatē adversus tutores, curatores, administratores, procuratores, qui culpa se caruisse non probaverint.

Can. 1522 — Peremptio extinguit acta processus, non vero acta causae; immo haec vim habere possunt etiam in alia instantia, dummodo causa inter easdem personas et super eadem re intercedat; sed ad extraneos quod attinet, non aliam vim obtinent nisi documentorum.

Can. 1523 — Perempti iudicii expensas, quas quisque ex litigantibus fecerit, ipse ferat.

Can. 1524 — § 1. In quolibet statu et gradu iudicii potest actor instantiae renuntiare; item tum actor tum pars conventa possunt processus actis renuntiare sive omnibus sive nonnullis tantum.

§ 2. Tutores et administratores personarum iuridicarum, ut renuntiare possint instantiae, egent consilio vel consensu eorum, quorum concursus requiritur ad ponendos actus, qui ordinariae administrationis fines excedunt.

Tretji naslov
TEK PRAVDE

Kan. 1517 — Pravda začne teči z vabljencem; konča pa se ne le z razglasitvijo končne sodbe, marveč tudi na druge v pravu vnaprej določene načine.

Kan. 1518 — Če pravdna stranka umre, spremeni stan ali izgubi službo, zaradi katere nastopa:

1. se še nezaključeni postopek v trenutku prekine, dokler dedič umrlega ali naslednik ali tisti, ki se ga tiče, ne prevzame postopka;

2. če je postopek zaključen, mora sodnik voditi postopek naprej, ko pozove zastopnika, če je, sicer pa dediča umrlega ali naslednika.

Kan. 1519 — § 1. Če varuhu, skrbniku ali zastopniku, ki je potreben po določbi kan. 1481, §§ 1 in 3, preneha naloga, se postopek medtem prekine.

§ 2. Sodnik pa naj čimprej določi drugega varuha ali skrbnika; zastopnika pa more določiti za pravdo, če je stranka v kratkem od sodnika določenem roku pustila zadevo vnemar.

Kan. 1520 — Če stranki v šestih mesecih ne izvršita nobenega procesnega dejanja, ko ni nobene ovire, se postopek takoj prekine. Območni zakon more določiti druge roke prenehanja.

Kan. 1521 — Prekinitev nastopi po samem pravu in zoper vse, tudi zoper mladoletnike in druge, ki se izenačujejo z mladoletniki, in se mora tudi po uradni dolžnosti razglasiti, velja pa pravica zahtevati odškodnino od varuhov, skrbnikov, upraviteljev, zastopnikov, ki niso dokazali, da so bili brez krivde.

Kan. 1522 — Prekinitev vzame pravni učinek procesnim dejanjem, ne pa dejanjem same zadeve; te morejo celo imeti moč v drugem postopku, da le teče pravda med istima osebama in v isti stvari; nasproti tujim osebam pa imajo le veljavno listin.

Kan. 1523 — Stroške sodnega postopka, ki je prenehal, mora vsaka pravdna stranka, ki jih je povzročila, nositi sama.

Kan. 1524 — § 1. Tožnik se more pri vsakem stanju in stopnji pravde odpovedati teku pravde; prav tako se moreta tožnik in tožena stranka odpovedati vsem ali samo nekaterim procesnim dejanjem.

§ 2. Da se morejo varuhi in upravitelji v pravdu vpleteneh pravnih oseb odpovedati teku pravde, potrebujejo posvetovanje ali prilovitev tistih, katerih sodelovanje se zahteva za opravljanje dejanj, ki presegajo meje redne uprave.

§ 3. Renuntiatio, ut valeat, peragenda est scripto, eademque a parte vel ab eius procuratore, speciali tamen mandato munito, debet subscribi, cum altera parte communicari, ab eaque acceptari vel saltem non impugnari, et a iudice admitti.

Can. 1525 — Renuntiatio a iudice admissa, pro actis quibus renuntiatum est, eosdem parit effectus ac peremptio instantiae, itemque obligat renuntiantem ad solvendas expensas actorum, quibus renuntiatum fuit.

Titulus IV DE PROBATIONIBUS

Can. 1526 — § 1. Onus probandi incumbit ei qui asserit.

§ 2. Non indigent probatione:

- 1º quae ab ipsa lege praesumuntur;
- 2º facta ab uno ex contendentibus asserta et ab altero admissa, nisi iure vel a iudice probatio nihilominus exigatur.

Can. 1527 — § 1. Probationes cuiuslibet generis, quae ad causam cognoscendam utiles videantur et sint licitae, adduci possunt.

§ 2. Si pars instet ut probatio a iudice reiecta admittatur, ipse iudex rem expeditissime definiat.

Can. 1528 — Si pars vel testis se sistere ad respondendum coram iudice renuant, licet eos audire etiam per laicum a iudice designatum aut requirere eorum declarationem coram publico notario vel quovis alio legitimo modo.

Can. 1529 — Iudex ad probationes colligendas ne procedat ante litis contestationem nisi ob gravem causam.

Caput I DE PARTIUM DECLARATIONIBUS

Can. 1530 — Iudex ad veritatem aptius eruendam partes interro-gare semper potest, immo debet, ad instantiam partis vel ad probandum factum quod publice interest extra dubium ponit.

Can. 1531 — § 1. Pars legitimate interrogata respondere debet et veritatem integre fateri.

§ 2. Quod si respondere recusaverit, iudicis est aestimare quid ad factorum probationem exinde erui possit.

§ 3. Da bo odpoved veljavna, jo je treba dati pismeno in jo mora podpisati stranka ali njen zastopnik, vendar s posebnim pooblasti-lom, se mora sporočiti drugi stranki, ta pa jo mora sprejeti ali jo vsaj ne izpodbijati, sodnik pa jo mora dopustiti.

Kan. 1525 — Odpoved, ki jo sodnik dopusti, ima za dejanja, katerim se je odpovedalo, iste učinke kakor prenehanje pravdnega teka, in enako obvezuje tistega, ki jo poda, da plača stroške za dejanja, ki se jim je odpovedal.

Četrti naslov DOKAZOVANJE

Kan. 1526 — § 1. Dokazovanje bremeni tistega, ki trdi.

§ 2. Dokazovati ni treba:

1. kar domneva sam zakon;
2. dejstev, ki jih ena izmed pravnih strank zatrjuje, druga pa priznava, razen če pravo ali sodnik kljub temu zahteva dokazovanje.

Kan. 1527 — § 1. Dokaze katerekoli vrste, ki se zdijo koristni za presojo pravde in so dopustni, je mogoče navajati.

§ 2. Če stranka vztraja, da se dokaz, ki ga je sodnik odklonil, dopusti, naj sodnik sam stvar kar najhitreje odloči.

Kan. 1528 — Če stranka ali priča odkloni priti in odgovarjati pred sodnikom, je dovoljeno, da ju zasliši tudi laik, ki ga je sodnik določil, ali da se zahteva njuna izjava pred javnim notarjem ali na katerikoli drug zakonit način.

Kan. 1529 — Sodnik naj ne začne z dokaznim postopkom pred ugotovitvijo pravdnega spora, razen iz tehtnega razloga.

Prvo poglavje IZJAVE STRANK

Kan. 1530 — Da sodnik lažje dožene resnico, more stranki vedno izpraševati, vsekakor pa ju mora na zahtevo stranke, ali da se ne-dvomno dokaže dejstvo, ki je v javnem interesu.

Kan. 1531 — § 1. Zakonito vprašana stranka mora odgovarjati in neokrnjeno izpovedati resnico.

§ 2. Če pa je odgovor odklonila, je sodnikova stvar, da presodi, kaj je iz tega mogoče povzeti za dokazovanje dejstev.

Can. 1532 — In casibus, in quibus bonum publicum in causa est, iudex partibus iusurandum de veritate dicenda aut saltem de veritate dictorum deferat, nisi gravis causa aliud suadeat; in aliis casibus, potest pro sua prudentia.

Can. 1533 — Partes, promotor iustitiae et defensor vinculi possunt iudici exhibere articulos, super quibus pars interrogetur.

Can. 1534 — Circa partium interrogationem cum proportione serventur, quae in cann. 1548, § 2, n. 1, 1552 et 1558–1565 de testibus statuantur.

Can. 1535 — Assertio de aliquo facto, scripto vel ore, coram iudice competenti, ab aliqua parte circa ipsam iudicij materiam, sive sponte sive iudice interrogante, contra se peracta, est confessio iudicialis.

Can. 1536 — § 1. Confessio iudicialis unius partis, si agatur de negotio aliquo privato et in causa non sit bonum publicum, ceteras relevat ab onere probandi.

§ 2. In causis autem quae respiciunt bonum publicum, confessio iudicialis et partium declarationes, quae non sint confessiones, vim probandi habere possunt, a iudice aestimandam una cum ceteris causae adiunctis, at vis plenae probationis ipsis tribui nequit, nisi alia accedant elementa quae eas omnino corroborent.

Can. 1537 — Quoad extraiudiciale confessionem in iudicium deductam, iudicis est, perpensis omnibus adiunctis, aestimare quanti ea sit facienda.

Can. 1538 — Confessio vel alia quaeviis partis declaratio qualibet vi caret, si constet eam ex errore facti esse prolatam, aut vi vel metu gravi extortam.

Caput II

DE PROBATIONE PER DOCUMENTA

Can. 1539 — In quolibet iudicij genere admittitur probatio per documenta tum publica tum privata.

Art. 1

DE NATURA ET FIDE DOCUMENTORUM

Can. 1540 — § 1. Documenta publica ecclesiastica ea sunt, quae persona publica in exercitio sui munericis in Ecclesia confecit, servatis sollemnitatibus iure praescriptis.

Kan. 1532 — V primerih, kadar daje pravdi povod javni blagor, mora sodnik stranki zapriseči, da bosta ali da vsaj sta govorili resnico, razen če tehten razlog svetuje kaj drugega; v drugih primerih more to svoji presoji.

Kan. 1533 — Stranki, pravdnik in branilec vezi morejo sodniku predlagati vprašanja, o katerih naj stranko izpraša.

Kan. 1534 — Glede izpraševanja strank je treba skladno upoštевati, kar je glede prič določeno v kan. 1548, § 2, št. 1, 1552 in 1558–1565.

Kan. 1535 — Če katera stranka sama od sebe ali na sodnikovo vprašanje pred pristojnim sodnikom pismeno ali ustno zatrdi glede samega predmeta sojenja kako dejstvo proti sebi, je to sodno priznanje.

Kan. 1536 — § 1. Če gre za kako zasebno zadevo in ni povod javni blagor, sodno priznanje ene stranke drugim olajša breme dokazovanja.

§ 2. V pravdah, ki se tičejo javnega blagra, pa morejo sodno priznanje in izjave strank, ki niso priznanje, imeti dokazno moč, ki jo mora sodnik presoditi skupno z drugimi okoliščinami zadeve, moči polnega dokaza pa jim ne more dati, razen če se pridružijo druga dejstva, ki jih povsem utrdijo.

Kan. 1537 — Glede sudišču predloženega izvensodnega priznanja mora sodnik, ko je pretehtal vse okoliščine, presoditi, koliko je vredno.

Kan. 1538 — Priznanje ali katerakoli druga izjava stranke je brez moči, če se ugotovi, da je bila izrečena v zmoti o dejstvu ali izsiljena s silo ali hudim ustrahovanjem.

Drugo poglavje

DOKAZ Z LISTINAMI

Kan. 1539 — V postopku katerekoli vrste je doposten dokaz z javnimi in zasebnimi listinami.

Prvi člen

NARAVA IN DOKAZNA MOČ LISTIN

Kan. 1540 — § 1. Javne cerkvene listine so tiste, ki jih je stavila javna oseba pri izvrševanju svoje naloge v Cerkvi, ko je upoštevala po pravu predpisane običnosti.

§ 2. Documenta publica civilia ea sunt, quae secundum uniuscuiusque loci leges talia iure censentur.

§ 3. Cetera documenta sunt privata.

Can. 1541 — Nisi contrariis et evidentibus argumentis aliud evinatur, documenta publica fidem faciunt de omnibus quae directe et principaliter in iis affirmantur.

Can. 1542 — Documentum privatum, sive agnatum a parte sive recognitum a iudice, eandem probandi vim habet adversus auctorem vel subscriptorem et causam ab iis habentes, ac confessio extra iudicium facta; adversus extraneos eandem vim habet ac partium declarationes quae non sint confessiones, ad normam can. 1536, § 2.

Can. 1543 — Si abrasa, correcta, interpolata aliove vitio documenta infecta demonstrantur, iudicis est aestimare an et quanti huiusmodi documenta sint facienda.

Art. 2

DE PRODUCTIONE DOCUMENTORUM

Can. 1544 — Documenta vim probandi in iudicio non habent, nisi originalia sint aut in exemplari authenticō exhibita et penes tribunalis cancellariam deposita, ut a iudice et ab adversario examinari possint.

Can. 1545 — Iudex praecipere potest ut documentum utriusque parti commune exhibeat in processu.

Can. 1546 — § 1. Nemo exhibere tenetur documenta, etsi communia, quae communicari nequeunt sine periculo damni ad normam can. 1548, § 2, n. 2 aut sine periculo violationis secreti servandi.

§ 2. Attamen si qua saltem documenti particula describi possit et in exemplari exhiberi sine memoratis incommodis, iudex decernere potest ut eadem producatur.

Caput III

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS

Can. 1547 — Probatio per testes in quibuslibet causis admittitur, sub iudicis moderatione.

Can. 1548 — § 1. Testes iudici legitime interroganti veritatem facteri debent.

§ 2. Javne civilne listine so tiste, ki pravno veljajo za takšne po zakonih vsakega posameznega kraja.

§ 3. Druge listine so zasebne.

Kan. 1541 — Če nasprotni in razvidni razlogi ne dokazujejo kaj drugega, imajo javne listine dokazno moč za vse, kar se v njih navoravnost in prvenstveno zatrjuje.

Kan. 1542 — Zasebna, od stranke priznana ali od sodnika preverjena listina ima isto dokazno moč zoper sestavljalca ali podpisnika in zadevo, ki jo ta dva zastopata, kakor izvensodno priznanje; zoper tretje osebe ima isto moč kakor izjave strank, ki niso priznana, po določbi kan. 1536, § 2.

Kan. 1543 — Če se izkaže, da je v listinah kaj izbrisano, popravljeno, vstavljen ali drugače popačeno, mora sodnik presoditi, ali in koliko so take listine vredne.

Drugi člen

PREDLAGANJE LISTIN

Kan. 1544 — Listine nimajo pri sodišču dokazne moči, razen če so izvirne ali se predložijo v verodostojnem prepisu in se izročijo v hrambo sodni pisarni, da jih moreta sodnik in nasprotna stranka pregledati.

Kan. 1545 — Sodnik more ukazati, da se vsaki od obeh strank skupna listina predloži v postopku.

Kan. 1546 — § 1. Nihče ni dolžan predložiti listin, tudi skupnih, ki jih ni mogoče objaviti brez nevarnosti za škodo po določbi kan. 1548, § 2, št. 2 ali brez nevarnosti kršitve tajnosti, ki jo je treba varovati.

§ 2. Če bi bilo mogoče izpisati vsaj kakšen del listine in ga v prepisu predložiti brez omenjenih nevšečnosti, more sodnik odločiti, naj se ta predloži.

Tretje poglavje

PRIČE IN PRIČEVANJA

Kan. 1547 — Dokazovanje s pričami pod sodnikovim vodstvom je dopustno v katerihkoli pravdah.

Kan. 1548 — § 1. Priče morajo sodniku, ki jih zakonito izprašuje, govoriti resnico.

§ 2. Salvo praescripto can. 1550, § 2, n. 2, ab obligatione respondendi eximuntur:

1º clerici, quod attinet ad ea quae ipsis manifestata sunt ratione sacri ministerii; civitatum magistratus, medici, obstetrices, advocati, notarii aliqui qui secretum officii etiam ratione praestiti consilii tenentur, quod attinet ad negotia huic secreto obnoxia;

2º qui ex testificatione sua sibi aut coniugi aut proximis consanguineis vel affinibus infamiam, periculosas vexationes, aliave mala gravia obventura timent.

Art. 1

QUI TESTES ESSE POSSINT

Can. 1549 — Omnes possunt esse testes, nisi expresse iure repellantur vel in totum vel ex parte.

Can. 1550 — § 1. Ne admittantur ad testimonium ferendum minoris infra decimum quartum aetatis annum et mente debiles; audiri tamen poterunt ex decreto iudicis, quo id expedire declaretur.

§ 2. Incapaces habentur:

1º qui partes sunt in causa, aut partium nomine in iudicio consistunt, iudex eiusve assistentes, advocatus aliqui qui partibus in eadem causa assistunt vel astiterunt;

2º sacerdotes, quod attinet ad ea omnia quae ipsis ex confessione sacramentali innotuerunt, etsi poenitens eorum manifestationem petierit; immo audita a quovis et quoquo modo occasione confessionis, ne ut indicium quidem veritatis recipi possunt.

Art. 2

DE INDUCENDIS ET EXCLUDENDIS TESTIBUS

Can. 1551 — Pars, quae testem induxit, potest eius examini renuntiare; sed adversa pars postulare potest ut nihilominus testis examinetur.

Can. 1552 — § 1. Cum probatio per testes postulatur, eorum nomina et domicilium tribunalii indicentur.

§ 2. Exhibeantur, intra terminum a iudice praestitum, articuli argumentorum super quibus petitur testimoniū interrogatio; alioquin petitio censeatur deserta.

§ 2. Ob veljavnosti predpisa kan. 1550, § 2, št. 2 so od dolžnosti pričevanja izvzeti:

1. kleriki glede tega, kar jim je bilo odkrito zaradi svete službe; državni uradniki, zdravniki, babice, odvetniki, notarji in drugi, ki morajo po uradni dolžnosti varovati tajnost tudi glede danega nasveta, ki se tiče zadev, za katere velja ta tajnost;

2. tisti, ki se bojijo, da bo zaradi njihovega pričevanja nje same, zakonca ali bližnje sorodnike po krvi ali svaštvu zadela sramota, nevarne nadloge ali kako drugo hudo zlo.

Prvi člen

KDO MORE BITI PRIČA

Kan. 1549 — Priča more biti vsak, razen če ga pravo v celoti ali delno izrečeno zavrača.

Kan. 1550 — § 1. Mladoletnikom pod štirinajstim letom starosti in slaboumnim naj se pričevanje ne dovoli; zaslišati pa jih je mogoče po sodnikovi odločbi, ki izjavlja, da je to primerno.

§ 2. Za nezmožne veljajo:

1. pravdni stranki ali tisti, ki pri sodišču nastopajo v imenu strank, sodnik in njegovi prisedniki, odvetnik in drugi, ki strankama v isti pravdi pomagajo ali so pomagali;

2. duhovniki glede vsega, kar jim je postal znano v zakrmentalni spovedi, čeprav je spovedanec prosil, da to razodenejo; tudi tistega, kar je kdorkoli in na kakršenkoli način slišal ob spovedovanju, ni mogoče sprejeti niti kot indic za resnico.

Drugi člen

PRIČE, KI JIH JE TREBA PRIVESTI ALI IZKLUJUČITI

Kan. 1551 — Stranka, ki je pričo privedla, se more odreči njenemu zaslišanju; toda nasprotna stranka more zahtevati, da se priča kljub temu zasliši.

Kan. 1552 — § 1. Ko se zahteva dokaz s pričami, naj se sodišču navedejo njihova imena in domovališče.

§ 2. V roku, ki ga je določil sodnik, naj se navedejo predmeti dokazovanj, za katere se zahteva zaslišanje prič; sicer zahteva velja za umaknjeno.

Can. 1553 — Iudicis est nimiam multitudinem testium refrenare.

Can. 1554 — Antequam testes examinentur, eorum nomina cum partibus communicentur; quod si id, prudenti iudicis existimatione, fieri sine gravi difficultate nequeat, saltem ante testimoniorum publicationem fiat.

Can. 1555 — Firmo praescripto can. 1550, pars petere potest ut testis excludatur, si iusta exclusionis causa demonstretur ante testis excussionem.

Can. 1556 — Citatio testis fit decreto iudicis testi legitime notificato.

Can. 1557 — Testis rite citatus pareat aut causam suaem absentiae iudici notam faciat.

Art. 3

DE TESTIUM EXAMINE

Can. 1558 — § 1. Testes sunt examini subiciendi in ipsa tribunalis sede, nisi aliud iudici videatur.

§ 2. Cardinales, Patriarchae, Episcopi et ii qui, suae civitatis iure, simili favore gaudent, audiantur in loco ab ipsis selecto.

§ 3. Iudex decernat ubi audiendi sint ii, quibus propter distantiam, morbum aliudve impedimentum impossibile vel difficile sit tribunalis sedem adire, firmis praescriptis cann. 1418 et 1469, § 2.

Can. 1559 — Examini testium partes assistere nequeunt, nisi iudex, praesertim cum res est de bono privato, eas admittendas censuerit. Assistere tamen possunt earum advocati vel procuratores, nisi iudex propter rerum et personarum adjuncta censuerit secreto esse procedendum.

Can. 1560 — § 1. Testes seorsim singuli examinandi sunt.

§ 2. Si testes inter se aut cum parte in re gravi dissentiant, iudex discrepantes inter se conferre seu comparare potest, remotis, quantum fieri poterit, dissidiis et scandalis.

Can. 1561 — Examen testis fit a iudice, vel ab eius delegato aut auditore, cui assistat oportet notarius; quapropter partes, vel promotor iustitiae, vel defensor vinculi, vel advocati qui examini intersint, si alias interrogaciones testi faciendas habeant, has non testi, sed iudici vel eius locum tenenti proponant, ut eas ipse deferat, nisi aliter lex particularis caveat.

Kan. 1553 — Sodnik ima neokrnjeno pravico omejiti preveliko število prič.

Kan. 1554 — Preden se priče zaslišjo, naj se njihova imena spo-ročijo strankama; če se to po pametni sodnikovi presoji ne more izvršiti brez velike težave, naj se izvrši vsaj pred objavo pričevanj.

Kan. 1555 — Stranka more zahtevati, naj se priča izključi, če se pred zasliševanjem priče izkaže upravičen razlog za izključitev, velja pa predpis kan. 1550.

Kan. 1556 — Pričo povabi sodnik z odločbo, ki se priči zakonito sporoči.

Kan. 1557 — Pravilno povabljeni priča naj pride ali pa sodniku sporoči vzrok svoje odsotnosti.

Tretji člen

ZASLIŠEVANJE PRIČ

Kan. 1558 — § 1. Priče je treba zaslišati na samem sedežu so-dišča, če sodnik ne odloči kaj drugega.

§ 2. Kardinale, patriarche, škofe in tiste, ki po pravu svoje države uživajo podobno ugodnost, naj se zasliši na kraju, ki ga sami izberejo.

§ 3. Sodnik naj odloči, kje naj se zaslišijo tisti, ki jim je zaradi oddaljenosti, bolezni ali druge ovire nemogoče ali težko priti na sedež sodišča, veljajo pa predpisi kan. 1418 in 1469, § 2.

Kan. 1559 — Pri zasliševanju prič stranki ne moreta biti navzoči, razen če sodnik meni, zlasti kadar gre za zasebno dobrino, da ju je treba pripustiti. Navzoči pa morejo biti njuni odvetniki ali za-stopniki, razen če sodnik zaradi stvarnih in osebnih okoliščin meni, da je treba postopek voditi tajno.

Kan. 1560 — § 1. Priče je treba zasliševati vsako zase.

§ 2. Če si priče med seboj ali s stranko v važni stvari nasprotujejo, more sodnik tiste, ki ne soglašajo med seboj, privesti skupaj ali jih soočiti, ko, kolikor je mogoče, odstrani razprtije in pohujšanje.

Kan. 1561 — Zaslišanje priče opravi sodnik, njegov pooblaščenec ali sodnik zasliševalec, pri čemer mora biti navzoč notar; zato naj stranki, pravnik, branilec vezi ali odvetniki, ki so pri zaslišanju navzoči, če hočejo priči zastaviti druga vprašanja, teh ne postavljamjo priči, marveč sodniku ali njegovemu namestniku, da jih on postavi, razen če območni zakon določa drugače.

Can. 1562 — § 1. Iudex testi in mentem revocet gravem obligationem dicendi totam et solam veritatem.

§ 2. Iudex testi deferat iuramentum iuxta can. 1532; quod si testis renuat illud emittere, iniuratus audiatur.

Can. 1563 — Iudex imprimis testis identitatem comprobet; exquirat quaenam sit ipsi cum partibus necessitudo et, cum ipsi interrogations specificas circa causam defert, sciscitur quoque fontes eius scientiae et quo definito tempore ea, quae asserit, cognoverit.

Can. 1564 — Interrogations breves sunt, interrogandi captui accommodatae, non plura simul complectentes, non captiosae, non subdolae, non suggestentes responsum, remotae a cuiusvis offensione et pertinentes ad causam quae agitur.

Can. 1565 — § 1. Interrogations non sunt cum testibus antea communicandae.

§ 2. Attamen si ea quae testificanda sunt ita a memoria sint remota, ut nisi prius recolantur certo affirmari nequeant, poterit iudex nonnulla testem praemonere, si id sine periculo fieri posse censeat.

Can. 1566 — Testes ore testimonium dicant, et scriptum ne legant, nisi de calculo et rationibus agatur; hoc enim in casu, adnotaciones, quas secum attulerint, consulere poterunt.

Can. 1567 — § 1. Responsio statim redigenda est scripto a notario et referre debet ipsa editi testimonii verba, saltem quod attinet ad ea quae iudicij materiam directe attingunt.

§ 2. Admitti potest usus machinae magnetophonicae, dummodo dein responsiones scripto consignentur et subscribantur, si fieri potest, a deponentibus.

Can. 1568 — Notarius in actis mentionem faciat de praestito, remisso aut recusato iureiurando, de partium aliorumque praesentia, de interrogationibus ex officio additis et generatim de omnibus memoria dignis quae forte acciderint, cum testes excutiebantur.

Can. 1569 — § 1. In fine examinis, testi legi debent quae notarius de eius depositione scripto redegit, vel ipsi audit facere quae ope magnetophoniae de eius depositione incisa sunt, data eidem testi facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi.

§ 2. Denique actui subscribere debent testis, iudex et notarius.

Can. 1570 — Testes, quamvis iam excussi, poterunt parte postulante aut ex officio, antequam acta seu testificationes publici iuris

Kan. 1562 — § 1. Sodnik naj pričo opomni na strogo obveznost, da mora govoriti vso resnico in samo resnico.

§ 2. Sodnik naj od priče zahteva prisego po kan. 1532; če pa jo priča odkloni, naj se zasliši nezaprisežena.

Kan. 1563 — Sodnik naj predvsem ugotovi istovetnost priče; naj razišče, v kakšnih odnosih je s pravdnima strankama, in ko ji postavlja posebna vprašanja glede zadeve, naj povpraša tudi za vire njene poučenosti in v katerem določenem času je zvedela to, kar zatrjuje.

Kan. 1564 — Vprašanja naj bodo kratka, prilagojena umski sposobnosti tistega, ki mora biti vprašan, naj ne obsegajo več vprašanj hkrati, naj ne bodo lovilna, ne zahrbtna, ne takšna, da podtikajo odgovor, prosta vsakršne žaljivosti, naj se nanašajo na zadevo, ki se obravnava.

Kan. 1565 — § 1. Vprašanja se pričam ne smejo vnaprej sporočiti.

§ 2. Če pa je to, o čemer morajo pričati, spominu tako oddaljeno, da ne morejo nekaj z gotovostjo trditi, če tega prej ne premislijo, more sodnik pričo na nekatere reči prej spomniti, če meni, da se more to zgoditi brez nevarnosti.

Kan. 1566 — Priče naj podajo pričevanje ustno in napisanega naj ne berejo, razen če gre za številke in račune; tedaj morejo namreč uporabiti zapiske, ki so jih prinesle s seboj.

Kan. 1567 — § 1. Odgovor mora notar takoj zapisati in navesti dobesedno dano pričevanje, vsaj kar se neposredno tiče predmeta sodnega postopka.

§ 2. Sme se dovoliti uporaba magnetofona, vendar le, če se potem odgovori zapišejo in jih, če je mogoče, podpišejo tisti, ki so jih dali.

Kan. 1568 — Notar mora v zapisniku omeniti, da se je prisega opravila, opustila ali odklonila, navzočnost strank in drugih, po uradni dolžnosti dodana vprašanja in sploh vse, kar se je morda pri zasliševanju prič zgodilo omembe vrednega.

Kan. 1569 — § 1. Na koncu zaslišanja je treba priči prebrati, kar je notar iz njenega pričevanja zapisal, ali ji omogočiti poslušati, kar je bilo o njenem pričevanju z magnetofonom posneto, ko se sami priči da možnost, kaj dodati, izpustiti, popraviti, spremeniti.

§ 2. Potem morajo zapisnik podpisati priče, sodnik in notar.

Kan. 1570 — Preden se spisi ali pričevanja objavijo, je mogoče priče na zahtevo stranke ali po uradni dolžnosti znova poklicati

fiant, denuo ad examen vocari, si iudex id necessarium vel utile ducat, dummodo collusionis vel corruptelae quodvis absit periculum.

Can. 1571 — Testibus, iuxta aequam iudicis taxationem, refundi debent tum expensae, quas fecerint, tum lucrum, quod amiserint, testificationis reddendae causa.

Art. 4

DE TESTIMONIORUM FIDE

Can. 1572 — In aestimandis testimoniis iudex, requisitis, si opus sit, testimonialibus litteris, consideret:

1^o quae condicio sit personae, quaeve honestas;

2^o utrum de scientia propria, praesertim de visu et auditu proprio testificetur, an de sua opinione, de fama, aut de auditu ab aliis;

3^o utrum testis constans sit et firmiter sibi cohaereat, an varius, incertus vel vacillans;

4^o utrum testimonii contestes habeat, aliisve probationis elementis confirmetur necne.

Can. 1573 — Unius testis depositio plenam fidem facere non potest, nisi agatur de teste qualificato qui deponat de rebus ex officio gestis, aut rerum et personarum adiuncta aliud suadeant.

Caput IV

DE PERITIS

Can. 1574 — Peritorum opera utendum est quoties ex iuris vel iudicis praescripto eorum examen et votum, praeceptis artis vel scientiae innixum, requiruntur ad factum aliquod comprobandum vel ad veram alicuius rei naturam dignoscendam.

Can. 1575 — Iudicis est peritos nominare, auditis vel proponentibus partibus, aut, si casus ferat, relationes ab aliis peritis iam factas assumere.

Can. 1576 — Easdem ob causas quibus testis, etiam periti excluduntur aut recusari possunt.

Can. 1577 — § 1. Iudex, attentis iis quae a litigantibus forte deducantur, singula capita decreto suo definiat circa quae periti opera versari debeat.

k zaslišanju, čeprav so bile že zaslišane, če sodnik meni, da je to potrebno ali koristno, da le ni nikakršne nevarnosti za zvijačen dogovor ali podkupitev.

Kan. 1571 — Pričam je treba po pravšni sodnikovi oceni povrniti stroške, ki so jih imele, in dobiček, ki so ga izgubile zato, ker so morale pričati.

Četrti člen

DOKAZNA MOČ PRIČEVANJ

Can. 1572 — Pri ocenjevanju pričevanj naj sodnik, če je potreben, zahteve spričevala in preudari:

1. kakšen je položaj in kakšna poštenost osebe;
2. ali pričuje iz lastne vedenosti, zlasti o tem, kar je sama videla in slišala, ali po svojem mnenju, po govorici ali o tem, kar je slišala od drugih;
3. ali je priča stanovitna in trdna v svojih izjavah, ali nestanovitna, negotova ali omahljiva;
4. ali ima sopriče za pričevanje, ali jo potrjujejo druge sestavine dokazovanja ali ne.

Can. 1573 — Izpovedba ene priče ne more imeti polne vere, razen če gre za kvalificirano pričo, ki izpove o uradnih stvareh ali če stvarne in osebne okoliščine priporočajo kaj drugega.

Četrto poglavje

IZVEDENCI

Can. 1574 — Pomoč izvedencev je treba uporabiti, kadar pravni ali sodnikov predpis zahtevata njihovo zasliševanje in mnenje, ki se opira na pravila stroke ali znanosti, da se dokaže kako dejstvo ali prepozna prava narava kake stvari.

Can. 1575 — Sodnik ima pravico imenovati izvedence po zaslišanju ali na predlog strank, ali pa, če primer zahteva, sprejeti poročila, ki so jih že sestavili drugi izvedenci.

Can. 1576 — Iz istih razlogov kakor pričo je mogoče izključiti ali odkloniti tudi izvedence.

Can. 1577 — § 1. Sodnik naj, upoštevajoč, kar morebiti pravdni stranki navajata, v svoji odločbi opredeli posamezne točke, ki jih mora obdelati izvedenec.

§ 2. Perito remittenda sunt acta causae aliaque documenta et subsidia quibus egere potest ad suum munus rite et fideliter exse-
quendum.

§ 3. Iudex, ipso perito auditio, tempus praefiniat intra quod exa-
men perficiendum est et relatio preferenda.

Can. 1578 — § 1. Periti suam quisque relationem a ceteris distinc-
tam confiant, nisi iudex unam a singulis subscribendam fieri iubeat;
quod si fiat, sententiarum discrimina, si qua fuerint, diligenter ad-
notentur.

§ 2. Periti debent indicare perspicue quibus documentis vel aliis
idoneis modis certiores facti sint de personarum vel rerum vel lo-
corum identitate, qua via et ratione processerint in explendo munere
sibi demandato et quibus potissimum argumentis sua conclusiones
nitantur.

§ 3. Peritus accersiri potest a iudice ut explicationes, quae ulte-
rius necessariae videantur, suppeditet.

Can. 1579 — § 1. Iudex non peritorum tantum conclusiones, etsi
concordes, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat.

§ 2. Cum reddit rationes decidendi, exprimere debet quibus mo-
tus argumentis peritorum conclusiones aut admiserit aut reiecerit.

Can. 1580 — Peritis solvenda sunt expensae et honoraria a iudice
ex bono et aequo determinanda, servato iure particulari.

Can. 1581 — § 1. Partes possunt peritos privatos, a iudice proban-
dos, designare.

§ 2. Hi, si iudex admittat, possunt acta causae, quatenus opus
sit, inspicere, peritiae executioni interesse; semper autem possunt
suam relationem exhibere.

Caput V

DE ACCESSU ET DE RECOGNITIONE IUDICIALI

Can. 1582 — Si ad definitionem causae iudex opportunum duxerit
ad aliquem locum accedere vel aliquam rem inspicere, decreto id
praestituit, quo ea quae in accessu praestanda sint, auditis partibus,
summatim describat.

Can. 1583 — Peractae recognitionis instrumentum conficiatur.

§ 2. Izvedencu je treba izročiti pravdne spise in druge listine in
pripomočke, ki so mu potrebni, da svojo naložo pravilno in vestno
izvrši.

§ 3. Sodnik naj po zaslišanju samega izvedenca določi rok, v ka-
terem je treba opraviti izvid in predložiti mnenje.

Kan. 1578 — § 1. Izvedenci naj vsak svoje mnenje sestavijo lo-
čeno, razen če sodnik ukaže, naj se sestavi eno, ki ga morajo po-
samič podpisati; če se to zgodi, naj se skrbno zaznamujejo razlike
v mnenjih, če kakšne so.

§ 2. Izvedenci morajo jasno navesti, iz katerih listin ali na dru-
ge primerne načine so zvedeli za istost oseb, stvari ali krajev, kakšno
metodo so uporabili pri spolnitvi naloge, ki jim je bila zaupana, in na
katere razloge se njihovi zaključki najbolj opirajo.

§ 3. Izvedenca more sodnik pozvati, naj da pojasnila, ki se še
zdi jo potrebna.

Kan. 1579 — § 1. Sodnik naj skrbno pretehta ne le zaključke iz-
vedencev, čeprav so skladni, marveč tudi druge okoliščine zadeve.

§ 2. Ko navaja razloge za odločitev, mora navesti, kateri razlogi
so ga nagnili, da je zaključke izvedencev sprejel ali zavrnil.

Kan. 1580 — Izvedencem je treba plačati stroške in nagrade, ki
jih mora sodnik določiti, kakor je pravično in prav, upoštevajoč
območno pravo.

Kan. 1581 — § 1. Stranki moreta navesti zasebne izvedence, ki
pa jih mora sodnik potrditi.

§ 2. Če sodnik dopusti, morejo ti, kolikor je potrebno, pregle-
dati pravdne spise, se udeležiti izvršitve izvedenskega dela; vedno
pa morejo dodati svoje mnenje.

Peto poglavje

SODNI PRISTOP IN OGLED

Kan. 1582 — Če sodnik meni, da je za razrešitev pravde koristno
iti v kak kraj ali si ogledati kako stvar, naj to določi z odločbo,
v kateri naj po zaslišanju strank na kratko opiše, kaj je treba pri
ogledu ugotoviti.

Kan. 1583 — O izvršenem ogledu naj se sestavi zapisnik.

Caput VI
DE PRAESUMPTIONIBUS

Can. 1584 — Praesumptio est rei incertae probabilis coniectura; eaque alia est iuris, quae ab ipsa lege statuitur; alia hominis, quae a iudice conicitur.

Can. 1585 — Qui habet pro se iuris praesumptionem, liberatur ab onere probandi, quod recidit in partem adversam.

Can. 1586 — Praesumptiones, quae non statuuntur a iure, iudex ne coniciat, nisi ex facto certo et determinato, quod cum eo, de quo controversia est, directe cohaereat.

Titulus V
DE CAUSIS INCIDENTIBUS

Can. 1587 — Causa incidens habetur, quoties, incepto per citationem iudicio, quaestio proponitur quae, tametsi libello, quo lis introducitur, non contineatur expresse, nihilominus ita ad causam pertinet ut resolvi plerumque debeat ante quaestionem principalem.

Can. 1588 — Causa incidens proponitur scripto vel ore, indicato nexu qui intercedit inter ipsam et causam principalem, coram iudice competenti ad causam principalem definiendam.

Can. 1589 — § 1. Iudex, recepta petitione et auditis partibus, expeditissime decernat utrum proposita incidens quaestio fundamentum habere videatur et nexus cum principali iudicio, an vero sit in lamine reicienda; et, si eam admittat, utrum talis sit gravitatis, ut solvi debeat per sententiam interlocutoriam vel per decretum.

§ 2. Si vero iudicet quaestionem incidentem non esse resolventam ante sententiam definitivam, decernat ut eiusdem ratio habeatur, cum causa principalis definietur.

Can. 1590 — § 1. Si quaestio incidens solvi debeat per sententiam, serventur normae de processu contentioso orali, nisi, attenta rei gravitate, aliud iudici videatur.

§ 2. Si vero solvi debeat per decretum, tribunal potest rem committere auditori vel praesidi.

Can. 1591 — Antequam finiatur causa principalis, iudex vel tribunal potest decretum vel sententiam interlocutoriam, iusta intercedente ratione, revocare aut reformare, sive ad partis instantiam, sive ex officio, auditis partibus.

Šesto poglavje
DOMNEVE

Kan. 1584 — Domneva je verjetno sklepanje o negotovi stvari; če jo določa sam zakon, je pravna; če jo pa postavi sodnik, je sodniška.

Kan. 1585 — Komur je pravna domneva v prid, je oproščen bremena dokazovanja, ki pade na nasprotno stranko.

Kan. 1586 — Domnev, ki jih pravo ne določa, naj sodnik ne postavlja, razen iz gotovega in določenega dejstva, ki je v neposredni zvezi s tem, kar je sporno.

Peti naslov
VMESNI SPORI

Kan. 1587 — Vmesni spor nastane, kadar se, ko se je postopek z vabilom začel, postavi vprašanje, ki kljub temu, da ga tožbeni spis, s katerim se pravda uvede, izrečno ne vsebuje, tako spada k stvari, da ga je navadno treba rešiti pred glavnim vprašanjem.

Kan. 1588 — Vmesni spor za rešitev glavnega spora se predloži pristojnemu sodniku pismeno ali ustno, ko se označi zveza med njim samim in glavnim sporom.

Kan. 1589 — § 1. Ko sodnik prejme zahtevo in zasliši stranki, naj kar najhitreje odloči, ali se predloženi vmesni spor zdi utemeljen in povezan z glavnim sodnim postopkom, ali pa ga je treba takoj zavrniti; če pa ga dopusti, ali je tako važen, da ga je treba rešiti z vmesno sodbo ali z odločbo.

§ 2. Če pa sodi, da vmesnega spora ni treba rešiti pred končno sodbo, naj odloči, da se bo o njem razpravljalo, ko bo rešen glavni spor.

Kan. 1590 — § 1. Če je vmesni spor treba rešiti s sodbo, naj se upoštevajo določbe o spornem ustrem postopku, razen če ob upoštevanju važnosti stvari sodnik ne odloči kaj drugega.

§ 2. Če pa se mora rešiti z odločbo, more sodišče stvar izročiti sodniku zasliševalcu ali predsedniku.

Kan. 1591 — Preden se zaključi glavna zadeva, more sodnik ali sodišče po zaslišanju strank, če je nastopil upravičen razlog, na zahtevo strank ali po uradni dolžnosti odločbo ali vmesno sodbo preklicati ali spremeniti.

Caput I
DE PARTIBUS NON COMPARARENTIBUS

Can. 1592 — § 1. Si pars conventa citata non comparuerit nec idoneam absentiae excusationem attulerit aut non responderit ad normam can. 1507, § 1, iudex eam a iudicio absentem declareret et decernat ut causa, servatis servandis, usque ad sententiam definitivam eiusque execuctionem procedat.

§ 2. Antequam decretum, de quo in § 1, feratur, debet, etiam per novam citationem si opus fuerit, constare citationem, legitime factam, ad partem conventam tempore utili pervenisse.

Can. 1593 — § 1. Si pars conventa dein in iudicio se sistat aut responsum dederit ante causae definitionem, conclusiones probatio-nesque afferre potest, firmo praescripto can. 1600; caveat autem iudex, ne de industria in longiores et non necessarias moras iudicium protrahatur.

§ 2. Etsi non comparuerit aut responsum non dederit ante causae definitionem, impugnationibus uti potest adversus sententiam; quod si probet se legitimo impedimento fuisse detentam, quod sine sua culpa antea demonstrare non potuerit, querela nullitatis uti potest.

Can. 1594 — Si die et hora ad litis contestationem praestitutis actor neque comparuerit neque idoneam excusationem attulerit:

1^o iudex eum citet iterum;

2^o si actor novae citationi non paruerit, praesumitur instantiae renuntiassse ad normam cann. 1524-1525;

3^o quod si postea in processu intervenire velit, servetur can. 1593.

Can. 1595 — § 1. Pars absens a iudicio, sive actor sive pars conventa, quae iustum impedimentum non comprobaverit, tenetur obligatione tum solvendi litis expensas, quae ob ipsius absentiam factae sunt, tum etiam, si opus sit, indemnitatem alteri parti praestandi.

§ 2. Si tum actor tum pars conventa fuerint absentes a iudicio, ipsi obligatione expensas litis solvendi tenentur in solidum.

Caput II**DE INTERVENTU TERTII IN CAUSA**

Can. 1596 — § 1. Is cuius interest admitti potest ad intervenientum in causa, in qualibet litis instantia, sive ut pars quae proprium ius defendit, sive accessorie ad aliquem litigantem adiuvandum.

Prvo poglavje**STRANKI, KI NE PRIDETA NA SODIŠČE**

Kan. 1592 — § 1. Če tožena stranka na vabilo ne pride in ni primerno opravičila svoje odsotnosti ali ni odgovorila po določbi kan. 1507, § 1, naj jo sodnik razglasí za odsotno v sodnem postopku in odloči, da se postopek, upoštevajoč vse potrebno, nadaljuje do končne sodbe in njene izvršitve.

§ 2. Preden se izda odločba, o kateri govorí § 1, mora biti, tudi s ponovnim vabilom, če je potrebno, dognano, da je zakonito izvršeno vabilo prišlo v uporabnem času do tožene stranke.

Kan. 1593 — § 1. Če tožena stranka potem pride k sodišču ali odgovori, preden se zadeva odloči, more predložiti zaključke in dokaze, velja pa predpis kan. 1600; sodnik pa naj pazi, da se postopek ne bo namenoma dalj časa in po nepotrebnem zavlačeval.

§ 2. Četudi ni prišla k sodišču ali odgovorila pred odločitvijo zadeve, more izpodbijati sodbo; če pa dokaže, da jo je oviral zakonit zadržek, ki ga prej brez svoje krivde ni mogla navesti, more uporabiti ničnostno pritožbo.

Kan. 1594 — Če na dan in uro, ki sta določena za ugotovitev pravdnega spora tožnik ne pride k sodišču in tudi ne navede primernega opravičila:

1. naj ga sodnik znova pozove;
2. če tožnik novemu vabilu ni poslušen, se domneva, da se je po določbi kan. 1524-1525 odpovedal teku pravde;
3. če se pozneje želi vključiti v postopek, se je treba ravnavati po kan. 1593.

Kan. 1595 — § 1. V sodnem postopku odsotna stranka, pa naj je tožnik ali tožena stranka, ki ni dokazala zakonite ovire, je dolžna plačati pravdne stroške, ki so nastali zaradi njene odsotnosti, in tudi, če je treba, povrniti povzročeno škodo drugi stranki.

§ 2. Če sta tožnik in tožena stranka bila odsotna v sodnem postopku, sta dolžna nerazdelno plačati pravdne stroške.

Drugo poglavje**UDELEŽBA TRETJEGA V PRAVDI**

Kan. 1596 — § 1. Kdor ima interes, mu je mogoče dopustiti, da se udeleži pravde v kakršnemkoli njenem teku kot stranka, ki brani lastno pravico, ali kot udeleženec, da je v pomoč kaki pravdni stranki.

§ 2. Sed ut admittatur, debet ante conclusionem in causa libellum iudici exhibere, in quo breviter suum ius interveniendi demonstret.

§ 3. Qui intervenit in causa, admittendus est in eo statu in quo causa reperitur, assignato eidem brevi ac peremptorio termino ad probationes suas exhibendas, si causa ad periodum probatoriam pervenerit.

Can. 1597 — Tertium, cuius interventus videatur necessarius, iudex, auditis partibus, debet in iudicium vocare.

Titulus VI

DE ACTORUM PUBLICATIONE, DE CONCLUSIONE IN CAUSA ET DE CAUSAE DISCUSSIONE

Can. 1598 — § 1. Acquisitis probationibus, iudex decreto partibus et earum advocatis permittere debet, sub poena nullitatis, ut acta nondum eis nota apud tribunalis cancellariam inspiciant; quin etiam advocatis id potentibus dari potest actorum exemplar; in causis vero ad bonum publicum spectantibus iudex ad gravissima pericula evitanda aliquod actum nemini manifestandum esse decernere potest, cauto tamen ut ius defensionis semper integrum maneat.

§ 2. Ad probationes complendas partes possunt alias iudici proponere; quibus acquisitis, si iudex necessarium duxerit, iterum est locus decreto de quo in § 1.

Can. 1599 — § 1. Expletis omnibus quae ad probationes producendas pertinent, ad conclusionem in causa devenitur.

§ 2. Haec conclusio habetur quoties aut partes declarent se nihil aliud adducendum habere, aut utile proponendis probationibus tempus a iudice praestitutum elapsum sit, aut iudex declareret se satis instructam causam habere.

§ 3. De peracta conclusione in causa, quocumque modo ea acciderit, iudex decretum ferat.

Can. 1600 — § 1. Post conclusionem in causa iudex potest adhuc eosdem testes vel alios vocare aut alias probationes, quae antea non fuerint petitae, disponere tantummodo:

1º in causis, in quibus agitur de solo privato partium bono, si omnes partes consentiant;

§ 2. Da pa se dopusti, mora pred zaključkom postopka predložiti sodniku spis, v katerem kratko navede svojo pravico do udeležbe v pravdi.

§ 3. Kdor se udeleži pravde, jo mora sprejeti v tistem stanju, v katerem pravda je, ko se mu, če je pravda prišla v dokazni postopek, določi kratek in nepodaljšljiv rok za predložitev njegovih dokazov.

Kan. 1597 — Tretjega, čigar udeležba se zdi potrebna, sodnik mora po zaslišanju strank pozvati pred sodišče.

Šesti naslov

OBJAVA PRAVDNIH SPISOV, ZAKLJUČITEV DOKAZNEGA POSTOPKA IN RAZPRAVA O ZADEVI

Kan. 1598 — § 1. Ko so dokazi zbrani, mora sodnik z odločbo strankama in njunim odvetnikom pod kaznjo ničnosti dovoliti, da v sodni pisarni pregledajo spise, ki jih še ne poznajo; mogoče pa je odvetnikom celo dati prepis spisov, če to zahtevajo; v pravdah ki se tičejo javnega blagra, pa more sodnik v izognitev najhujšim nevarnostim odločiti, da se kakega spisa ne sme nikomur razkriti, vendar pa mora biti zagotovljeno, da ostane pravica obrambe vedno nedotaknjena.

§ 2. Da dopolnila dokaze, moreta stranki sodniku predložiti še druge; ko so ti zbrani, je, če ima sodnik za potrebno, spet na vrsti odločba, o kateri govori § 1.

Kan. 1599 — § 1. Ko je izpolnjeno vse, kar spada k zbiranju dokazov, se preide k zaključitvi dokaznega postopka.

§ 2. Ta zaključitev se izvrši, kadar stranki izjavita, da nimata več kaj navesti, ali je potekel uporabni čas, ki ga je sodnik določil za predložitev dokazov, ali sodnik izjavi, da ima stvar za zadosti preiskano.

§ 3. Sodnik naj izda odločbo o zaključitvi dokaznega postopka, pa naj se je končal na kakršenkoli način.

Kan. 1600 — § 1. Po zaključitvi dokaznega postopka more sodnik še poklicati iste ali druge priče ali odrediti druge dokaze, ki se prej niso zahtevali, samo:

1. v pravdah, v katerih gre za izključno zasebno dobrino strank, če vse stranke soglašajo;

2^o in ceteris causis, auditis partibus et dummodo gravis extet ratio itemque quodlibet fraudis vel subornationis periculum removeatur;

3^o in omnibus causis, quoties verisimile est, nisi probatio nova admittatur, sententiam iniustam futuram esse propter rationes, de quibus in can. 1645, § 2, nn. 1-3.

§ 2. Potest autem iudex iubere vel admittere ut exhibeat documentum, quod forte antea sine culpa eius cuius interest, exhiberi non potuit.

§ 3. Novae probationes publicentur, servato can. 1598, § 1.

Can. 1601 — Facta conclusione in causa, iudex congruum temporis spatum praestitut ad defensiones vel animadversiones exhibendas.

Can. 1602 — § 1. Defensiones et animadversiones scriptae sint, nisi disputationem pro tribunali sedente iudex, consentientibus partibus, satis esse censeat.

§ 2. Si defensiones cum praecipuis documentis typis imprimantur, praevia iudicis licentia requiritur, salva secreti obligatione, si qua sit.

§ 3. Quoad extensionem defensionum, numerum exemplarium, aliaque huiusmodi adjuncta, servetur ordinatio tribunalis.

Can. 1603 — § 1. Communicatis vicissim defensionibus atque animadversionibus, utriusque parti responsiones exhibere licet, intra breve tempus a iudice praestitutum.

§ 2. Hoc ius partibus semel tantum esto, nisi iudici gravi ex causa iterum videatur concedendum; tunc autem concessio, uni parti facta, alteri quoque data censeatur.

§ 3. Promotor iustitiae et defensor vinculi ius habent iterum replicandi partium responsionibus.

Can. 1604 — § 1. Omnino prohibentur partium vel advocatorum vel etiam aliorum informationes iudici datae, quae maneant extra acta causae.

§ 2. Si causae discussio scripto facta sit, iudex potest statuere ut moderata disputatio fiat ore pro tribunali sedente, ad quaestiones nonnullas illustrandas.

Can. 1605 — Disputationi orali, de qua in cann. 1602, § 1 et 1604, § 2, assistat notarius ad hoc ut, si iudex praecipiat aut pars postulet et iudex consentiat, de disceptatis et conclusis scripto statim referre possit.

2. v drugih pravdah po zaslisanju strank in, če le obstaja tehten razlog in je tudi odstranjena vsakršna nevarnost za prevaro ali skrivno nagovarjanje;

3. v vseh pravdah, ko je verjetno, da bi bila sodba krivična iz razlogov, ki so omenjeni v kan. 1645, § 2, št. 1-3, če se ne dopusti novo dokazovanje.

§ 2. Sodnik pa more ukazati ali dopustiti, naj se predloži listina, ki je morebiti prizadeti prej brez krvde ni mogel predložiti.

§ 3. Novi dokazi naj se objavijo, upoštevajoč kan. 1598, § 1.

Kan. 1601 — Po zaključitvi dokaznega postopka naj da sodnik na voljo primeren rok, da se predložijo obrambe ali oporekanja.

Kan. 1602 — § 1. Obrambe in oporekanja naj bodo pismena, razen če sodnik v soglasju s strankama meni, da zadošča razpravljanje med zasedanjem sodišča.

§ 2. Če naj se obrambe s posebnimi listinami natisnejo, se zahteva predhodno dovoljenje sodnika, ko ostane neokrnjena dolžnost tajnosti, če kakšna obstaja.

§ 3. Glede obsega obramb, števila izvodov in drugega temu podobnega naj se ravna po sodnem redu.

Kan. 1603 — § 1. Vsaka od obeh strank sme, ko sta si izmenjali obrambi in oporekanja, predložiti odgovore v kratkem roku, ki ga določi sodnik.

§ 2. To pravico naj imata stranki samo enkrat, razen če se sodniku iz tehtnega razloga zdi, da jo je treba še enkrat podeliti; tedaj pa naj velja, da je dovoljenje, ki ga je dobila ena stranka, dano tudi drugi.

§ 3. Pravnik in branilec vezi imata pravico spet odgovoriti na odgovore strank.

Kan. 1604 — § 1. Povsem so prepovedana sodniku dana pojasnila strank, odvetnikov ali tudi drugih, ki naj bi ostala izven sodnih spisov.

§ 2. Če je razpravljanje o zadevi bilo pismeno, more sodnik dočiti, naj se za osvetlitev nekaterih vprašanj opravi zmerna ustna razprava med zasedanjem sodišča.

Kan. 1605 — Ustne razprave, ki jo omenjata kan. 1602, § 1 in 1604, § 2, naj se udeležuje notar zato, da bo, če bo sodnik ukazal ali stranka zahtevala in sodnik privolil, mogel takoj zapisati, kar se bo razpravljal in sklenilo.

Can. 1606 — Si partes parare sibi tempore utili defensionem neglexerint, aut se remittant iudicis scientiae et conscientiae, iudex, si ex actis et probatis rem habeat plane perspectam, poterit statim sententiam pronuntiare, requisitis tamen animadversionibus promotoris iustitiae et defensoris vinculi, si iudicio intersint.

Titulus VII DE IUDICIS PRONUNTIATIONIBUS

Can. 1607 — Causa iudiciali modo pertractata, si sit principalis, definitur a iudice per sententiam definitivam; si sit incidens, per sententiam interlocutoriam, firmo praescripto can. 1589, § 1.

Can. 1608 — § 1. Ad pronuntiationem cuiuslibet sententiae requiritur in iudicis animo moralis certitudo circa rem sententia definiendam.

§ 2. Hanc certitudinem iudex haurire debet ex actis et probatis.

§ 3. Probationes autem aestimare iudex debet ex sua conscientia, firmis praescriptis legis de quarundam probationum efficacia.

§ 4. Iudex qui eam certitudinem adipisci non potuit, pronuntiet non constare de iure actoris et conventum absolutum dimittat, nisi agatur de causa iuris favore fruente, quo in casu pro ipsa pronuntiandum est.

Can. 1609 — § 1. In tribunali collegiali, qua die et hora iudices ad deliberandum convenient, collegii praeses statuat, et nisi peculiaris causa aliud suadeat, in ipsa tribunalis sede conventus habeatur.

§ 2. Assignata conventui die, singuli iudices scriptas afferant conclusiones suas in merito causae, et rationes tam in iure quam in facto, quibus ad conclusionem suam venerint; quae conclusiones actis causae adiungantur, secreto servandae.

§ 3. Post divini Nominis invocationem, prolatis ex ordine singularum conclusionibus secundum praecedentiam, ita tamen ut semper a causae ponente seu relatore initium fiat, habeatur discussio sub tribunalis praesidis ductu, praesertim ut constabiliatur quid statuentum sit in parte dispositiva sententiae.

§ 4. In discussione autem fas unicuique est a pristina sua conclusione recedere. Iudex vero qui ad decisionem aliorum accedere noluit, exigere potest ut, si fiat appellatio, sua conclusiones ad tribunal superius transmittantur.

§ 5. Quod si iudices in prima discussione ad sententiam devenire aut nolint aut nequeant, differri poterit decisio ad novum conventum,

Kan. 1606 — Če sta stranki zanemarili pripraviti obrambo v zanju uporabnem času, ali se prepustita sodnikovi vednosti in vesti, more sodnik, če mu je stvar iz spisov in dokazov popolnoma jasna, takoj izreči sodbo, vendar mora zahtevati pripombe pravdnika in branilca vezi, če se udeležujeta postopka.

Sedmi naslov SODNIŠKI IZREKI

Kan. 1607 — Če je spor, ki se je obravnaval na sodni način, glavni, ga sodnik odloči s končno sodbo; če je vmesni, pa z vmesno sodbo, velja pa predpis kan. 1589, § 1.

Kan. 1608 — § 1. Da more sodnik izreči kakršnokoli sodbo, mora biti moralno gotov o stvari, ki jo je treba s sodbo odločiti.

§ 2. To gotovost mora sodnik zajeti iz spisov in dokazov.

§ 3. Dokaze pa mora sodnik ocenjevati po svoji vesti ob veljavnosti zakonitih predpisov o učinkovitosti posameznih dokazov.

§ 4. Sodnik, ki si ni mogel pridobiti te gotovosti, naj izreče, da tožnikova pravica ni dokazana, in toženo stranko oprosti, razen če gre za zadevo, ki užива pravno varstvo, ko je v takem primeru treba izreči sodbo v njeno korist.

Kan. 1609 — § 1. Pri sodnem zboru naj predsednik zбора določi, kateri dan in uro naj se sodniki zborejo k posvetovanju, in seja, razen če poseben razlog svetujo kaj drugega, naj bo na samem sedežu sodišča.

§ 2. Na za sejo določen dan naj posamezni sodniki predložijo svoje pismene zaključke o bistvu stvari in pravne ter dejanske razloge, po katerih so prišli do svojega zaključka; te zaključke je treba dodati pravdnim spisom in hraniti v tajnosti.

§ 3. Ko so po klicanju božjega imena po prednostnem vrstnem redu, a posamezni po vrsti, predložili zaključke, vendar tako, da vedno začne ponens ali sodnik poročevalec v pravdi, naj bo pod vodstvom predsednika sodišča razprava, zlasti da se skupno utrdi, kaj je treba določiti v izreku sodbe.

§ 4. Pri razpravi ima vsakdo pravico odstopiti od svojega prvotnega zaključka. Sodnik pa, ki se ni hotel pridružiti odločitvi drugih, more zahtevati, da se njegovi zaključki pošljejo višjemu sodišču, če se vloži priziv.

§ 5. Če sodniki pri prvi razpravi nočejo ali ne morejo priti do sodbe, je mogoče odločitev odložiti do nove seje, vendar ne nad

non tamen ultra hebdomadam, nisi ad normam can. 1600 complenda sit causae instructio.

Can. 1610 — § 1. Si iudex sit unicus, ipse sententiam exarabit.

§ 2. In tribunali collegiali, ponentis seu relatoris est exarare sententiam, desumendo motiva ex iis quae singuli iudices in discussione attulerunt, nisi a maiore numero iudicium praefinita fuerint motiva preferenda; sententia dein singulorum iudicium subicienda est approbationi.

§ 3. Sententia edenda est non ultra mensem a die quo causa definita est, nisi, in tribunali collegiali, iudices gravi ex ratione longius tempus praestituerint.

Can. 1611 — Sententia debet:

1^a definire controversiam coram tribunali agitamat, data singulis dubiis congrua responsione;

2^a determinare quae sint partium obligationes ex iudicio ortae et quomodo implenda sint;

3^a exponere rationes seu motiva, tam in iure quam in facto, quibus dispositiva sententiae pars innititur;

4^a statuere de litis expensis.

Can. 1612 — § 1. Sententia, post divini Nominis invocationem, exprimat oportet ex ordine qui sit iudex aut tribunal; qui sit actor, pars conventa, procurator, nominibus et domiciliis rite designatis, promotor iustitiae, defensor vinculi, si partem in iudicio habuerint.

§ 2. Referre postea dobet breviter facti speciem cum partium conclusionibus et formula dubiorum.

§ 3. Hisce subsequatur pars dispositiva sententiae, praemissis rationibus quibus innititur.

§ 4. Claudatur cum indicatione diei et loci in quibus prolata est et cum subscriptione iudicis vel, si de tribunali collegiali agatur, omnium iudicium et notarii.

Can. 1613 — Regulae superius positae de sententia definitiva, sententiae quoque interlocutoriae aptandae sunt.

Can. 1614 — Sententia quam primum publicetur, indicatis modis quibus impugnari potest; neque ante publicationem vim ullam habet, etiamsi dispositiva pars, iudice permittente, partibus significata sit.

Can. 1615 — Publicatio seu intimatio sententiae fieri potest vel tradendo exemplar sententiae partibus aut earum procuratoribus, vel eisdem transmittendo idem exemplar ad normam can. 1509.

teden dni, razen če je treba dokazni postopek dopolniti po določbi kan. 1600.

Kan. 1610 — § 1. Če je sodnik posameznik, bo sam izdelal sodbo.

§ 2. Pri sodnem zboru mora ponens ali sodnik poročevalec izdelati sodbo, ko povzame motive izmed tistih, ki so jih posamezni sodniki prispevali v razpravi, če ni večina sodnikov prej določila motive, ki morajo imeti prednost; nato je treba sodbo podvreči odbritvi posameznih sodnikov.

§ 3. Sodbo je treba izdati najkasneje v enem mesecu od dne, ko je bila zadeva odločena, razen če so v sodnem zboru sodniki iz tehtnega razloga določili daljši čas.

Kan. 1611 — Sodba mora:

1. rešiti spor, ki se je obravnaval pred sodiščem, ko da primeren odgovor na posamezne sporne točke;

2. določiti, kakšne so obveznosti strank, ki so nastale iz pravnega postopka, in kako jih je treba spolniti;

3. navesti pravne in dejanske razloge ali motive, na katere se sodba opira;

4. odločiti glede pravnih stroškov.

Kan. 1612 — § 1. Po klicanju božjega imena mora sodba po vrsti navesti, kdo je sodnik ali sodišče; kdo je tožnik, tožena stranka, zastopnik, s pravilno navedbo imen in domovališč, pravdnik in branilec vezi, če sta se udeležila postopka.

§ 2. Nato mora kratko popisati dejanski stan z zaključki strank in navedbo spornih točk.

§ 3. Temu sledi izrek sodbe, ko prej navede razloge, na katere se opira.

§ 4. Konča naj se z navedbo dneva in kraja, kjer je bila izrečena, in s podpisom sodnika ali, če gre za sodni zbor, vseh sodnikov in notarja.

Kan. 1613 — Gornje določbe o končni sodbi naj se primerno uporabljajo tudi pri vmesni sodbi.

Kan. 1614 — Sodba naj se čimprej objavi z navedbo načinov, po katerih se more izpodbijati; in pred objavo tudi nima nobene veljave, čeprav je s sodnikovim dovoljenjem izrek sodbe bil strankama povedan.

Kan. 1615 — Objava ali vročitev sodbe se more izvršiti z izročitvijo izvoda sodbe strankama ali njihovima zastopnikoma, ali ko se izvod tega pošlje po določbi kan. 1509.

Can. 1616 — § 1. Si in sententiae textu vel error irrepserit in calculis, vel error materialis acciderit in transcribenda parte dispositiva aut in factis vel partium petitionibus referendis, vel omissa sint quae can. 1612, § 4 requirit, sententia ab ipso tribunal, quod eam tulit, corrigi vel compleri debet sive ad partis instantiam sive ex officio, semper tamen auditis partibus et decreto ad calcem sententiae apposito.

§ 2. Si qua pars refragetur, quaestio incidens decreto definiatur.

Can. 1617 — Ceterae iudicis pronuntiationes, praeter sententiam, sunt decreta, quae si mere ordinatoria non sint, vim non habent, nisi saltem summarie motiva exprimant, vel ad motiva in alio actu expressa remittant.

Can. 1618 — Sententia interlocutoria vel decretum vim sententiae definitivae habent, si iudicium impediunt vel ipsi iudicio aut alicui ipsius gradui finem ponunt, quod attinet ad aliquam saltem partem in causa.

Titulus VIII DE IMPUGNATIONE SENTENTIAE

Caput I

DE QUERELA NULLITATIS CONTRA SENTENTIAM

Can. 1619 — Firmis cann. 1622 et 1623, nullitates actuum, positivo iure statutae, quae, cum essent notae parti querelam proponenti, non sint ante sententiam iudicii denuntiatae, per ipsam sententiam sanantur, quoties agitur de causa ad privatorum bonum attinenti.

Can. 1620 — Sententia vitio insanabilis nullitatis laborat, si:

1^a lata est a iudice absolute incompetent;

2^a lata est ab eo, qui careat potestate iudicandi in tribunali in quo causa definita est;

3^a iudex vi vel metu gravi coactus sententiam tulit;

4^a iudicium factum est sine judiciali petitione, de qua in can. 1501, vel non institutum fuit adversus aliquam partem conventam;

5^a lata est inter partes, quarum altera saltem non habeat personam standi in iudicio;

6^a nomine alterius quis egit sine legitimo mandato;

Kan. 1616 — § 1. Če se je v besedilo prikradla pomota v številkah ali zgodila stvarna napaka pri prepisovanju izreka sodbe ali pri navajanju dejstev ali zahtevkov strank ali je bilo opuščeno, kar zahteva kan. 1612, § 4, mora sodbo samo sodišče, ki jo je izdal, popraviti ali dopolniti na zahtevo stranke ali po uradni dolžnosti, vendar vedno po zaslišanju strank in z odločbo, dodano na koncu sodbe.

§ 2. Če se katera stranka upira, naj se vmesni spor reši z odločbo.

Kan. 1617 — Drugi sodniški izreki, razen sodbe, so odločbe, ki nimajo veljave, če ne zadevajo samo vzdrževanje reda, razen če vsaj na kratko navajajo motive ali se sklicujejo na motive, ki so izraženi v drugem spisu.

Kan. 1618 — Vmesna sodba ali odločba imata veljavno končne sodbe, če preprečuje sodni postopek ali zaključuje postopek ali katero njegovo stopnjo, ki se nanaša vsaj na kako stranko v postopku.

Osmi naslov IZPODBIJANJE SODE

Prvo poglavje

NIČNOSTNA PRITOŽBA ZOPER SODE

Kan. 1619 — Ničnosti sodnih dejanj, določene s pozitivnim pravom, katere, čeprav so bile znane stranki, ki vlagajo ničnostno pritožbo, niso bile prijavljene sodniku pred izrekom sodbe, se popravijo s samo sodbo, kadar gre za zadevo, ki se tiče dobrine zasebnikov; veljata pa kan. 1622 in 1623.

Kan. 1620 — Sodba je nepopravljivo nična, če:

1. jo je izdal absolutno nepristojen sodnik;
2. jo je izdal tisti, ki nima oblasti soditi na sodišču, na katerem je bila zadeva odločena;
3. je sodbo izdal sodnik pod vplivom sile ali hudega strahu;
4. je bil sodni postopek izveden brez sodnega zahtevka, ki se omenja v kan. 1501, ali ni bil uveden zoper kako toženo stranko;
5. je bila izdana med strankama, od katerih vsaj ena ni pravdno sposobna;
6. je kdo brez zakonitega pooblastila oziroma naročila nastopal v imenu drugega;

7^o ius defensionis alterutri parti denegatum fuit;
8^o controversia ne ex parte quidem definita est.

Can. 1621 — Querela nullitatis, de qua in can. 1620, proponi potest per modum exceptionis in perpetuum, per modum vero actionis coram iudice qui sententiam tulit intra decem annos a die publicationis sententiae.

Can. 1622 — Sententia vitio sanabilis nullitatis dumtaxat laborat, si:

1^o lata est a non legitimo numero iudicium, contra praescriptum can. 1425, § 1;

2^o motiva seu rationes decidendi non continet;

3^o subscriptionibus caret iure praescriptis;

4^o non refert indicationem anni, mensis, diei et loci in quo prolatum fuit;

5^o actu judiciali nullo innititur, cuius nullitas non sit ad normam can. 1619 sanata;

6^o lata est contra partem legitime absentem, iuxta can. 1593, § 2.

Can. 1623 — Querela nullitatis in casibus, de quibus in can. 1622, proponi potest intra tres menses a notitia publicationis sententiae.

Can. 1624 — De querela nullitatis videt ipse iudex qui sententiam tulit; quod si pars vereatur ne iudex, qui sententiam querela nullitatis impugnatam tulit, praeoccupatum animum habeat ideoque eum suspectum existimet, exigere potest ut alias iudex in eius locum subrogetur ad normam can. 1450.

Can. 1625 — Querela nullitatis proponi potest una cum appellatione, intra terminum ad appellationem statutum.

Can. 1626 — § 1. Querelam nullitatis interponere possunt non solum partes, quae se gravatas putant, sed etiam promotor iustitiae aut defensor vinculi, quoties ipsis ius est interveniendi.

§ 2. Ipse iudex potest ex officio sententiam nullam a se latam retractare vel emendare intra terminum ad agendum can. 1623 statutum, nisi interea appellatio una cum querela nullitatis interposita fuerit, aut nullitas sanata sit per decursum termini de quo in can. 1623.

Can. 1627 — Causae de querela nullitatis secundum normas de processu contentioso orali tractari possunt.

7. je bila odklonjena pravica obrambe eni izmed obeh strank;
8. spor ni bil vsaj delno odločen.

Kan. 1621 — Ničnostno pritožbo, ki se omenja v kan. 1620, je vedno mogoče predložiti z ugovorom, s tožbo pred sodnikom, ki je sodbo izrekel, pa deset let od dneva, ko je bila sodba objavljena.

Kan. 1622 — Sodba je popravljivo nična le, če:

1. jo je izdalо nezakonito število sodnikov v nasprotju s predpisom kan. 1425, § 1;

2. ne vsebuje odločajočih motivov ali razlogov;

3. nima po pravu predpisanih podpisov;

4. ne navaja leta, meseca, dneva in kraja, kjer je bila izrečena;

5. se opira na nično sodno dejanje, katerega ničnost ni bila popravljena po določbi kan. 1619;

6. je bila izrečena zoper zakonito odsotno stranko, po kan. 1593, § 2.

Kan. 1623 — Ničnostno pritožbo je mogoče v primerih, navedenih v kan. 1622, vložiti v treh mesecih, odkar se je zvedelo za objavo sodbe.

Kan. 1624 — O ničnostni pritožbi odloča tisti sodnik, ki je sodbo izrekel; če pa se stranka boji, da bi sodnik, ki je izrekel z ničnostno pritožbo izpodbijano sodbo, imel pred sodko in ga ima zato za pristranskega, more zahtevati, da se na njegovo mesto po določbi kan. 1450 postavi drug sodnik.

Kan. 1625 — Ničnostno pritožbo je mogoče vložiti hkrati s priživom v roku, ki je določen za priziv.

Kan. 1626 — § 1. Ničnostno pritožbo moreta uveljavljati ne le stranki, ki se čutita prizadeti, ampak tudi pravnik in branilec vezi, kadar imata pravico posredovati.

§ 2. Sam sodnik more po uradni dolžnosti nično sodbo, ki jo je sam izrekel, umakniti ali popraviti v roku, ki je po kan. 1623 določen za vložitev pritožbe, razen če je bil medtem vložen priziv hkrati z ničnostno pritožbo ali je bila ničnost popravljena s potekom roka, ki se omenja v kan. 1623.

Kan. 1627 — Postopke o ničnostni pritožbi je mogoče voditi po določbah za ustni sporni postopek.

Caput II
DE APPELLATIONE

Can. 1628 — Pars quae aliqua sententia se gravatam putat, itemque promotor iustitiae et defensor vinculi in causis in quibus eorum praesentia requiritur, ius habent a sententia appellandi ad iudicem superiorem, salvo praescripto can. 1629.

Can. 1629 — Non est locus appellationi:

1^o a sententia ipsius Summi Pontificis vel Signaturae Apostolicae;

2^o a sententia vitio nullitatis infecta, nisi cumuletur cum querela nullitatis ad normam can. 1625;

3^o a sententia quae in rem iudicatam transiit;

4^o a iudicis decreto vel a sententia interlocutoria, quae non habeant vim sententiae definitivae, nisi cumuletur cum appellatione a sententia definitiva;

5^o a sententia vel a decreto in causa de qua ius cavit expeditissime rem esse definiendam.

Can. 1630 — § 1. Appellatio interponi debet coram iudice a quo sententia prolata sit, intra peremptorium terminum quindecim dieum utilium a notitia publicationis sententiae.

§ 2. Si ore fiat, notarius eam scripto coram ipso appellante redigat.

Can. 1631 — Si quaestio oriatur de iure appellandi, de ea videat expeditissime tribunal appellationis iuxta normas processus contentiosi oralis.

Can. 1632 — § 1. Si in appellatione non indicetur ad quod tribunal ipsa dirigatur, praesumitur facta tribunali de quo in cann. 1438 et 1439.

§ 2. Si alia pars ad aliud tribunal appellationis provocaverit, de causa videt tribunal quod superioris est gradus, salvo can. 1415.

Can. 1633 — Appellatio prosequenda est coram iudice *ad quem* dirigitur intra mensem ab eius interpositione, nisi iudex *a quo* longius tempus ad eam prosequendam parti praestituerit.

Can. 1634 — § 1. Ad prosequendam appellationem requiritur et sufficit ut pars ministerium invocet iudicis superioris ad impugnatae sententiae emendationem, adjuncto exemplari huius sententiae et indicatis appellationis rationibus.

Drugo poglavje
PRIZIV

Kan. 1628 — Stranka, ki misli, da ji je s kako sodbo prizadejana krivica, enako pravnik in branilec vezi v pravdah, v katerih se zahteva njuna navzočnost, imajo pravico zoper sodbo vložiti priziv na višjega sodnika, velja pa predpis kan. 1629.

Kan. 1629 — Za priziv ni možnosti:

1. zoper sodbo samega papeža ali apostolske signature;
2. zoper nično sodbo, razen če se združi z ničnostno pritožbo po določbi kan. 1625;
3. zoper sodbo, ki je postala pravnomočna;
4. zoper sodnikovo odločbo ali zoper vmesno sodbo, ki nimata moči končne sodbe, razen če se združi s prizivom zoper končno sodbo;
5. zoper sodbo ali zoper odločbo v zadevi, za katero pravo določa, da se mora kar najhitreje rešiti.

Kan. 1630 — § 1. Priziv se mora vložiti pri sodniku, ki je sodbo izrekel, v nepodaljšljivem roku petnajstih uporabnih dni, odkar se je zvedelo za objavo sodbe.

§ 2. Če se vloži ustno, ga notar pismeno sestavi pred samim prizvateljem.

Kan. 1631 — Če nastane vprašanje o pravici do priziva, naj o tem kar najhitreje odloči prizivno sodišče po določbah ustnega spornega postopka.

Kan. 1632 — § 1. Če v prizivu ni naznačeno, na katero sodišče se obrača, se domneva, da je vložen na sodišče, ki se omenja v kan. 1438 in 1439.

§ 2. Če je druga stranka vložila priziv pri drugem prizivnem sodišču, o stvari odloči sodišče, ki je višje stopnje, velja pa kan. 1415.

Kan. 1633 — Priziv se mora v mesecu dni, odkar je bil vložen, nadaljevati pri sodniku, *na katerega* se obrača, razen če je sodnik, ki je izrekel sodbo, stranki dovolil za izvršitev priziva daljši čas.

